S. CHRYS. — Autrefois les anges étaient envoyés pour punir; ainsi aux Israélites, à David, à Sodome, à la vallée des gémissements; maintenant, au contraire, ils chantent sur la terre et rendent grâces à Dieu qui leur a découvert sa venue parmi les hommes. — S. GRÉG. — Ils ont des louanges, parce qu'ils mettent les voix de leur concert en harmonie avec notre rédemption; ils nous voient reçus dans la grâce, et ils se réjouissent de ce que leur nombre s'accroît. — BÈDE. — Ils souhaitent la paix aux hommes en ajoutant : « Paix sur la terre aux hommes; » après nous avoir vus infirmes et abattus, ils nous saluent comme des frères, lorsque le Seigneur naît selon la chair. — S. CYR. Voici la paix faite par le Christ : il nous a réconciliés à Dieu et au Père (1), ôtant la faute ennemie; il a pacifié deux peuples en un seul homme et a fait un seul troupeau de ceux qui sont dans le ciel et de ceux qui sont sur la terre.

BÈDE.— Ils expliquent pour quels hommes ils demandent la paix, en disant : « De bonne volonté; » c'est-à-dire ceux qui reçoivent le Christ

(1) Voir 2 Cor., c. 5, v. 18 et 19; Ephés., c. 2, v. 16, et Coloss., c. 1, v. 20, 22, où il est parlé de notre réconciliation avec Dieu par le Christ, et de la réconciliation des deux peuples ennemis, les Juifs et les Gentils.

impendat, et nos suo instruat exemplo, ut quoties aliquis fratrum sacræ eruditionis verbum insonuerit, vel ipsi quæ pietatis sunt ad mentem reduxerimus, Deo statim laudes corde, ore, et opere reddamus.

CHRYS. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Et olim quidem angeli ad puniendum mittebantur, puta ad Israelitas, ad David, ad Sodomitas, ad gemitus convallem (*Judic.*, 2); nunc econtra canunt in terra gratias agentes Deo, eo quod suum descensum ad homines eis reseravit. GRÉG., 28, *Moral.* (cap. 7). Simul etiam laudant, quia redemptioni nostræ voces suæ exultationis accommodant; simul etiam quia nos dum conspiciunt recipi, suum gaudent numerum

impleri. BÈD. Optant etiam pacem hominibus, cum subdunt: Et in terra pax hominibus, quia quos infirmos prius abjectosque despexerant, nascente in carne Domino, jam socios venerantur. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Hæc autem pax per Christum facta est: reconciliavit enim nos per se Deo et Patri, culpam hostilem de medio auferens, duos populos in unum hominem pacificavit, ac cœlicolas et terrenos in unum gregem composuit.

BÈD. Quibus autem hominibus pacem poscant, exponunt dicentes: Bonæ voluntatis; eis scilicet qui suscipiunt natum Christum: non enim est pax impiis (*Isaïæ*, 57), sed pax multa diligentibus

qui vient de naître ; car il n'est point de paix pour les impies , mais grande est la paix de ceux qui craignent Dieu. — ORIG. — Le lecteur attentif demandera pourquoi le Sauveur dit : « Je ne suis point venu établir la paix sur la terre, » et pourquoi les anges chantent à sa naissance : « Paix sur la terre aux hommes. » Mais cette question est résolue par ce qui est dit, que la paix est pour les hommes de bonne volonté ; car la paix que le Seigneur ne donne point sur la terre n'est point la paix de la bonne volonté. — S. AUG. — Voyez cette marche admirable ; d'abord il nous envoie des anges, ensuite il conduit l'homme vers les choses célestes ; le ciel se fait terre pour recevoir les choses terrestres.

ORIG. — Mystiquement, les anges ne paraissaient pas pouvoir accomplir l'œuvre qui leur avait été confiée, sans le secours de celui qui pouvait véritablement sauver, et leur remède paraît insuffisant pour la guérison des hommes. Aussi, de même que lorsque vient un savant médecin, ceux qui auparavant n'avaient pu guérir, regardant aux mains du maître et voyant cesser la corruption des plaies, ne se laissent pas aller à l'envie, mais chantent les louanges du médecin et de Dieu qui a envoyé à eux et aux malades un homme de tant de science, de même la multitude des anges loue Dieu pour la venue du Christ.

Après que les anges se furent retirés dans le ciel, les bergers se dirent l'un à l'autre : Passons jusqu'à Bethléem, et voyons ce qui est arrivé, et ce que le Seigneur nous a fait connaître. S'étant donc hâtés d'y aller, ils trouvèrent Marie et Joseph, et l'enfant couché dans une crèche. Et l'ayant vu, ils reconnurent la vérité de ce qui leur avait été dit touchant cet enfant. Et tous ceux qui l'entendirent admirèrent ce qui leur avait été rapporté par les bergers. Or Marie conservait toutes ces choses en elle-même, les repas-

nomen Dei (Psal. 118). ORIG. (homil. 13). Sed diligens lector inquirat quomodo Salvator dicat (Luc., 12) : Non veni pacem mittere super terram, et nunc angeli de ejus nativitate cantant : In terra pax hominibus ; sed hoc quod pax esse dicitur in hominibus bonæ voluntatis, solvit questionem : pax enim quam non dat Dominus super terram, non est pax bonæ voluntatis. AUG., 13, *De trinit.* (cap. 13). Pertinet enim justitia ad bonam voluntatem. CHRYS. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Aspice autem mirandum processum ; angelos ad nos deduxit prius, ac deinde duxit hominem ad superna : factum est cælum terra, cum terrena deberet recipere.

ORIG. (ut sup.). Mystice autem videbant angeli se opus quod eis creditum fuerat,

implere non posse absque eo qui vere salvare poterat ; et medicinam suam inferiorem esse quam cura hominum poscebat. Unde sicut si veniat aliquis qui habeat summam in medicina notitiam, et illi qui prius sanari nequiverant, cornentes ad magistri manus, putredines cessare vulnere, non invideant, sed in laudem medici erumpant, et Dei, qui sibi ægrotantibusque tantæ scientiæ hominem miserit, sic multitudo angelorum pro Christi adventu Deum laudat.

Et factum est, ut discesserunt ab eis angeli in cælum, pastores loquebantur ad invicem. transeamus usque Bethlehém, et videamus hoc verbum quod factum est, quod fecit Dominus et ostendit nobis. Et venerunt festinantes, et invenerunt Mariam et Joseph,

sant dans son cœur. Et les bergers s'en retournèrent, glorifiant et louant Dieu de toutes les choses qu'ils avaient entendues et vues, selon qu'il leur avait été dit.

GRÆC. — Ce que virent les pasteurs et ce qu'ils entendirent les jeta dans la stupeur, ils oublièrent leur troupeau et partirent de nuit pour Bethléem, cherchant la lumière du Sauveur; d'où il est dit: « Ils se disaient entre eux, etc.—BÈDE.—Ils ne dirent point: « Voyons l'enfant; » mais, parce qu'ils veillaient, ils dirent: « Voyons le Verbe qui a été fait, » c'est-à-dire voyons comment le Verbe, qui était de tout temps, a été fait chair pour nous; ce Verbe est le Seigneur, car il suit: « Que le Seigneur a fait et nous a montré, » c'est-à-dire voyons comment le Verbe s'est fait lui-même et nous a montré sa chair.—S. AMB.—Remarque comment l'Écriture pèse le sens de chaque parole: car lorsqu'on voit la chair du Seigneur, on voit le Verbe qui est le Fils. Ne trouvez point un médiocre exemple de foi dans les bergers parce que leur personne est vile; c'est la simplicité qui est appelée, l'ambition n'est point recherchée.—SUITE.—« Ils vinrent avec empressement; » car nul ne doit chercher Dieu avec paresse.—ORIG.—Parce qu'ils vinrent avec empressement et non avec lenteur, il suit: « Ils trouvèrent Marie (celle qui avait enfanté Jésus), et Joseph (le protecteur de la naissance du Seigneur), et l'enfant couché dans une crèche, » c'est-à-dire le Sauveur lui-même.—BÈDE.—Il est dans l'ordre que, l'incarnation du Verbe étant célébrée avec un digne honneur, on vienne contempler cette gloire du Verbe; d'où il suit: « Et ayant vu, ils reconnurent la vérité

et infantem positum in præsepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt, et de his quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores, glorificantes et laudantes Deum in omnibus quæ audierant et viderant, sicut dictum est ad illos.

GRÆC. (Geomet.). Quæ visa sunt et relata stuporem ingesserunt pastoribus, et sic ovilia sua omiserunt, et profecti sunt nocte Bethlehem, lucem indagantes Salvatoris: unde dicitur: Et loquebantur ad invicem, etc. BÈDE. Vere quasi vigilantes non dixerunt: Videamus puerum, sed verbum quod factum est, id est, Verbum quod semper erat, videamus quomodo pro nobis caro factum est; siquidem hoc ipsum Ver-

bum Dominus est: sequitur enim: Quod fecit Dominus et ostendit nobis, id est, videamus quomodo Verbum ipsum se fecerit, et ostenderit nobis carnem suam. AMBR. Vide quam singulariter Scriptura singulorum libret momenta verborum: etenim cum videtur caro Domini videtur Verbum quod est Filius. Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplum, quod vilis sit persona pastorum: simplicitas enim quæritur, non ambitio desideratur: sequitur: Et venerunt festinantes: nemo enim cum desidia Christum requirit. ORIG. (homil. 13). Quia vero festinantes venerunt, et non pedetentim, ideo sequitur: Et invenerunt Mariam (quæ scilicet fudit Jesum in partu): et Joseph (scilicet dispensatorem ortus dominici), et infantem positum in præsepio, scilicet ipsum Salvatorem. BÈDE. Est autem justi ordinis, ut

de ce qui leur avait été dit, etc. » — GREC. — Contemplant le bienheureux récit qui leur avait été fait, il ne leur suffit point d'une foi cachée, ni de la stupeur que leur cause la vérité de ce qu'ils avaient vu d'abord et de ce qu'ils avaient appris par la voix de l'ange; non-seulement ils le racontaient à Marie et à Joseph, mais à tous, et (ce qui est plus) ils le gravaient dans leurs âmes; d'où il suit : « Tous ceux qui l'entendirent, admirèrent, etc. » Comment ne pas admirer en voyant sur la terre celui qui est dans les cieux, la terre réconciliée avec le ciel, cet ineffable petit enfant rattachant entre elles les choses célestes par sa divinité avec les choses terrestres par son humanité, et offrant par son ensemble une admirable alliance ? — LA GLOSE. — Ils admirent non-seulement le mystère de l'incarnation, mais encore ce grand témoignage des bergers qui ne sauraient point feindre ce qu'ils n'auraient pas entendu, mais qui annoncent la vérité avec leur simple langage.

S. AMB.— Ne méprisez point comme simples les paroles des bergers, car Marie recueille la foi de leur bouche; d'où il suit : « Marie conservait toutes ces paroles, les repassant en son cœur. » Apprenons la chasteté de Marie en toutes choses; avec autant de pudeur sur ses lèvres que dans son corps, elle repassait en son cœur les preuves de la foi. — BÈDE. — Pour observer les lois de la pudeur virginale, elle ne voulait révéler à personne les mystères du Christ qu'elle connaissait, mais elle rapprochait ce qu'elle avait lu devoir arriver de ce qu'elle savait être déjà accompli, sans en ouvrir la bouche, le gardant caché dans son cœur.

honore digno celebrata Verbi incarnatione, ad ipsam quandoque Verbi gloriam intuentem pertingatur : unde sequitur : Videntes autem, cognoverunt de verbo quod dictum erat, etc. GRÆC. (id est, Photius, in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Occultata scilicet fide felicia relata contuentes, nec contenti de veritate stupere quæ primitus viderant et perceperant Angelo nuntiante, non solum Mariæ et Joseph promebant, sed etiam cæteris, et (quod est amplius) eorum mentibus infigebant : unde sequitur : Et omnes qui audierunt, mirati sunt, etc. Quomodo enim non erat mirandum, videre cœlicolam terrenis, et terram pace conciliari cœlestibus, et ineffabilem illum infantulum numine quidem cœlestia, humanitate vero terrestria connectentem ad invicem, et sui compagine fœdus mirandum præstan-

tem? GLOS. Nec solum mixantur de incarnationis mysterio, sed etiam de tanta pastorum attestazione, qui fingere inaudita nescirent, sed simplici facundia vera prædicarent.

AMB. Ne contemnenda putes quasi vilia verba pastorum, a pastoribus enim Maria colligit fidem : unde sequitur : Maria autem conservabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Discamus sanctæ Virginis in omnibus castitatem ; quæ non minus ore pudica quam corpore, argumenta fidei conferebat in corde. BÈD. (in homil.). Virginalis enim pudicitia jura custodiens, secreta Christi quæ noverat, nemini divulgare volebat, sed conferebat ea quæ facienda legerat, cum his quæ jam facta cognovit, non ore promens, sed clausa in corde custodiens.

GRÆC. — Tout ce que l'ange lui avait dit, tout ce qu'elle avait appris de Zacharie, d'Elisabeth et des bergers, elle le repassait dans son âme, en le comparant ensemble ; cette Mère de la sagesse voyait que tout cela s'accordait à prouver qu'il était vraiment Dieu, celui qui était né d'elle.

S. ATHAN. — Cependant chacun se réjouissait de la naissance du Christ, non humainement (comme les hommes ont coutume de se réjouir à la naissance d'un enfant), mais à cause de la présence du Christ et de l'éclat de la lumière divine ; d'où il suit : « Les bergers s'en retournèrent, glorifiant et louant Dieu de tout ce qu'ils avaient entendu. » — BÈDE. — C'est-à-dire des anges ; « et de ce qu'ils avaient vu (c'est-à-dire à Bethléem), selon qu'il leur avait été dit ; » c'est-à-dire qu'ils glorifient Dieu de ce que, venant, ils avaient trouvé ce qui leur avait été dit. Ou encore, ils glorifient et louent Dieu, « comme il leur a été dit ; » car les anges leur ont dit de le faire, non avec une parole de commandement, mais en leur offrant le modèle de leur dévotion lorsqu'ils ont chanté : Gloire à Dieu dans les cieux.

BÈDE. — Mystiquement, les pasteurs du troupeau des âmes (bien plus, tous les fidèles), à l'exemple de ces bergers, doivent aller en pensée à Bethléem, et célébrer par de dignes hommages l'incarnation du Christ. Laissons les viles concupiscences de la chair, et allons avec tout l'élan de notre âme jusqu'à la Bethléem céleste (c'est-à-dire la maison du pain vivant) (1), pour mériter de voir régner sur le trône

(1) Allusion au sens hébreu de *Bethlehem*, qui signifie *maison du pain*, et aux paroles de Jésus-Christ : « Je suis le pain vivant, etc. (Jean, c. 6, v. 41 et 52). »

GRÆC. (vel Metaphrastes, in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Quicquid etiam ei dixerat Angelus, quicquid a Zacharia et Elisabeth, et pastoribus audierat, cuncta congregatebat in mente; et ad invicem comparans, unam in omnibus Mater in sapientiæ cernebat concordiam: vere Deus erat qui natus erat ex ea.

ATHAN. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Singuli autem in Christi nativitate exultabant; non humanitus (sicut in puero nato soliti sunt homines congaudere), sed in Christi præsentia et lucis divinæ fulgore: unde sequitur: Et reversi sunt pastores, glorificantes et laudantes Deum in omnibus quæ audierant. BÈDE. Scilicet ab angelis; et viderant (scilicet in Bethlehem) sicut dictum est ad illos; id est, in hoc glorificant,

quod non aliud venientes invenerant quam dictum est ad illos; sive sicut dictum est ad illos, gloriam Deo laudesque referunt: etenim hoc illis facere dictum est ab angelis; non quidem verbo imperantibus, sed formam suæ devotionis offerentibus cum Deo in excelsis gloriam resonarent.

BÈDE., in homil. Mystice autem intellectualium pastores gregum (imo cuncti fideles) exemplo horum pastorum, transeant cogitatione usque in Bethlehem, et incarnationem Christi dignis celebrent honoribus. Transeamus autem abjectis concupiscentiis carnalibus toto mentis desiderio usque in Bethlehem supernam (id est, domum panis vivi), ut quem illi in præsepio videre vagentem, nos in Patris solio mereamur videre regnantem. Non est autem tanta beati-

de son Père celui que virent les bergers dans les vagissements de la crèche. Il ne faut pas chercher une si grande béatitude avec tiédeur ou mollesse, mais il faut suivre avec ardeur les vestiges du Christ. Aussitôt qu'ils le virent, ils le reconnurent ; nous aussi, empressons-nous d'embrasser les révélations pleines d'amour de notre Sauveur, afin de pouvoir les comprendre dans la connaissance parfaite de la vision future. — BÈDE. — Les pasteurs du troupeau du Seigneur, comme s'ils entraient à Bethléem, viennent contempler la vie de leurs pères qui les ont précédés (où se conserve le pain de vie) ; ils n'y trouvent que la beauté virginale de l'Église, c'est *Marie* ; ou la noble phalange des docteurs spirituels, c'est *Joseph* ; ou l'humble avènement du Christ tracé sur les pages de l'Écriture sacrée, c'est *le Christ enfant couché dans la crèche*. — ORIG. — Ou encore cette crèche est celle que ne reconnut point Israël, selon cette parole d'Isaïe : « Le bœuf a reconnu son possesseur et l'âne la crèche de son seigneur. » — BÈDE. — Les bergers ne se turent pas sur ce qu'ils avaient vu, parce que les pasteurs de l'Église sont ordonnés pour exposer à leurs auditeurs ce qu'ils ont appris dans les Écritures.

BÈDE. — Les maîtres du troupeau des âmes, tantôt, durant le sommeil de tous, vont contempler les choses célestes, tantôt ils parcourent dans l'étude les exemples des saints, tantôt ils reviennent à leur ministère pastoral pour instruire le peuple. — BÈDE. — Chacun remplit l'office de pasteur, même celui qui semble renfermé dans la vie privée, si, recueillant un peuple de bonnes actions et de chastes pensées, il cherche à le gouverner avec une juste mesure, à le nourrir de l'aliment des Écritures, et à le préserver des embûches du démon.

tudo cum desidia ac torpore quærenda, sed alacriter sunt Christi sequenda vestigia. Videntes autem cognoverunt : et nos quæ dicta sunt de Salvatore nostro plena dilectione festinemus amplecti, ut hoc in futuro perfectæ cognitionis visu comprehendere valeamus. BED., *super Luc.* Dominici etiam gregis pastores præcedentium Patrum vitam (in qua panis vitæ servatur) quasi Bethlehem portas contemplando subeunt ; nihilque in hac aliud reperiunt, quam virginalem Ecclesiæ pulchritudinem, quasi Mariam ; virilem spiritualium doctorum costum, quasi Joseph, et humilem Christi adventum Scripturæ paginis sacræ insertum : quasi in præsepio positum Christum infantem. ORIG. (homil. 13). Vel præsepe illud erat

quod Israel non cognovit, secundum illud Isaïæ (cap. 1) : Cognovit hos possessorem suum, et asinus præsepe domini sui. BED., in homil. (ut sup.). Non celavere autem silentio pastores quæ agnoverant : quia Ecclesiæ pastores in hoc ordinati sunt ut quæ in Scripturis didicerunt, auditoribus ostendant. BED., *super Luc.* Magistri etiam spiritualium gregum modo cæteris dormientibus contemplando cœlestia subeunt, modo fidelium exempla quærendo circum-eunt, modo ad publicum pastoralis officii docendo revertuntur. BED., in homil. (ut sup.). Unusquisque etiam qui privatus vivere creditur, pastoris officium tenet, si bonorum actuum cogitationumque mundarum aggregans multitudinem, hanc just

Le huitième jour où l'enfant devait être circoncis étant arrivé, il fut nommé Jésus, qui était le nom que l'ange avait annoncé avant qu'il fût conçu dans le sein de sa mère.

BÈDE. — Après avoir raconté la naissance du Sauveur, l'évangéliste continue en disant : « Lorsque les huit jours furent accomplis pour circoncire l'enfant. » — **S. AMB.** — Quel enfant ? N'est-ce point celui dont il est dit : « Un enfant nous est né, un fils nous a été donné ? » Car il s'est soumis à la loi pour racheter ceux qui étaient sous la loi. — **S. ÉPIPH.** — Mais, disent les sectateurs d'Ebion et de Cérinthe : « Le disciple n'est point au-dessus du maître ; or, le Christ s'est circoncis, vous devez donc vous circoncire. » Ils errent et détruisent leurs propres principes ; en effet, si Ebion avouait que c'est le Christ-Dieu, descendu du ciel, qui a été circoncis le huitième jour, il pourrait en tirer un argument en faveur de la circoncision ; mais, comme il affirme que c'est un pur homme, un enfant ne peut être la cause de sa circoncision, de même que les enfants ne sont point les auteurs de leur circoncision. Nous, nous confessons qu'il est Dieu descendu du ciel, qu'il a séjourné dans le sein virginal le temps voulu, jusqu'à ce que la chair de son humanité ait été entièrement formée de ce sein virginal ; le huitième jour il a été circoncis dans cette chair, véritablement et non d'une manière apparente ; or, les figures étant arrivées à leur réalisation spirituelle, ni lui, ni ses disciples ne doivent plus propager des figures, mais la vérité. — **ORIG.** — Car de même

moderamine gubernare, Scripturarum pastu nutrire, et contra dæmonum insidias servare contendit.

Et postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen ejus Jesus : quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur.

BED. (in homil. *Circumcis. Dom.*). Exposita nativitate Dominica, subjungit Evangelista, atque ait : Et postquam consummati sunt dies octo ut circumcideretur puer. **AMBR.** Quis puer, nisi ille de quo dictum est (*Esai.*, 9) : Puer natus est nobis, et filius datus est nobis ? Factus est enim sub lege, ut eos qui sub lege erant, lucrificeret. (*Galat.*, 4). **ÉPIPH.** (in *Cat. græc. Patr.*). Dicunt autem Ebionis et Cherinthi

sequaces : Sufficit discipulo, si sit sicut magister ejus : circumcidit autem se Christus, tu ergo circumcidaris. Falluntur autem destruentes sua principia : si enim fateretur Ebion Christum Deum cœlitus descendentem octavo die fuisse circumcisum, tunc præberet circumcisioni materiam argumenti ; sed cum nudum hunc asserit hominem, non puer est causa ut circumcidatur, sicut nec infantes sunt suæ circumcisionis auctores : nos autem Deum ipsum fatemur cœlitus descendisse, et in claustro virgineo moram debitam fœtibus protraxisse, quoadusque sibi ex utero virgineo humanitatis carnem perfecte componeret ; in quâ circumcisus est veraciter, non apparenter, octavo die ; quatenus cum ad spiritualem effectum figuræ pervenerint, tam ab ipso quam a suis discipulis divulgentur non

que nous sommes morts avec lui dans sa mort, et ressuscités dans sa résurrection, ainsi nous sommes circoncis en lui; c'est pourquoi nous n'avons plus besoin de circoncision charnelle.

S. ÉPIPH.— Le Christ a été circoncis pour plusieurs motifs; d'abord pour montrer la réalité de sa chair contre Manichès et ceux qui prétendent qu'il n'est venu que d'une manière apparente; ensuite pour faire voir que son corps n'était pas consubstantiel à la Divinité, comme le dit Apollinaire, et qu'il ne l'avait point apporté du ciel, ainsi que l'affirme Valentin; et aussi afin de confirmer la circoncision qu'il avait autrefois instituée pour préparer sa venue; et, encore, afin que les Juifs n'eussent point d'excuse; car, s'il n'avait été circoncis, les Juifs eussent pu objecter qu'ils ne devaient point recevoir un Christ incirconcis. —

BÈDE. — Ce fut encore afin de nous recommander par son exemple la vertu d'obéissance, et pour aider, par sa compassion, ceux qui, étant soumis à la loi, n'avaient pu porter le joug de la loi; afin que celui qui était venu sous la ressemblance de la chair de péché (1) ne repoussât point le remède qui avait coutume de guérir la chair de péché; car, dans la loi, la circoncision opérait la même guérison salutaire contre la plaie du péché originel, que maintenant, depuis la grâce de la révélation, opère le baptême, excepté qu'on ne pouvait encore entrer dans le royaume céleste, mais seulement être consolé après la mort par le repos de la paix céleste dans le sein d'Abraham, et attendre avec un doux espoir cette entrée bienheureuse. — S. ATHAN. — La circoncision n'exprimait pas autre chose que le dépouillement de l'ancienne géné-

(1) Allusion à ce que dit saint Paul aux Romains, c. 8, v. 3.

ultra figuræ, sed veritas. ORIG. (homil. 14). Sicut enim mortui sumus cum illo moriente, et consurreximus resurgenti, sic cum eo circumcisi sumus: unde nequaquam nunc indigemus circumcissione carnali.

EPIPH. Pluribus autem ex causis circumciscus est Christus: et primo quidem, ut ostendat carnis veritatem contra Manichæum, et illos qui apparenter eum dicunt prodiisse; deinde ut pateat quod nequaquam Deitati consubstantialia corpus extiterit, ut fatur Apollinaris; neque ocalitus detulit illud, ut asserit Valentinus; et ut confirmet circumcissionem, quam olim instituerat ejus adventui servientem: quin etiam ut nulla sit Judæis excusatio: nam nisi circumciscus fuisset, objicero poterant quod non possunt incircumciscum Christum

recipere. BÈD. (in homil., ut sup.). Ut etiam nobis obediendi virtutem commendaret exemplo, et ut eos qui sub lege positi, legis opera portare nequierant, sua compassione juvaret; ut qui in similitudine carnis peccati advenit, remedium quo caro peccati consueverat mundari, non respuat: idem enim salutiferæ curationis auxilium circumciscio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus revelatæ gratiæ tempore consuevit; excepto quod regni cœlestis januam nondum intrare poterant, sed in sinu Abrahæ post mortem beata requie consolati supernæ pacis ingressum spe felici expectabant. ATHAN. Nihil enim aliud exprimebat circumciscio, nisi generationis vetustæ spoliationem, per hoc quod circumcidebatur pars

ration, en ce qu'elle avait lieu sur cette partie du corps qui est la cause de la naissance corporelle. Cela se faisait alors en signe du baptême futur par le Christ. C'est pourquoi, lorsque vint ce qui était signifié, la figure cessa ; car où toute vieille chair est détruite par le baptême, l'incision figurative d'une partie de la chair est superflue.

S. CYR. — On avait coutume de célébrer la circoncision charnelle le huitième jour ; or, le huitième jour, le Christ est ressuscité des morts et nous a insinué la circoncision spirituelle en disant : « Allez, enseignez toutes les nations, les baptisant. » — BÈDE. — Dans la résurrection du Christ a été figurée notre double résurrection, celle de la chair et celle de l'esprit ; par sa circoncision, il a instruit notre nature qui doit maintenant se purifier elle-même, et qui, au dernier jour, sera relevée de la corruption de la mort ; et, de même que le Seigneur est ressuscité le huitième jour, c'est-à-dire après le sabbat qui est le septième, ainsi, nous-mêmes, après les six âges de ce siècle et le septième, qui est le sabbat des âmes (1), et qui se passe en attendant dans l'autre vie, nous ressusciterons comme au huitième âge. — S. CYR. — Selon le précepte de la loi, le même jour il reçut l'imposition d'un nom ; d'où il suit : « Il fut nommé Jésus, » ce qui veut dire *Sauveur* : car il est né pour le salut de tout l'univers qu'il a figuré par sa circoncision, selon ce que dit l'apôtre : « Vous êtes circoncis, non d'une circoncision faite de main d'homme, mais par le dépouillement du corps charnel, c'est-à-dire dans la circoncision du Christ. » — BÈDE. — Le jour même de sa circoncision, il reçut un nom conformément à l'ancienne coutume. Ainsi

(1) C'est-à-dire le *repos des âmes*, selon le sens hébreu de sabbat, qui signifie *repos*.

corporis, quæ corporalis nativitatæ causa existit. Hoc autem tunc temporis agebatur in signum futuri per Christum baptismatis. Idcirco postquam venit signatum, cessavit figura : ubi namque tota vetustas tollitur per baptismum, superfluum est quod partis sectio præfiguratur.

CYRIL., in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup. Octavo autem die consuetum erat carnalem celebrari circumcisionem : octavo enim die Christus a mortuis resurrexit, et insinavit nobis spiritualem circumcisionem, dicens (Matth., 28) : Euntes, docete omnes gentes baptizantes eos. BÈDE. In ejus autem resurrectione præfigurata est utraque nostra resurrectio, et carnis, et spiritus ; Christus enim circumcisis nostram naturam docuit, et nunc per ipsam a vitiorum

labe purgandam, et in novissimo die a mortis peste restaurandam ; et sicut Dominus octavo die, hoc est post septimam sabbati, resurrexit, ita et ipsi post sex hujus seculi ætates, et septimam sabbati animarum, quæ nunc interim in alia vita geritur, quasi octavo tempore surgemus. CYRIL. (ubi sup.). Secundum autem legis præceptum eodem die impositionem nominis recepit. Unde sequitur : Vocatum est nomen ejus Jesus. Quod interpretatur Salvator : editus enim fuit ad totius orbis salutem, quam sua circumcisione præfiguravit ; secundum quod Apostolus dicit (*ad Colos.*) : Circumcisi estis circumcisione non manufacta in expoliatione corporis carnis, scilicet in circumcisione Christi. BÈDE. Sed et hoc quod eodem die suæ circumcisionis

Abraham, qui, le premier, reçut le sacrement de la circoncision, le jour même de sa circoncision, mérita d'être béni par l'amplification de son nom (1). — ORIG. — Le nom glorieux de Jésus, digne de tous les hommages, ce nom qui est au-dessus de tout nom, ne devait point être prononcé d'abord par les hommes, ni être produit par eux dans le monde; c'est pourquoi l'évangéliste ajoute d'une manière significative : « Qui fut nommé par l'ange, etc. » — BÈDE. — Les élus eux-mêmes se rejouissent de participer à ce nom dans leur circoncision spirituelle; car, de même que les *chrétiens* sont ainsi appelés du Christ, de même ils sont appelés *sauvés* de Sauveur; ce nom leur a été donné par Dieu, non-seulement ayant qu'ils fussent conçus par la foi dans le sein de l'Église, mais même avant les siècles du temps.

Et le temps de la purification de Marie étant accompli, selon la loi de Moïse, ils le portèrent à Jérusalem pour le présenter au Seigneur, selon qu'il est écrit dans la loi du Seigneur : Tout enfant mâle premier-né sera consacré au Seigneur; et pour donner ce qui devait être offert en sacrifice, selon la loi du Seigneur, deux tourterelles ou deux petits de colombes.

S. CYR. — Après la circoncision, on attend encore le temps de la purification; d'où il est dit : « Lorsque furent accomplis les jours de la circoncision selon la loi, etc. » — BÈDE. — Si vous examinez attentivement les paroles de cette loi, vous trouverez certainement que la Mère de Dieu, de même qu'elle fut exempte du commerce d'un homme, était de même exempte de la prescription légale; en effet,

(1) Son nom fut changé d'*Abram* en *Abraham*, qui signifie père d'un grand nombre de nations.

nomen accepit, ad imitationem priscae observationis fecit. Abraham enim qui primum circumcisionis sacramentum accepit, in die suae circumcisionis amplificatione nominis benedici promeruit. (Gen., 17). ORIG. (homil. 14). Nomen autem Jesu gloriosum. omnique cultu dignissimum, nomen quod est super omne nomen, non decuit primum ab hominibus appellari, neque ab eis afferri in mundum : unde signanter Evangelista subdit : Quod vocatum est ab Angelo, etc. BÈD. Hujus autem nominis etiam electi in sua spiritali circumcissione participes existere gaudent; ut sicut a Christo christiani, ita etiam a Salvatore salvati vocentur; quod illis a Deo vocabulum, non solum priusquam in utero Ecclesiae per fidem con-

ciperentur, sed etiam ante tempora secularia vocatum est.

Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino; sicut scriptum est in lege Domini quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur : et ut darent hostiam, secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

CYRIL. (ubi sup.). Post circumcisionem rursus exspectatur purgationis tempus : unde dicitur : Et postquam impleti sunt dies purgationis secundum legem, etc. BÈD. Si legis ipsius verba diligentius inspexeris,

toute femme qui enfante n'est point considérée comme immonde, mais seulement celle qui enfante avec le concours d'un homme. Cette distinction était pour celle qui conçut et enfanta sans cesser d'être vierge. Cependant, afin que nous fussions délivrés du joug de la loi, Marie, comme le Christ, se soumit d'elle-même à la loi. — TITE. — Aussi l'évangéliste dit-il avec discernement que « les jours de la purification étaient accomplis selon la loi. » Et, en vérité, il n'était point nécessaire que la Vierge sacrée attendît les jours de sa purification; puisqu'elle avait conçu de l'Esprit-Saint, elle n'avait point de souillure.

SUITE. — « Ils le portèrent à Jérusalem pour le présenter au Seigneur. » — S. ATHAN. — Mais quand est-ce que le Seigneur fut caché aux regards de son Père de manière à ne pouvoir être vu de lui? Quel lieu et hors de son empire, de sorte qu'en s'y trouvant il soit séparé de son Père jusqu'à ce qu'on le porte à Jérusalem, et que là on l'introduise dans le temple? Ceci doit être écrit pour nous; car, de même qu'il ne s'est point fait homme et n'a pas été circoncis dans la chair pour lui-même, mais afin de nous faire dieux par sa grâce, et afin que nous fussions circoncis spirituellement; de même, il est présenté au Seigneur pour nous, afin que nous apprenions à nous présenter nous-mêmes à Dieu. — BÈDE. — Le trente-troisième jour après sa circoncision il est présenté au Seigneur pour insinuer mystiquement que nul n'est digne des regards du Seigneur, s'il n'est circoncis de ses vices; que nul ne peut ressentir toutes les joies de la cité céleste, s'il n'est détaché des liens mortels.

perfecto reperies, quod ipsa Dei genitrix sicut a commixtione virili, sic et a legali fit jure immunis: non enim omnis mulier pariens, sed ea quæ suscepto semine peperit, designatur immunda; ad distinctionem scilicet illius quæ virgo concepit et peperit. Sed ut nos a legis vinculo solveremur, sicut Christus, ita et Maria legi est sponte subjecta. TITUS (BOSTRONSIS). Unde eleganter Evangelista protulit, quod completi sunt dies purificationis ejus secundum legem. Nam revera non incumbere necessitas Virgini sacræ, ut dies purificationis ejus expectaretur; quæ cum ex Spiritu Sancto concepisset, caruit contagio.

Sequitur: Tulerunt illum in Hierusalem, ut sisterent eum Domino. ATHAN. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Sed quando pater-

nis aspectibus latuit Dominus, ut ab eo videri non posset? aut quis locus excipitur ab ejus imperio, ut ibi existendo semotus a Patre sit, nisi afferatur Hierosolymam et introducatur in templum? Sed forte causa nostri hujusmodi scripta sunt: sicut enim non gratia sui homo factus et circumcisus in carne, sed ut nos per gratiam faceret deos, et ut spiritualiter circumcidamur, sic propter nos sistitur Domino, ut discamus Deo præsentare nos ipsos. BÈDE. Post tricesimum autem et tertium circumcisionis diem Domino sistitur, mystice insinuans neminem, nisi circumcisum vitiis, dominicis dignum esse conspectibus; neminem, nisi mortalitatis nexibus absolutum, supernæ civitatis gaudia posse perfecte subire.

Sequitur: Sicut scriptum est in lege

SUITE. — « Comme il est écrit dans la loi du Seigneur. » — ORIG. — Où sont ceux qui nient que le Christ dans l'Évangile n'ait point proclamé le Dieu de la loi? Faut-il croire que Dieu bon ait soumis son Fils à la loi de l'ennemi que lui-même n'avait point donnée? En effet, dans la loi de Moïse est écrit ce qui suit (1) : « Tout mâle ouvrant le sein sera offert au Seigneur. » — BÈDE. — Cette parole : « Ouvrant le sein, » signifie le premier-né de l'homme et celui de l'animal qui, d'après la loi, devaient l'un et l'autre être offerts au *Seigneur*, et ainsi appartenir au prêtre, de sorte néanmoins que pour le premier-né de l'homme il reçût une offrande et qu'il fit racheter tout animal immonde. — S. GRÉG. de Nysse. — Cette prescription de la loi paraît s'accomplir d'une manière singulière et différente de toutes les autres dans le Dieu incarné. En effet, seul ineffablement conçu et né incompréhensiblement, il n'a point ouvert le sein virginal que n'avait point ouvert auparavant l'union conjugale, et qui a miraculeusement conservé le signe de la chasteté. — S. AMB. — Car le commerce d'un homme n'ouvrit point le sein pudique de la Vierge, mais l'Esprit-Saint mit dans son sein inviolable un germe immaculé. Celui donc qui sanctifia le sein d'une autre pour la naissance d'un prophète ouvrit lui-même le sein de sa mère pour sortir immaculé. — BÈDE. — Ces paroles : « Ouvrant le sein, » s'appliquent aux naissances ordinaires, et il ne faut pas croire que le Seigneur ait détruit par sa naissance la virginité du sein sacré qu'il avait sanctifié en y venant faire sa demeure. — S. GRÉG. de

(1) Exode, c. 13, v. 2 : « Consacrez-moi tout mâle premier-né, etc. ; » et v. 12 : « Vous séparerez pour le Seigneur tout premier-né ; tout ce qui sera du sexe masculin vous le consacrerez au Seigneur. »

<p>Domini. ORIG. (homil. 14). Ubi sunt qui Deum legis negant a Christo fuisse in Evangelio prædicatum? An putandum est quod Filium suum bonus Deus sub lege inimici fecit, quam ipse non dederat? In lege enim Moysi scriptum est quod sequitur : Quia omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur. BED. Quod dicit : Adaperiens vulvam, et hominis, et pecoris primogenitum significat ; quod utrumque Domino vocari, atque ideo sacerdotis esse præceptum est ; ita duntaxat ut pro hominis primogenito pretium acciperet, et omne animal immundum redimi faceret. GREG. Nys. (in homil., <i>De cursu Domini</i>). Hoc autem legis decretum in solo incarnato Deo singulariter ab aliis</p>	<p>differenter impleri videtur. Ipse namque solus ineffabiliter conceptus, ac incomprehensibiliter editus, virginalem uterum aperuit non ante a connubio reseratum, servans et post partum mirabiliter signaculum castitatis. AMBR. Non enim virilis coitus vulvæ virginalis secreta reseravit, sed immaculatum semen inviolabili utero Spiritus Sanctus infudit. Qui ergo vulvam sanctificavit alienam, ut nasceretur propheta, hic est qui aperuit matri suæ vulvam, ut immaculatus exiret. BED. Quod ergo ait : Adaperiens vulvam, consuetæ nativitatis more loquitur ; non quod Dominus sacri ventris hospitium quod ingressus sanctificaverat, egressus devirginasse credendus sit. GREG. Nys. (ubi sup.). Solus autem</p>
---	---

Nysse. — Dans un sens spirituel c'est le seul mâle enfantement, parce qu'il n'a rien porté de la faute féminine. C'est pourquoi il est véritablement appelé *saint*; aussi Gabriel (comme pour déclarer que ce titre s'applique à lui seul) disait : « Le fruit saint qui naîtra de vous sera appelé Fils de Dieu. » Pour les autres premiers-nés, la précision évangélique a établi qu'ils fussent appelés *saints* comme ayant acquis ce nom par une offrande à Dieu; mais pour le premier-né de toute créature, l'ange proclame « qu'il naît saint, » comme étant saint par lui-même. — S. AMB. — Entre tous ceux qui sont nés de la femme, le Seigneur Jésus est seul *saint*; seul, à cause de la nouveauté de son enfantement immaculé, il n'a pas été atteint par la contagion de la corruption terrestre qu'il a écartée par sa céleste majesté. Si nous nous attachions à la lettre, comment tout mâle serait-il saint, puisqu'il est certain qu'un grand nombre ont été criminels? Mais il est ce saint que les pieux préceptes de la loi divine signalaient dans la figure du mystère futur, parce que seul il devait ouvrir le sein mystérieux de la sainte Vierge l'Église pour engendrer les peuples.

S. CYR. — O profondeur des desseins de la sagesse et de la science de Dieu! celui qui est honoré avec son Père par toutes les offrandes offre des hosties; la vérité observe les figures de la loi; celui qui, comme Dieu, est l'auteur de la loi observe la loi comme homme; d'où il suit : « Pour donner une hostie, selon ce qui est écrit dans la loi du Seigneur, deux tourterelles ou deux petits de colombes. » — BÈDE. — C'était l'offrande des pauvres; en effet, Dieu avait ordonné dans la loi que ceux qui pouvaient offrir un agneau offrissent en même temps une tourterelle ou une colombe, et pour ceux qui ne pouvaient offrir un

hic partus masculinus spiritualiter esse conspicitur, qui nil de femineitate culpa portavit. Unde revera sanctus vocatus est : unde et Gabriel (quasi hoc decretum ad ipsum solum pertinere memorans) dicebat : Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei. Et in cæteris quidem primogenitis sanctos illos vocari evangelica solertia statuit, tanquam oblatione divina sortitos hujusmodi nomen : at in totius primogenito creaturæ quod nascitur sanctum, pronuntiat angelus quasi proprie sanctum existens. AMBR. Solus enim per omnia in natis de femina sanctus Dominus Jesus ; qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus novitate non senserit, et cœlesti majestate depulerit. Nam si litteram se-

quimur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat? Sed ille sanctus quem in figura futuri mysterii pia legis divinæ præscripta signabant; eo quod solus sanctæ Ecclesiæ virginis ad generandos populos aperiret genitale secretum.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ex hom. 17). O profunditas scientiarum sapientiæ et scientiæ Dei! Offert hostias qui per singulas hostias honoratur cum Patre; figuras legis custodit veritas; qui legis est conditor sicut Deus, legem custodivit ut homo : unde sequitur : Et ut darent hostiam secundum quod dictum erat in lege Domini (*Lev.*, 12, vers. 8) : Par turturum, aut duos pullos columbarum. BÈDE., in homil.

agneau, qu'ils offrissent deux tourterelles ou deux petits de colombes. Ainsi le Seigneur qui était riche daigne se faire pauvre, afin de nous donner par sa pauvreté de participer à ses richesses.

S. CYR. — Examinons la signification de ces offrandes. La tourterelle est le plus loquace des oiseaux et la colombe est un animal plein de douceur; tel est devenu pour nous le Sauveur pratiquant la plus parfaite douceur, et comme une tourterelle, remplissant son jardin de ses chants pour attirer le monde (1). On immolait la tourterelle ou la colombe, afin de signifier par ces figures que lui-même souffrirait dans sa chair pour la vie du monde. — BÈDE. — La colombe est l'emblème de la simplicité, la tourterelle celui de la chasteté, parce que la colombe aime la simplicité et la tourterelle aime la chasteté, à ce point que si par hasard elle perd sa compagne elle n'en cherche point une autre. C'est avec raison qu'on offre en hostie au Seigneur la tourterelle ou la colombe, parce que la conversation simple et pudique des fidèles lui est un agréable sacrifice de justice. — S. ATHAN. — Il était ordonné d'en offrir deux, parce que l'homme étant composé d'un corps et d'une âme, Dieu nous demande deux choses, la chasteté et la douceur, non-seulement du corps, mais aussi de l'âme; autrement l'homme serait un menteur hypocrite, couvrant sa malice secrète d'une innocence apparente. — BÈDE. — Quoique l'un et l'autre de ces oiseaux, par sa coutume de gémir, soit l'emblème des gémissements présents des saints, ils diffèrent cependant en ce que la tourterelle est solitaire, tandis que

(1) Allusion au Cant. 2, v. 1 : « La voix de la tourterelle s'est fait entendre. »

(Purificat.). Hostia autem hæc pauperum erat : præcepit quippe Dominus in lege (ubi sup.) ut qui possent agnum pro filio aut filia, simul et turturem sive columbam offerrent; qui vero non sufficiebant ad offerendum agnum, duos turtures vel duos columbæ pullos offerrent. Ergo Dominus cum dives esset, pauper fieri dignatus est, ut nos sua paupertate divitiarum suarum donaret esse participes.

CYRIL. (ubi sup.). Videndum autem quid hæc oblata insinuant. Nimirum loquacissima est turtur in avibus, et columba est animal mansuetum : talis autem factus est erga nos Salvator, mansuetudinem perfecte colens, et ut turtur orbem allexit, replens hortum suum propriis melodiis. Occidebatur ergo turtur aut columba, ut ipse per figuras nobis pandatur passurus in carne pro vita mundi. BÈDE., in

homil. (ut sup.). Vel columba simplicitatem, turtur indicat castitatem; quia et columba simplicitatis, et castitatis amator est turtur; ita ut si conjugem casu perdidit, non ultra aliam quærere curet: merito ergo turtur et columba Domino offeruntur in hostiam, quia simplex et pudica fidelium conversatio est illi justitiæ sacrificium gratum. ATHAN. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Ideo vero bina jussit offerri, quia homine consistente ex anima et corpore, duplum a nobis poscit Deus: castitatem et mansuetudinem, non solum corporis, sed etiam animæ; alioquin erit homo fictor hypocrita, gerens in tegumentum occultæ malitiæ innocentiam apparentem. BÈDE., in homil. (ut sup.). Cum vero utraque avis propter consuetudinem gemendi præsentis sanctorum luctus designet, in hoc tamen differunt, quod turtur solivagus, columba

la colombe vole ordinairement par troupes. A cause de cela, l'une représente les larmes secrètes de l'oraison, l'autre les assemblées publiques de l'Eglise. — BÈDE. — La colombe qui vole par troupes signifie l'agitation de la vie active; la tourterelle qui aime la solitude signifie les sommets de la vie contemplative; et parce que l'une et l'autre offrande sont également acceptées du Créateur, saint Luc n'a pas voulu dire si on avait offert au Seigneur des tourterelles ou des petits de colombes, afin de ne point mettre au-dessus de l'autre un de ces genres de vie, enseignant à les suivre tous les deux.

Or, il y avait dans Jérusalem un homme juste et craignant Dieu, nommé Siméon, qui vivait dans l'attente de la consolation d'Israël; et le Saint-Esprit était en lui. Il lui avait été révélé par le Saint-Esprit qu'il ne mourrait point qu'auparavant il n'eût vu le Christ du Seigneur. Il vint donc au temple par un mouvement de l'Esprit de Dieu. Et comme le père et la mère de l'enfant Jésus l'y portaient, afin d'accomplir pour lui ce que la loi avait ordonné, il le prit entre ses bras.

S. AMB. — La génération du Seigneur reçut le témoignage, non-seulement des anges et des prophètes, des bergers et de ses parents, mais encore des vieillards et des justes; d'où il est dit: « Il y avait dans Jérusalem un homme juste et craignant Dieu, nommé Siméon. » — BÈDE. — Difficilement on garde la justice sans la crainte; je ne veux point parler de cette crainte qui redoute qu'on lui enlève ses biens temporels (l'amour parfait la chasse) (1), mais de la pieuse crainte du Sei-

(1) Allusion à saint Jean, c. 4, v. 18: « Dans la charité il n'y a point de crainte, mais la charité parfaite chasse la crainte. » Ensuite au psaume 18, v. 10: « La crainte du Seigneur demeure dans les siècles. »

autem gregatim volare consuovit; et ob id iste secretas orationum lacrymas, illa publicos Ecclesiæ conventus insinuat. BED., sup. Luc. Vel columba, quæ gregatim volat, activæ vitæ frequentiam demonstrat; tartur, qui singularitate gaudet, speculativæ vitæ culmina denuntiat: et quia æque utraque Conditori accepta est hostia, consulte Lucas utrum turtures an pulli columbarum pro Domino sint oblati, non dixit, ne unum alteri vivendi ordinem præferret, sed utrumque sequendum doceret.

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon. Et homo iste justus et timoratus, expectans consolationem Israel, et Spiritus Sanctus erat in eo, et responsum acceperat

a Spiritu Sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in Spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo et ipse accepit eum in ulnas suas.

AMBR. Non solum ab angelis et prophetis, a pastoribus et a parentibus, sed etiam a senioribus et justis generatio Domini accepit testimonium: unde dicitur: Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Simeon; et homo iste justus et timoratus. RED. Quia difficulter justitia sine timore custoditur: non illum dico timorem qui temporalia sibi bona subtrahi perhorrescit (quem perfecta dilectio foras mittit).

gneur qui dure dans les siècles, et par laquelle, plus le juste aime Dieu avec ardeur, plus il se garde de l'offenser. — S. AMB. — Il était véritablement juste, ne cherchant point sa consolation mais celle du peuple; d'où il suit : « Attendant la consolation d'Israël. » — S. GRÉG. de Nysse. — Le sage Siméon n'attendait pas la félicité temporelle pour la consolation d'Israël, mais la transition à l'éclat de la vérité par la séparation des ombres de la loi. Il lui avait été révélé qu'il verrait le Christ avant de mourir. D'où il suit : « L'Esprit-Saint était en lui (qui le faisait juste). L'Esprit-Saint lui avait révélé, etc. » — S. AMB. — Il désirait être délivré des liens de la fragilité corporelle, mais il attendait de voir celui qui était promis, car il savait que bienheureux sont les yeux qui le voient. — S. GRÉG. — Nous voyons par là avec quel désir les hommes saints du peuple d'Israël ont désiré voir le mystère de l'incarnation. — BÈDE. — Voir la mort signifie la subir, et bienheureux celui qui, avant de voir la mort de la chair, aura cherché à voir le Christ du Seigneur avec les yeux du cœur, en ayant sa conversation dans la Jérusalem céleste, en fréquentant le seuil du temple de Dieu, c'est-à-dire en suivant les exemples des saints (dans lesquels Dieu habite). Cependant la même grâce de l'Esprit qui lui avait déjà fait connaître celui qui devait venir, le lui fit reconnaître lorsqu'il vint; d'où il suit : « Il vint au temple poussé par l'Esprit. »

ORIG. — Vous aussi, si vous voulez prendre Jésus dans vos mains et l'embrasser, faites tous vos efforts, pour avoir l'esprit pour guide, et venez au temple de Dieu; car il suit : « Comme les parents de l'enfant Jésus (Marie, sa mère, et Joseph qu'on croyait être son père)

sed timorem Domini sanctum qui manet in secula; quo justus Deum quanto ardentius diligit, tanto solertius offendere cavet. AMBR. Et bene justus, qui non suam, sed populi gratiam requirebat: unde sequitur: Expectans consolationem Israel. GRÉG. Nysse. (*Orat. de occursu Domini*). Non utique mundanam felicitatem in consolationem Israel prudens Simeon exspectabat, sed veram translationem ad veritatis decorem per separationem a legis umbra: habuerat namque per oracula quod visurus esset Christum Domini, priusquam de seculo presentem transmigraret. Unde sequitur: Et Spiritus Sanctus erat in eo (a quo scilicet justificabantur), responsum accepit a Spiritu Sancto, etc. AMBR. Cupiebat ipse quidem corporeæ vinculis fragilitatis absolvi, sed exspectabat videre promissum: sciebat

cerdotum, sed Annas illum annum, Caiphas vero eum quo crucem Dominus ascendit, administrabat; tribus aliis in medio pontificatu perfunctis, verum hi maxime qui ad Domini passionem pertinent, ab Evangelista commemorantur. Legalibus namque tunc præceptis vi et ambitione cessantibus, nulli pontificatus honor vitæ vel generis merito reddebatur, sed romana potestate summa sacerdotii præstabatur: Josephus enim refert quod Valerius Gratus (Anna a sacerdotio deturbato) Ismaelem pontificem designavit filium Baphi; sed etiam hunc non multo post abiciens, Eleazarum, Ananias pontificis filium, subrogavit. Post annum vero et hunc arceat officio, et Simoni cuidam, Caiphæ filio, pontificatus tradidit ministerium; quo non amplius ipse quam unius anni spatio perfunctus, Josephum

(cui et Caiphas nomen fuit) accepit successorem: itaque hoc omne tempus quo Dominus noster docuisse describitur, intra quadriennii spatia coarctatur.

AMBR. Congregaturus autem Ecclesiam Dei Filius ante operatur in servulo: et ideo bene dicitur: Factum est verbum Domini super Joannem, etc. Ut Ecclesia, non ab homine cœperit, sed a verbo. Bene autem Lucas compendio usus est, ut Joannem declararet prophetam dicens: Factum est super eum verbum Dei; alias non adderet: nullus enim eget iudicio sui, qui verbo Dei abundat: unum itaque dicens, omnia declaravit. At vero Matthæus et Marcus, et vestitu, et cinctu, et cibo, prophetam declarare voluerunt. CHRYS. (in Matth., hom. 10). Verbum autem Dei hic mandatum esse dicitur, quia non a se venit Za-

charie ne vint point de lui-même, mais par l'impulsion de Dieu. — **THÉOPH.** — Pendant tout le temps qui s'écoula jusqu'à sa prédication, il se cachait dans le désert; d'où il est dit : « Dans le désert, » afin que le soupçon ne vint point aux hommes qu'il rendait témoignage au Christ à cause de leur parenté ou d'une amitié contractée dès l'enfance. Aussi lui-même, rendant témoignage, disait : « Je ne le connaissais pas. » — **S. GRÉG. de Nysse.** — Celui qui était venu dans l'esprit et dans la vertu d'Élie, éloigné du commerce des hommes, se livrait à la contemplation des choses invisibles pour être exempt des illusions que produisent les sens et se préserver de toute confusion et de toute erreur dans le discernement du bien. Aussi il s'éleva à un si haut degré de grâces divines que la grâce fut plus abondante en lui que dans les prophètes. Pur et exempt de toute passion naturelle, depuis le commencement jusqu'à la fin, il voua son cœur aux divines contemplations. — **S. AMB.** — L'Église est un désert, parce que les enfants de celle qui était abandonnée sont devenus plus nombreux que les enfants de celle qui n'était point seule (1). Le Verbe de Dieu est donc venu afin que la terre, qui auparavant était déserte, nous produisit des fruits.

Et il vint dans tout le pays qui est aux environs du Jourdain, prêchant le baptême de pénitence pour la rémission des péchés, ainsi qu'il est écrit au Livre des paroles du prophète Isaïe : On entendra la voix de celui qui crie

(1) Tiré d'Isaïe, 54, v. 1, que saint Jérôme applique à l'Église, disant qu'elle a engendré un plus grand nombre d'enfants que la Synagogue. Saint Paul aux Galates, 4, v. 27, adopte ce sens de la Vulgate qui dit : « Réjouis-toi, toi qui étais stérile, chante des louanges et tressaille, toi qui n'enfantais pas. »

chariæ filius, sed Deo ipsum movente. **THÉOPH.** Per totum autem tempus præteritum usque ad sui ostensionem occultus fuit in deserto : et hoc est quod subditur, in deserto, ut nulla suspicio innascatur hominibus, ut gratia affinitatis ad Christum vel conversationis a teneris annis, talia de ipso testaretur : unde ipse testificans, dicebat (Joan., 1) : Ego nesciebam illum. **GRÉG. Nyss.** (lib. de Virginitate). Simul etiam qui in spiritu et virtute Eliæ hanc vitam ingressus est, amotus a conversatione humana invisibilium speculationi vacans, ne hujusmodi fallaciis quæ per sensus ingeruntur, assuetus, quamdam confusionem ac errorem incurreret erga viri boni discretionem. Et ideo ad tantum divinarum gratiarum cleva-

tus est apicem, ut plus quam prophetis sibi gratia infunderetur; quia mundum et expers cujuslibet naturalis passionis desiderium suum a principio usque ad finem divinis aspectibus obtulit. **AMBR.** Desertum etiam est ipsa Ecclesia, quia plures filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum. Factum est ergo Verbum Domini, ut quæ erat ante deserta, fructum nobis terra generaret.

Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum penitentia in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ propheta : Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus : omnis vallis implebitur, et

dans le désert : Préparez la voie du Seigneur ; rendez droits et unis ses sentiers : toute vallée sera remplie, et toute montagne et toute colline sera abaissée ; les chemins tortus deviendront droits, et les raboteux unis ; et tout homme verra le Sauveur envoyé de Dieu.

Après le Verbe vient la voix. Car le Verbe agit d'abord à l'intérieur, ensuite la voix lui sert d'interprète; d'où il est dit : « Il vint dans tout le pays du Jourdain. » — ORIG. — Jourdain veut dire *qui descend*, car le fleuve de l'eau salutaire descend de Dieu. Mais quel lieu Jean devait-il parcourir, sinon les bords du Jourdain, afin que lorsque quelqu'un faisait pénitence, il pût aussitôt venir humblement dans le fleuve pour recevoir le baptême de la pénitence? car il est dit : « Prêchant le baptême de la pénitence pour la rémission des péchés. » On voit par ce récit que non-seulement Jean prêchait le baptême de la pénitence, mais encore qu'il le donna à plusieurs, cependant il ne pouvait donner son baptême pour la rémission des péchés. — S. CHRYS. — La victime n'étant pas encore offerte et l'Esprit n'étant pas descendu, comment cette rémission eût-elle pu se faire? Pourquoi donc saint Luc dit-il : « Pour la rémission des péchés? » Les Juifs étaient ignorants et ne songeaient point à leurs fautes; or, comme c'était là la cause de leurs maux, pour leur faire reconnaître leurs péchés et chercher le Rédempteur, Jean vient les exhorter à faire pénitence, afin que, contrits et rendus meilleurs par la pénitence, ils travaillent à mériter le pardon. C'est pourquoi, après avoir dit « qu'il vint prêchant le baptême de la pénitence, » il ajoute : « Pour la rémission des péchés, » comme s'il disait : « Il les exhortait à faire pénitence, afin

omnis mons et collis humiliabitur ; et erunt prava in directa, et aspera in vias planas ; et videbit omnis caro salutare Dei.

AMBR. Factum verbum, vox secuta est. Verbum enim prius intus operatur, sequitur vocis officium. Unde dicitur : Et venit in omnem regionem Jordanis. ORIG. {hom. 2}. Jordanis idem est quod descendens : descendit enim Dei fluvius aquæ salubris. Quæ autem loca decebat perambulare Baptistam, nisi Jordanis circumadjacentia? ut si quem pœnitere contingeret, protinus occurreret fluenti humilitas ad recipiendum pœnitentiæ baptismum; subditur enim : Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. GREG. (in hom. 20, in Evang.). Cunctis legentibus liquet, quia Joannes baptismum pœnitentiæ, non solum

prædicavit, verum etiam quibusdam dedit; tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. CHRYS. (sup. Matth., hom. 10). Cum enim nondum oblata esset hostia, nec descendisset Spiritus, qualiter erat fienda remissio? Quid est ergo quod Lucas dicit : In remissionem peccatorum? Erant siquidem Judæi ignari, nec culpas proprias propendebant : quoniam igitur hæc erat causa malorum, ut peccata agnoscerent, ad Redemptorem quærendum, venit Joannes hortans illos pœnitentiam agere, ut per pœnitentiam effecti meliores atque contriti, ad recipiendam veniam satagant. Aptè ergo cum dixisset quod venit prædicans baptismum pœnitentiæ, addit, in remissionem peccatorum : quasi dicat : Idcirco suadebat illis pœnitere, ut subsequenter veniam facilius impetrarent, credentes

que, croyant au Christ, ils pussent obtenir plus facilement le pardon qui venait après lui. » Si, en effet, ils n'avaient été conduits par la pénitence, qui était la préparation à la foi du Christ, jamais ils n'eussent demandé la grâce. — S. GRÉG. — Il est dit que Jean « prêchait le baptême de la pénitence pour la rémission des péchés; » ne pouvant donner le baptême qui remettait les péchés, il le prêchait; de sorte que son baptême, qui ne pouvait remettre les péchés, précédait le baptême de la pénitence qui remet les péchés, de même que le verbe de sa prédication précédait le Verbe incarné du Père. — S. AMB. — C'est pour cela que plusieurs font de Jean le type de la loi, parce que la loi pouvait dénoncer les péchés et ne pouvait les pardonner.

S. GRÉG. de Nazianze. — Voici en peu de mots la différence des baptêmes : Moïse baptisait par l'eau, le nuage et la mer; ce baptême n'était qu'une figure; Jean baptisa, non plus selon le rite des Juifs (par l'eau seulement), mais pour la rémission des péchés; ce baptême n'était pas tout-à-fait spirituel (car il n'est point ajouté : par l'Esprit); Jésus baptise par l'Esprit, et c'est la perfection. Il est encore un quatrième baptême, par le martyre et par le sang, dont le Christ lui-même a été baptisé; celui-là est beaucoup plus vénérable que les autres, d'autant plus qu'il n'est point souillé par des rechutes. Il en est encore un cinquième, par les larmes, mais plus laborieux; c'est celui de David inondant de larmes, chaque nuit, le lit sur lequel il était couché.

SUITE. — « Comme il est écrit au livre du prophète Isaïe : Une voix crie dans le désert. » — S. AMB. — C'est avec raison que Jean, précurseur du Verbe, est appelé *une voix*; car la voix, qui est moins que

in Christum : nam nisi poenitentia ducerentur, nequaquam exposcerent gratiam, nisi quod præparatorium erat ad fidem Christi. GREG. (in hom. 20, in Evang.). Vel Joannes dicitur prædicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum, quoniam baptismum quod peccata solveret, quia dare non poterat, prædicabat; ut sicut incarnatum Verbum Patris præcurrebat verbo prædicationis, ita baptismum poenitentiae quo peccata solvuntur, præcurreret suo baptismo, quo peccata solvi non possunt. AMBR. Et ideo plerique sancto Joanni typum legis imponunt, eo quod lex peccatum denuntiare potuit, donare non potuit.

GREG. Nazianz. (orat. 39). Et ut aliquatenus de baptismatum differentia disseramus, baptizavit Moyses, sed in aqua, nube et mari; hoc autem figuraliter agebatur :

baptizavit quoque Joannes, non utique ritu Judæorum (non enim solum in aqua), sed etiam in remissionem peccatorum; non tamen omnino spiritualiter (neque enim addit, in spiritu) baptizat Jesus, sed spiritu, et hæc est perfectio : est quoque quartum baptismum, quod fit per martyrionem et sanguinem, quo etiam ipse Christus est baptizatus; quod cæteris est venerabilius nimis, eatenus, quatenus iteratis contagiis non sædatur. Est etiam quintum ex lacrymis, laboriosius tamen, juxta quod David singulis noctibus suum rigat cubile et stratum in lacrymis.

Sequitur : Sicut scriptum est in libro Esaie prophetæ (cap. 40) : Vox clamantis in deserto. AMBR. Bene vox, dicitur Joannes Verbi prænuntius; quia vox præcedit inferior, verbum sequitur quod præcellit.

le Verbe, le précède, et le Verbe, qui la suit, lui est supérieur. — S. GRÉG.—Il crie dans le désert, car il annonce la consolation d'Israël abandonné et dans la détresse. Nous savons pourquoi il crie quand il est dit : « Préparez la voie du Seigneur, etc. » En effet, celui qui prêche la véritable foi et les bonnes œuvres, que fait-il autre chose que de préparer dans le cœur de ceux qui l'écoutent la voie du Seigneur qui doit venir? Il redresse les sentiers de Dieu en excitant dans l'âme des intentions pures par la bonne parole de sa prédication. — — ORIG. — Il faut préparer la voie du Seigneur dans notre cœur; car le cœur de l'homme est grand et spacieux quand il est pur; et par sa grandeur il ne faut pas entendre son étendue corporelle, mais la force de son intelligence, qui embrasse la science de la vérité. Préparez donc, par une bonne vie, la voie du Seigneur dans votre cœur; redressez le sentier de la vie par l'excellence et la perfection de vos œuvres, afin que la parole de Dieu pénètre en vous sans être étouffée. — S. BAS. — Ce sentier est la voie foulée par leurs ancêtres et ravagée par les premiers hommes; c'est pourquoi sa parole commande à ceux qui s'étaient écartés du zèle de leurs pères de redresser de nouveau leurs sentiers. — S. CHRYS. — Ce n'était point au roi de crier : « Préparez la voie du Seigneur, » c'était l'office du précurseur, et il est ainsi appelé une voix, parce qu'il était le précurseur du Verbe.

S. CYR.—Cependant quelqu'un aurait pu dire : « Comment préparer la voie du Seigneur? Comment redresser ses sentiers? Ceux qui veulent mener une vie vertueuse rencontrent tant d'obstacles? » Le discours prophétique devait répondre à cela, car il y a des voies et des chemins

GRÉG. [hom. 7 et 20, *in Evang.*]. Qui etiam in deserto clamat, quia derelictæ ac destitutæ Judææ solatium redemptionis annuntiat. Quid autem clamaret aperitur, cum dicitur : Parate viam Domini, etc. Omnis enim qui fidem rectam et bona opera prædicat, quid aliud quam venienti Domino ad corda audientium viam parat? ut rectas Deo semitas faciat, dum inundas in animo cogitationes per sermonem bonæ prædicationis format. ORIG. [hom. 21]. Vel in corde nostro via præparanda est Domino : magnum enim est cor hominis et spatiosum, si tamen fuerit mundum : neque in corporis quantitate, sed in virtute sensuum, magnitudinem ejus intellige, quæ tamen scientiam capiat veritatis. Præpara ergo in tuo corde viam Domino per conversationem bonam, et egregiis vel perfec-

tis operibus dirige semitam vitæ, ut in te sermo Dei absque offensa perambulet. BASIL. [in *Cat. græc. Patr.*]. Et quia semita est via quam præcedentes calcaverant, et quam priores homines corruperunt, cam iterato dirigere jubet sermo illis qui a præcedentium zelo recedunt. CHRYS. [in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.]. Clamare autem : Parate viam Domini, non regis erat, sed præcursoris officium : et ita eum vocaverat vocem, quia verbi erat præcursor.

CYRIL. [lib. 3, in *Esai.*, 40]. Sed quasi quis responderet et diceret : Qualiter viam præparabimus Domino? vel, qualiter ejus semitas rectas faciemus? cum plura sint impedimenta honestam vitam volentibus ducere? Ad hoc propheticus sermo respondet. Sunt enim viæ quædam et semitæ, nequaquam ad eundem habiles; adeo ut alicubi

où on ne peut marcher, qui tantôt montent sur les hauteurs ou les collines, et tantôt descendent dans les vallées; aussi, pour réfuter cette objection, il dit: « Toute vallée sera comblée, toute montagne et toute colline sera abaissée. » Mais il y a des chemins inégalement tracés, difficiles à suivre; tantôt ils vont d'un côté et tantôt de l'autre. Pour ceci il ajoute: « Les tortueux seront redressés et les âpres seront aplanis. » Cela a été opéré spirituellement par la puissance de notre Sauveur. En effet, le chemin de la vie et des mœurs évangéliques était autrefois difficile à parcourir, parce que les voluptés mondaines avaient appesanti toutes les âmes; mais aussitôt que Dieu fait homme eut expié le péché dans sa chair, tout fut aplani et devint facile à parcourir, aucune colline ni aucune vallée ne fit plus obstacle à ceux qui voulaient avancer. — ORIG. — Lorsque Jésus vint et envoya son Esprit, toute vallée fut remplie de bonnes œuvres et de fruits de l'Esprit-Saint; si vous les possédez, non-seulement vous cesserez d'être une vallée, mais vous deviendrez la montagne de Dieu. — S. GRÉG. de Nyssé. — Peut-être encore les vallées figurent-elles la pratique des vertus, selon cette parole: « Les vallées seront remplies de froment. » — S. CHRYS. — Par *montagne* il désigne les orgueilleux et les superbes, que le Christ a humiliés; il appelle *collines* ceux qui se désespèrent, non-seulement à cause de l'orgueil de leur esprit, mais encore à cause de l'impuissance de leur désespoir. En effet, une colline ne produit point de fruit. — ORIG. — Par ces collines et ces montagnes on pourrait entendre les puissances ennemies (1) que la venue du Christ a abaissées. — S. BAS.

(1) Les puissances du démon.

ad tumultuosos et juga tollantur, alicubi declives sint : et ad hoc removendum dicit : Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur. Quædam viarum inæqualiter dispositæ sunt, et dum nunc sursum erigunt, nunc vergunt deorsum, valde sunt ad eundem difficiles : et quantum ad hoc subdit : Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Hoc autem intelligibiliter actum est per nostri Salvatoris potentiam : quondam enim evangelicæ conversationis et vitæ iter erat ad eundem difficile, eo quod et mentes singulorum mundanæ voluptates oppresserant : ut autem Deus factus homo peccatum damnavit in carne, explanata sunt omnia, et reddita sunt ad eundem facilia ; et nec collis nec vallis proficere volentibus obviat. ORIG.

(hom. 22). Quando enim venit Jesus, et Spiritum suum misit, omnis vallis repleta est operibus bonis, et fructibus Spiritus Sancti ; quos si habueris, non solum vallis esse desistes, sed etiam mons Dei esse incipies. GREG. Nyss. (in *Cat. græc. Patr.*). Vel quietam in virtutibus conversationem significant per convallas, secundum illud (*Psal.* 64) : Valles abundabunt frumento. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Elatos aut superbos nomine montis denuntiat, quos Christus humiliavit ; colles autem desperatos appellat, non solum ob superbiam inentis suæ, sed propter desperationis sterilitatem : collis enim nullos fructus producit. ORIG. (hom. 22). Vel intelligas quoniam montes et colles qui sunt adversariæ potestates, per adventum Christi

— Or, comme les collines, comparées aux montagnes, en diffèrent par la grandeur, mais pour le reste sont pareilles; de même les puissances ennemies sont égales par la volonté de nuire et diffèrent par l'intensité du mal qu'elles font. — S. GRÉG. — Une vallée croît en se comblant, mais une montagne ou une colline décroît en s'abaissant; ainsi la Gentilité reçut la plénitude de la grâce par la foi du Christ, et la Judée perdit la hauteur de sa fierté par sa coupable perfidie; ainsi les humbles reçoivent les biens que les superbes éloignent de leur cœur. — S. CHRYS. — Peut-être il parle ainsi pour déclarer que la difficulté de la loi est changée en la douceur de la foi, comme s'il disait: Vous n'aurez plus ni sueurs ni douleurs, la grâce et la rémission des péchés vous ouvrent une voie plus facile pour le salut. — S. GRÉG. de Nyse. — Peut-être il ordonne de combler les vallées et d'aplanir les collines et les montagnes pour montrer que la véritable vertu ne doit ni fléchir par défaut de bien, ni être âpre par excès. — S. GRÉG. — Les voies tortueuses sont redressées lorsque le cœur des méchants, que l'injustice avait rendu tortueux, revient à la droiture de la justice; quant aux voies âpres qui sont aplanies, ce sont les âmes violentes et colères qui reviennent à la douceur de la mansuétude par l'infusion de la grâce céleste.

S. CHRYS. — Ensuite il révèle la cause de toutes ces choses en disant: « Toute chair verra, etc. » Il montre que la vertu et la connaissance de l'Évangile se répandront jusqu'aux extrémités du monde, transformant en mansuétude et douceur les mœurs féroces et l'opiniâtre volonté du genre humain; et non-seulement les Juifs seront ses

prostrati sunt. BASIL. (ut sup.). Sicut autem colles respectu montium magnitudine differunt, in aliis sunt idem, sic et adversæ potestates proposito quidem conformes sunt, immanitate tamen offensionum discernuntur. GRÉG. (in hom. 20, in *Evangel.*). Vel vallis impleta crescit, mons autem et collis humiliatus decrescit; quia in fide Christi et Gentilitas plenitudinem gratiæ accepit, et Judæa per errorem perfidiæ hoc unde tumebat, perdidit: humiles enim donum accipiunt, quod a se corda superbientium repellunt. CHRYS. (in *Matth.*, hom. 10). Vel per hoc declarat legis difficultatem in fidei facilitatem conversam; ac si dicat: Non ulterius sudores et dolores imminet, sed gratia et remissio peccatorum facilem viam pariunt ad salutem. GRÉG. Nyss. (ubi sup.).

Vel jubet valles impleri, dejici vero colles et montes; volens ostendere quod nec ob defectum boni virtutis ordo sit concavus nec discrepet ob excessum. GRÉG. (in hom. 20, ubi sup.). Prava autem directa fiunt, cum malorum corda per injustitiam detorta ad justitiæ regulam diriguntur, aspera autem in vias planas immutantur, cum immites atque iracundiæ mentes per infusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt.

CHRYS. (ut sup.). Deinde horum subjicit causam, dicens: Et videbit omnis caro, etc. Ostendens quoniam usque ad fines mundi diffundetur Evangelii virtus atque cognitio, ex more ferino et obstinata voluntate, ad mansuetudinem et lenitatem humanum genus convertens. Non autem

prosélytes, mais toute la nature humaine verra le salut de Dieu. — S. CYR. — C'est-à-dire le salut du Père qui a envoyé son Fils pour être notre Sauveur. Ici la chair est prise pour l'homme tout entier. — S. GRÉG. — Ou encore : *Toute chair* (tout homme) n'ayant pu voir dans cette vie le salut de Dieu (le Christ), le prophète porte ses regards jusqu'au jour dernier du jugement, alors que tous, élus et réprouvés, le verront également.

Il disait donc au peuple qui venait en troupes pour être baptisés par lui : Race de vipères, qui vous a avertis de fuir la colère qui doit tomber sur vous ? Faites donc de dignes fruits de pénitence, et n'allez pas dire : Nous avons Abraham pour père. Car je vous déclare que Dieu peut faire naître de ces pierres mêmes des enfants à Abraham. La cognée est déjà à la racine de l'arbre. Tout arbre donc qui ne produira point de bons fruits sera coupé et jeté au feu.

ORIG. — Celui qui persévère dans son premier état et ne quitte point ses mœurs et ses habitudes ne se prépare point à recevoir le baptême. Si donc quelqu'un veut être baptisé, qu'il sorte ; d'où il est dit expressément : « Il disait à la foule qui sortait pour être baptisée par lui. » C'est à la foule qui sortait pour le baptême qu'il s'adressait, car si déjà elle fût sortie, jamais il ne leur eût dit : « Race de vipères. » — S. CHRYS. — Cet habitant du désert, voyant tous les habitants de la Palestine l'entourer et l'admirer, n'était point fléchi par ce respect ; mais, s'élevant contre eux, il les accusait. La Sainte-Écriture caractérise les hommes, selon les passions qui les dominent, par le nom des diverses bêtes féroces ; quelquefois elle les appelle chiens à cause de

solum Judæi proselyti, imo tota humana natura salutare Dei videbit. CYRIL. (lib. 3, in Esai., 40). Id est, Patris, qui Filium misit ut nostrum Salvatorem. Caro autem ad præsens accipitur pro toto homine. GREG. (in hom. 20, ut sup.). Vel aliter, omnis caro (id est, omnis homo) salutare Dei (videlicet Christum) in hac vita videre non potuit : Propheta ergo oculum ad extremum judicii diem tendit, quando hunc omnes, et electi, et reprobis, pariter videbunt.

Dicebat ergo ad turbas, quæ exhibant ut baptizarentur ab ipso : Genimina viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira ? Facile ergo fructus dignos pœnitentiæ, et ne caperitis dicere : Patrem habemus Abraham : dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios

Abrahæ : jam enim securis ad radicem arboris posita est : omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.

ORIG. (hom. 22). Manens aliquis in pristino statu, et mores suos, et consuetudinem non relinquens, nequaquam rite ad baptismum venit. Si quis ergo vult baptizari, egrediatur : unde signanter dicitur : Et dicebat ad turbas quæ exhibant ut baptizarentur ab ipso : egredientibus itaque ad lavacrum turbis loquitur quæ sequuntur : si enim jam egressi essent, nequaquam ad eos diceret : Genimina viperarum. CHRYS. (in Matth., hom. 11). Ille itaque cultor deserti, videns omnes incolas Palestinæ circumstantes ipsum et admirantes non flectebatur pro tanta reverentia, sed insurgens in

leur insolence, chevaux à cause de leur luxure, ânes à cause de leur inintelligence, quelquefois lions et léopards à cause de leur voracité et de leur violence, aspics à cause de leur fourberie, serpents et vipères à cause de leur venin et de leur ruse. C'est ainsi que maintenant Jean ose appeler les Juifs *race de vipères*.

S. BAS. — Il faut savoir que *filis* et *engendré* se disent des animaux, tandis que *race* se peut dire du germe avant sa formation ; on appelle aussi *germe* les fruits des branches. Rarement on emploie ce mot en parlant des animaux, et toujours dans un mauvais sens. — S. CHRYS. — On raconte que la vipère tue le mâle qui la féconde et que son fruit croissant déchire sa mère, de sorte qu'il vient au monde en déchirant le sein de sa mère comme pour venger la mort de son père : la race de la vipère est donc parricide. Tels étaient les Juifs qui mettaient à mort leurs pères spirituels et leurs docteurs. Mais pourquoi les appelle-t-il ainsi, puisqu'il ne les trouve point dans le péché, mais commençant à se convertir ? Ne devrait-il pas les persuader au lieu de les irriter ? Il n'arrête point son esprit à ce qui se passait extérieurement, car il avait pénétré le secret de leur cœur par la révélation du Seigneur ; ils étaient trop fiers de leurs ancêtres, et c'est pour détruire ce fonds qu'il les appelle *race de vipères*, sans pour cela blâmer les patriarches et les appeler *des vipères*. — S. GRÉG. — C'est parce qu'ils portaient envie aux bons et les persécutaient, suivant la voie de leurs ancêtres charnels, comme des enfants pleins de venin nés de parents venimeux et homicides. De plus, comme ce qui précède se rapporte au

ipsum arguebat eos. Et in *Gen.* (hom. 12). Sacra autem Scriptura secundum stimulantem passionem plerumque ferarum nomina imponit hominibus ; interdum omnes eos nominans causa procacitatis, equos ob luxum, asinos propter dementiam, et leones et pardos causa rapacitatis et petulantiae, aspidem causa doli, serpentes et viperas causa veneni et calliditatis : unde et nunc Joannes Judaeos audacter genimina viperarum vocat.

BASIL. (*contra Eunomium*, lib. 2). Oportet autem scire quod haec nomina, natus et filius, de animalibus dicuntur ; genimen vero potest dici foetus antequam effingatur, fructus etiam palmarum genimina dicuntur ; raro autem in animalibus accipiuntur, et semper in malo. CHRYS. (*in Matth.*, ut sup.). Ferunt autem viperam marem coeundo necare, cujus foetus excrescens perimit

matrem, et sic prodit in lucem scisso parentis utero in vindictam quodammodo percepti genitoris ; itaque parricida est proles vipera. Tales erant Judaei, qui patres spirituales eorum atque doctores occidebant. Quid autem si non invenit eos peccantes, sed incipientes converti ? Non debebat eis convitiari, sed permulcere. Dicendum quod non adhibebat mentem his quae fiebant exterius ; mentis enim eorum arcana cognoverat Domino revelante : nimis enim se jactabant in progenitoribus. Hanc ergo radicem scindens nominat illos genimina viperarum, non quidem vituperans patriarchas, aut eos viperas nominans. GRÉG. (homil. 20, *in Evang.*). Sed quia per hoc quod bonis invident, eosque persequuntur, patrum suorum carnalium vias sequentes, quasi venenati filii de venenatis vel de veneficis parentibus nati sunt. Quia vero su-

Christ, que toute chair verra dans le dernier jugement, il est ajouté : « Qui vous enseignera à fuir la colère à venir ? » La colère à venir est la menace de la vengeance dernière. — S. AMB. — La prudence leur est recommandée par la miséricorde divine, afin qu'ils fassent pénitence de leurs fautes, redoutant avec prévoyance la terreur du jugement. Peut-être encore, selon cette parole : « Soyez prudents comme des serpents, » veut-il dire qu'ils ont la prudence naturelle, prévoyant ce qui est utile et le recherchant d'eux-mêmes, mais qu'ils ne s'éloignent pas encore de ce qui est nuisible.

S. GRÉG. — Comme le pécheur qui maintenant ne recourt point aux larmes de la pénitence ne pourra point alors fuir la colère de Dieu, il est ajouté : « Faites donc des fruits, etc. » — S. CHRYS. — En effet, il ne suffit point aux pénitents de quitter leurs péchés, il faut encore qu'ils fassent les fruits de la pénitence, selon cette parole : « Eloignez-vous du mal et faites le bien ; » de même qu'il ne suffit point pour être guéri d'arracher le dard, mais qu'il faut appliquer à la plaie le remède. Il ne dit point *un fruit*, mais *des fruits*, pour en indiquer l'abondance. — S. GRÉG. — Il ne dit pas non plus de faire *des fruits de pénitence*, mais de *dignes fruits*. En effet, il est permis à celui qui n'a rien commis d'illicite d'user des choses licites ; mais celui qui est tombé dans une faute doit se retrancher les choses licites autant qu'il se souvient d'en avoir commis d'illicites ; car les fruits des bonnes œuvres ne doivent point être pareils pour celui qui a moins péché et pour celui qui a plus péché, pour celui qui n'est tombé dans aucune faute et pour celui qui est tombé dans plusieurs. Ainsi la conscience

prædicta sententia intendit quod in extremo Christus examine ab omni carne videbitur, recte subditur : Quis ostendit vobis fugere a ventura ira ? Ventura ira est animadversio ultionis extremæ. AMBR. Ostenditur autem his Dei miseratione infusa prudentia, ut gerant suorum pœnitentiam delictorum, futuri terrorem iudicii provida devotione metuentes : aut fortasse juxta quod scriptum est (Matth., 10) : Estote prudentes sicut serpentes, ostenduntur habere prudentiam naturalem, qui profutura videant et sponte deposcant, sed adhuc noxia non relinquunt.

GRÉG. (in homil. 20, ut sup.). Quia vero tunc fugere ab ira Dei peccator non valet, qui nunc ad lamenta pœnitentiæ non recurrit, subditur : Facite ergo fructus, etc. CHRYS. (homil. 10, in Matth.).

Non enim satis est pœnitentibus peccata dimittere, sed opus est ejus fructus ferre, secundum illud (Psal. 33) : Declina a malo, et fac bonum, sicut non sufficit ad sanationem sagittam evellere, sed oportet ulceri medicamentum apponere. Non autem dicit fructum, sed fructus, copiam designans. GRÉG. (in homil. 20, ut sup.). Nec solum fructus pœnitentiæ, sed dignos pœnitentiæ admonet esse faciendos. Quisquis enim illicita nulla commisit : huic conceditur ut licitis utatur. At si quis in culpam lapsus est, tanto a se licita debet abscindere, quanto meminit se illicita perpetrasse. Neque enim par fructus esse boni operis debet ejus qui minus, et ejus qui amplius deliquit ; aut ejus qui in nullis, et ejus qui in quibusdam facinoribus cecidit. Per hoc ergo cujuslibet conscientia convenitur, ut

de chacun est avertie de chercher par la pénitence les avantages des bonnes œuvres d'autant plus qu'il s'est fait de plus grands dommages par ses fautes. — S. MAX. — Le fruit de la pénitence est l'impassibilité de l'âme, que nous ne possédons pas entièrement lorsque nous éprouvons quelque passion, parce que nous n'avons pas encore fait de dignes fruits de pénitence. Ayons donc un repentir sincère, afin que, délivrés des passions, nous obtenions le pardon de nos péchés.

S. GRÉG. — Les Juifs, fiers de la noblesse de leur origine, ne voulaient point se reconnaître pécheurs, parce qu'ils descendaient de la race d'Abraham; d'où il leur est dit : « Et n'allez point dire : Abraham est notre père. » — S. CHRYS. — Il ne veut point faire entendre qu'ils ne soient pas descendus d'Abraham par l'origine naturelle, mais qu'il ne leur sert de rien d'être descendus d'Abraham s'ils ne conservent cette parenté selon la vertu. Car l'Écriture a coutume d'appeler liens de parenté, non ceux qui viennent de la nature, mais ceux qui dérivent de la vertu ou du vice. Chacun est appelé fils ou frère de ceux auxquels il ressemble. — S. CYR. — Que sont en effet les liens de la chair s'ils ne se trouvent cimentés par des goûts semblables ? C'est donc en vain qu'on se glorifie d'avoir de glorieux ancêtres si on n'a pas leurs vertus. — S. BAS. — L'agilité du père ne fait point qu'un cheval soit rapide dans la course. De même donc que, pour les autres animaux, le mérite est apprécié dans chacun, de même l'homme a sa propre louange dans la preuve qu'il donne de ses mérites présents ; car il est honteux de se parer de la gloire d'autrui quand on ne la soutient point par sa propre gloire.

S. GRÉG. de Nysse. — Après avoir ainsi annoncé l'exil des Juifs (ou

tanto majora quærat bonorum operum lucra per pœnitentiam, quanto graviora sibi intulit damna per culpam. MAXIM. (in *Cat. græc. Patr.*, ex asceticis). Pœnitentiæ fructus est impassibilitas animæ, qua plenarie non fruimur, dum interdum passionibus instigamur : nondum enim fructus pœnitentiæ dignos peregrimus. Pœniteamus ergo veraciter, ut a passionibus expediti peccatorum veniam consequamur.

GRÉG. (in homil. 22, in *Evang.*). Sed Judæi de generis nobilitate gloriantes, idcirco se agnoscere peccatores nolebant, quia ab Abrahæ stirpe descenderant, quibus recte dicitur : Et ne cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham. CHRYS. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Non hoc indicans quod ab Abraham naturali origine non

descenderant, sed quia eis nihil prodest ab Abraham descendisse, nisi secundum virtutem cognationem observent. Cognationis namque leges consuevit Scriptura vocare, non eas quæ secundum naturam consistunt, sed quæ derivantur a virtute vel vitio. Quibus namque se quisque conformem statuit, horum filius vel frater vocatur. CYRIL. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Quid enim confert carnalis generositas, nisi consimilibus studiis fulciatur ? Vanum est igitur extolli de bonis præcessoribus, et deficere ab eorum virtutibus. BASIL. (in *Cat. græc.*, ubi sup.). Neque enim equum velocem esse facit patris erga cursum strenuitas ; sed veluti cæterorum animalium probitas consideratur in singulis, sic quoque laus propria viri discernitur, quam præsentium bonorum esse

prophétisé leur réprobation), il proclame l'appel des Gentils qu'il appelle des *pierres*, d'où il suit : « Je vous le dis, etc. » — S. CHRYS. — Comme pour dire : Ne pensez point que si vous périssez le patriarche soit sans enfants ; Dieu peut susciter des hommes, même des pierres, et les faire de son sang. Il en fut ainsi au commencement, car la naissance d'un fils du sein stérile de Sara est comparable à *susciter des hommes des pierres*. — S. AMB. — Quoique Dieu puisse changer et transformer des natures différentes, cependant ce mystère me touche plus que ce miracle : qu'étaient-ils autre chose que des pierres ceux qui rendaient un culte à des pierres ? Leurs idoles étaient semblables à ceux qui les avaient faites. Il prophétise donc que la foi pénétrera ces cœurs de pierre, et promet solennellement à Abraham qu'il lui viendra des enfants par la foi. Cependant, afin que vous sachiez quels hommes sont comparés aux pierres, il compare encore des hommes aux arbres, en ajoutant : « Déjà la cognée est à la racine de l'arbre. » Il change ainsi de similitude pour vous faire entendre par ces degrés de comparaison un progrès déjà plus noble de l'homme.

ORIG. — Si la consommation était proche et la fin des temps prochaine, il n'y aurait aucune difficulté ; je dirais que ces choses sont annoncées parce qu'elles vont s'accomplir. Mais, après qu'il s'est écoulé tant de siècles depuis cette parole de l'Esprit-Saint, je pense que cela est annoncé pour le peuple juif, dont la destruction est proche. Entre autres choses, il disait cela à ceux qui venaient à lui pour être baptisés. — S. CYR. — Il appelle *cognée* la colère meurtrière

comprobat argumentum : turpe namque est alienis ornari decoribus, quem virtus propria non venustat.

GREG. Nyss. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Sic igitur Judæorum promulgato exilio (sive rejectione prophetata), consequenter ingerit convocationem Gentilium quos lapides appellat, unde sequitur : Dico enim vobis, etc. CHRYS. (homil. in *Matth.*). Quasi dicat : Ne putetis quod si vos perieritis, filiis privetur patriarcha : potest enim Deus etiam ex lapidibus homines illi præbere, et ad illum perducere sanguinem : nam ab ipso principio sic evenit : ei namque quod est ex lapidibus fieri, æquipollet exitus filii ab illo emortuo utero Saræ. AMBR. Sed licet Deus possit diversas convertere et mutare naturas, tamen mihi plus mysterium quam miraculum prodest : quid enim aliud quam lapides

habebantur, qui lapidibus serviebant ? similes utique his qui fecerant eos. Prophetatur igitur saxosis Gentilium fides infundenda pectoribus, et futuros per fidem Abrahæ filios oraculo pollicentur. Ut autem scias qui lapidibus comparati sunt homines, arboribus quoque homines comparavit, cum subdit : Jam enim securis posita est ad radicem arboris. Exempli autem ideo facta est mutatio, ut illo comparationis processu quidam intelligatur hominis clementior jam profectus.

ORIG. (homil. 23). Et quidem si jam ingrueret consummatio, et temporum finis instaret, nulla mihi quæstio nasceretur : dicerem enim propterea hoc prophetatum esse, quia illo tempore complebitur. Cum autem tanta post secula fluxerint quo Spiritus Sanctus hoc dixit, ego puto israelitico populo prophetari quod præcisio ejus vicina

qui s'appesantit divinement sur les Juifs, à cause de l'attentat sacrilège qu'ils commirent sur le Christ; il ne dit point cependant que la cognée ait pénétré la racine, mais qu'elle est posée à la racine (auprès de la racine); parce que les branches furent coupées sans que la plante fût détruite jusqu'à la racine, et parce que les restes d'Israël seront sauvés.

S. GRÉG. — Ou encore : tout le genre humain est l'arbre de ce monde, notre Rédempteur est la cognée qui par le manche et le fer tient pour ainsi dire de l'humanité, mais qui vient de la divinité. Or, cette cognée est déjà posée à la racine de l'arbre, parce que, bien qu'elle attende par longanimité, on voit cependant ce qu'elle va faire. Il faut remarquer qu'il ne dit point que la cognée soit posée aux branches, mais à la racine. Car détruire les enfants des méchants, qu'est-ce autre chose que couper les branches stériles de l'arbre? Mais lorsque toute une race est détruite avec son père, l'arbre stérile est coupé à sa racine. De plus, quiconque est pervers trouve préparé le feu de la géhenne, parce qu'il néglige de faire les fruits des bonnes œuvres; d'où il suit : « Tout arbre donc, etc. » Il est dit judicieusement : « Qui ne fait point de fruit, » et il est ajouté *bon*, parce que Dieu a créé l'homme pour produire et que l'activité du travail lui est naturelle (il lui est naturel de travailler), tandis que l'oisiveté est contre sa nature. L'inaction nuit à tous les membres de son corps et encore plus à son âme, qui, étant toujours active par nature, ne veut point d'oisiveté. Mais, de même que l'oisiveté est funeste, de même le

sit. His enim qui egrediebantur ad eum, ut baptizarentur, hæc inter cætera loquebatur. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Securim ergo in præsentî nominat mortiferam iram, quæ divinitus irruit in Judæos propter exercitam impietatem in Christum; non tamen hæsisse radici securim pronuntiat; sed ad radicem (id est, juxta radicem) positam : decisi namque fuerunt rami, nec radicibus extirpata est planta; reliquæ enim Israël salvæ fient.

GRÉG. (in homil. 20, in *Evang.*). Vel aliter : arbor hujus mundi est universum genus humanum. Securis vero est Redemptor noster, qui velut ex manubrio et ferro tenetur ex humanitate, sed incidit ex Divinitate. Quæ videlicet securis jam ad radicem arboris posita est : quia etsi per patientiam expectat, videtur tamen quid factura est. Et notandum est quod, non juxta

ramos securim positam, sed ad radicem dicit : cum enim malorum filii tolluntur, quid aliud quam rami infructuosæ arboris abscinduntur? Cum vero tota simul progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor a radice abscissa est. Unusquisque autem perversus paratam citius gehennæ concremationem invenit, quia facere fructum boni operis contemnit : unde sequitur : Omnis ergo, etc. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Eleganter dictum est : Non faciens fructum, et adjicitur, bonum, officiosum enim hoc animal Deus creavit, et naturalis est illi exercitiorum instantia (sive naturalis illi est operari), otium vero innaturale : obest enim inertia etiam cunctis corporis membris; nulli autem ut animæ : ea namque cum continuo sit naturaliter mobilis, otiosi non patitur. Sicut autem otium malum est, ita indecens exercitium

mouvement est quelquefois mauvais (savoir lorsqu'on fait le mal). Après avoir parlé de la pénitence, il annonce que la cognéc est proche (non qu'elle frappe (ou tranche), mais seulement pour inspirer la crainte (pour menacer). — S. AMB. — Que celui donc qui le peut fasse des fruits de grâce; que celui qui le doit fasse des fruits de pénitence; voici le Seigneur qui cherche des fruits, vivifie les féconds et reprend les stériles.

Et le peuple lui demandant : Que devons-nous donc faire? il leur répondit : Que celui qui a deux vêtements en donne à celui qui n'en a point, et que celui qui a de quoi manger en fasse de même. Il y eut aussi des publicains qui vinrent à lui pour être baptisés, et qui lui dirent : Maître, que faut-il que nous fassions? Il leur dit : N'exigez rien au-delà de ce qui vous a été ordonné. Les soldats aussi lui demandaient : Et nous, que devons-nous faire? Il leur répondit : N'usez point de violence, ni de fraude envers personne, et contentez-vous de votre paie.

S. GRÉG. — Il est constant, par les paroles précédentes de Jean-Baptiste, que les cœurs de ses auditeurs furent troublés et qu'ils demandaient conseil : car il est dit ensuite : « Ils l'interrogeaient, etc. » — ORIG. — Trois classes sont désignées comme ayant interrogé saint Jean sur le salut : une que l'Écriture appelle *la foule*, une autre qu'elle nomme *les publicains*, et une troisième comprise sous le nom de *soldats*. — THÉOPH. — Il recommande aux publicains et aux soldats de s'abstenir du mal; mais à la foule, qui n'a point de malice, il prescrit de faire quelque bien; d'où il suit : « Il leur répondait : Que celui qui a deux tuniques en donne une, etc. » — S. GRÉG. — La tunique, qui

(quando scilicet mala fiunt), ex eo autem quod præmisit pœnitentiam, prædicat quod securis adjacet; non quidem incidens (vel exsequens), sed solummodo terrorem incutiens (vel comminans). AMBR. Faciat ergo fructum qui potest gratiæ; qui debet, pœnitentiæ : adest Dominus qui fructum requirat, fecundos vivificet, steriles reprehendat.

Et interrogabant eum turbæ, dicentes : Quid ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti, et qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem et publicani, ut baptizarentur, et dixerunt ad illum : Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos : Nihil amplius quam quod constitutum est vobis faciatis. Interrogabant autem eum et milites,

dicentes : Quid faciemus et nos? Et ait illis : Neminem concutiat, neque calumniam faciatis, et contenti estote stipendiis vestris.

GREG. (in homil. 20, in Evang.). In præmissis verbis Baptistæ Joannis constat, quod audientium corda turbata sunt, quæ consilium quærebant, cum subinfertur : Et interrogabant eum, etc. ORIG. (hom. 23). Tres ordines inducuntur sciscitantium Joannem super salute sua : unus quem Scriptura appellat turbas; alius quem publicanos nominat; tertius qui militum appellatione censetur. THÉOPH. Et quidem publicanis et militibus a malo abstinere præcipit. Turbis autem quasi non malitiosis existentibus bonum aliquod præcipit operari : unde sequitur : Respondens autem

nous est d'un usage plus nécessaire que le manteau, sert aux dignes fruits de pénitence, afin que nous partagions avec le prochain, non-seulement toutes les choses indifférentes, mais même celles qui nous sont très nécessaires, soit la tunique dont nous sommes revêtus, soit les aliments dont nous vivons temporellement; d'où il suit : « Et celui qui a des aliments, qu'il fasse de même. » — S. BAS. — Nous apprenons par là que tout le superflu de notre nourriture doit être donné pour Dieu à celui qui en manque, parce que tout ce que nous possédons nous a été donné par lui.

S. GRÉG. — Parce qu'il est écrit dans la loi : « Vous aimerez votre prochain comme vous-même, » celui-là n'aime point assez son prochain qui dans la nécessité ne partage point avec lui, même ce qui lui est nécessaire; il est commandé de partager deux tuniques avec le prochain, parce que si une tunique était divisée aucun ne serait vêtu. Ceci nous fait comprendre le prix des œuvres de miséricorde, puisqu'elles sont prescrites entre toutes les autres pour les dignes fruits de pénitence. — S. AMB. — Chaque état a ses préceptes particuliers, mais la pratique de la miséricorde est commune à tous; c'est pourquoi il est également commandé à tous de donner à celui qui n'a pas. La miséricorde est la perfection des vertus; cependant la miséricorde se mesure selon les facultés de la condition humaine, de manière que personne ne se prive entièrement, et que chacun partage avec le pauvre ce qu'il possède.

ORIG. — Ce passage a un sens plus profond : en effet, de même que

dicebat illis : Qui habet duas tunicas, det unam, etc. GRÉG. (in homil. 20, ut sup.). Propter hoc quod tunica plus est necessaria usui nostro quam pallium, ad fructum dignum pœnitentiæ pertinet ut non solum exteriora quæcunque, sed ipsa nobis valde necessaria dividero cum proximis debeamus; scilicet vel tunicam, qua vestimur; vel escam, qua carnaliter vivimus, unde sequitur : Et qui habet escas, similiter faciat. BASIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Hinc autem docemur quod ex omni eo quod affluit supra proprii victus necessitatem, tenemur erogare illi qui non habet, propter Deum, quia quæcunque possidemus, largitus est.

GRÉG. (in homil. 20, in *Evang.*). Quia enim in lege scriptum est : Diliges proximum tuum sicut teipsum, minus proximum amare convincitur, qui non cum eo in ne-

cessitate illius, etiam ea quæ sunt sibi necessaria, partitur : idcirco de dividendis cum proximo duabus tunicis datur præceptum; quoniam si una dividitur, nemo vestitur. Inter hæc autem sciendum est quantum misericordiæ opera valeant, cum ad fructus dignos pœnitentiæ ipsa præ cæteris præcipiantur. AMBR. Alia enim officiorum præcepta propria sunt singulorum, misericordia communis est usus : ideo commune præceptum est omnibus, ut conferant non habenti. Misericordia est plenitudo virtutum; misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura servatur, ut non sibi unusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

ORIG. (homil. 23). Profundiorum autem locus iste recipit intellectum : quomodo enim non debemus duobus servire

nous ne devons point servir deux maîtres, de même nous ne devons pas avoir deux tuniques, de peur que l'une ne soit le vêtement du vieil homme et l'autre celui du nouveau; mais nous devons dépouiller le vieil homme et donner à celui qui est nu; ainsi l'un aura un vêtement, l'autre n'en aura point, et nous serons fortifiés contre notre ennemi. De même qu'il est écrit que nous devons précipiter nos offenses au fond de la mer, de même nous devons repousser loin de nous nos vices et nos fautes, et les jeter sur celui qui en a été la cause en nous. — **THÉOPH.** — On a dit encore que ces deux tuniques étaient la lettre et l'esprit de l'Écriture. Or, Jean avertit celui qui possède l'un et l'autre d'instruire les ignorants et de leur enseigner au moins la lettre.

BÈDE. — Nous voyons la puissance de la parole de Jean-Baptiste, puisqu'elle amène les publicains et les soldats à rechercher des conseils de salut; d'où il suit: « Des publicains vinrent à lui, etc. » — **S. CHRYS.** — C'est une grande puissance de la vertu que les riches demandent la voie de la félicité à celui qui n'a rien. — **BÈDE.** — Il leur recommande de ne rien exiger au-delà de ce qui est prescrit; d'où il suit: « N'exigez rien de plus que ce qui vous est attribué. » On appelait publicains ceux qui levaient les impôts, qui étaient chargés de recevoir les impôts du fisc ou les revenus publics; ceux qui par un négoce cherchaient les profits du siècle avaient aussi le même nom. Il les détourne tous également, chacun dans sa position, de commettre aucune fraude, afin que d'abord ils cessent de désirer le bien d'autrui et qu'ensuite ils arrivent à partager leurs propres biens

dominis, sic nec duas habere tunicas : ne sit unum indumentum veteris hominis, et alterum novi; sed debemus nos exuere veterem hominem, et ei dare qui nudus est : alius enim habet unum, alius vero omnino non habet, contraria scilicet fortitudo : et quomodo scriptum est, ut in profundum maris præcipitemus nostra delicta, sic projici a nobis oportet vitia atque peccata, et jacere super eum qui eorum nobis causa extitit. **THEOPH.** Quidam autem tunicas duas esse dixit, spiritum Scripturæ, et litteram; habentem vero duo hæc monet Joannes, ut instruat ignorantem, et det ei ad minus litteram.

BED. Quantam autem Baptistæ sermo virtutem habuerit, hinc probatur, cum et publicanos et milites ad consilium salutis suæ coegerit inquirendum : unde sequitur :

Venerunt autem et publicani, etc. **CHRYS.** (homil. 24, vel 25). Magna est virtutis fortitudo, dum felicitatis viam requirunt ab indigo locupletes. **BED.** Præcipit ergo eis ne ultra præscriptum exigant. Unde sequitur : Et ille dixit ad eos : Nihil amplius quam quod vobis constitutum est, faciatis. Publicani vero appellantur hi qui vectigalia publica exigunt, qui sive conductores sunt vectigalium fisci, vel rerum publicarum, nec non et hi qui seculi hujus lucra per negotia sectantur, eodem vocabulo censentur; quos omnes pariter in suo quemque gradu ab agenda fraude coercet, ut dum primo se ab aliorum temperarent appetitu, tandem ad propria cum proximis communicanda pertingerent. Sequitur : Interrogabant autem eum et milites, etc. **Justissimo autem moderamine præmonet,**

avec le prochain. — SUITE. — « Dés soldats l'interrogeaient aussi, etc., » il les exhorte à une juste modération, afin qu'ils ne dépouillent point injustement ceux qu'ils devraient protéger; d'où il suit : « Ne commettez aucune concussion (par violence) ni aucune injustice (par fraude), mais contentez-vous de votre paie. » — S. AMB. — Il enseigne que le tribut de la guerre est établi de manière qu'en exigeant la paie on ne se livre point au pillage. — S. GRÉG. — Il appelle *paie* la solde impériale et la rémunération attribuée aux dignités par la loi. — S. AUG. — Il savait que le soldat n'est point un homicide, mais un ministre de la loi; ni un vengeur d'injures, mais un défenseur du salut public. Autrement il eût répondu : Rejetez vos armes, désertez cette milice, ne frappez, ne blessez, ne tuez personne. En effet, qu'y a-t-il de coupable dans la guerre? Est-ce la mort de ceux qui doivent mourir, afin que les vainqueurs dominant en paix? Condamner cela serait un acte de lâcheté, non de religion. Le désir de nuire, la vengeance cruelle; avoir une âme impitoyable, implacable, la férocité dans le combat, l'ambition de dominer (et autres choses semblables): voilà ce qui est justement condamné dans la guerre, et c'est pour punir ces violences que (par l'ordre de Dieu ou de quelque autorité légitime) les bons entreprennent de faire la guerre, lorsqu'ils se trouvent dans des circonstances telles que l'ordre et la justice leur imposent de commander la guerre ou d'obéir à ce commandement.

S. CHRYS. — En parlant ainsi aux publicains et aux soldats, Jean voulait les élever à une autre sagesse plus grande; mais parce qu'ils n'étaient pas encore disposés à l'entendre, il enseigne des choses plus

ne ab eis calumniando prædam requirant, quibus militando prodesse debuerant : unde sequitur : Et ait illis : Neminem concutiatis (scilicet per violentiam), neque calumniam faciatis (scilicet per fraudulentam malitiam), et contenti estote stipendiis vestris. AMBR. Docens ideo stipendia militiæ constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur. GRÉG. (Nazian., orat. 9, in Julianum). Stipendium enim appellat imperialem provisionem, et deputata per legem dignitatibus munera. AUG., contra Faustum (lib. 22, cap. 7). Sciebat enim eos cum militarent, non esse homicidas, sed ministros legis, et non ultores injuriarum, sed salutis publicæ defensores. Alioquin responderet : Arma abjicite, militiam istam deserite, neminem percutite, vulnerate, prosternite. Quid enim culpatur in bello? an quia moriuntur quan-

doque morituri, ut dominantur in pace victuri? hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum : nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, implacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi (et si quæ talia), hæc sunt quæ in bellis jure culpantur : quæ plerumque ut etiam inde puniantur, adversus violentiam resistentium (sive Deo, sive aliquo legitimo imperio jubente); gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inveniuntur, ubi eos vel jubere tale aliquid, vel in talibus obedire juste ipse ordo constringit.

CHRYS. (*super Matth.*, ubi sup.). Volebat autem Joannes, quando publicanis et militibus loquebatur, ad aliam majorem philosophiam ipsos traducere; sed quoniam nondum erant ad illam idonei, minora

humbles, de peur qu'en disant les plus élevées ils ne comprennent point celles-ci et soient privés aussi des autres.

Cependant le peuple étant dans une grande suspension d'esprit, et tous pensant en eux-mêmes si Jean ne pouvait point être le Christ, Jean dit devant tout le monde : Pour moi, je vous baptise dans l'eau ; mais il en viendra un autre plus puissant que moi ; et je ne suis pas digne de dénouer les cordons de ses souliers. C'est lui qui vous baptisera dans le Saint-Esprit et dans le feu. Il prendra le van en main, et il nettoiera son aire ; il amassera le blé dans son grenier, et il brûlera la paille dans un feu qui ne s'éteindra jamais.

ORIG. — Il était juste que Jean eût plus d'influence que les autres hommes, puisqu'il avait vécu autrement que tous les mortels ; aussi ils avaient pour lui une légitime prédilection, mais ils dépassaient la mesure de sa charité ; d'où il est dit : « Le peuple croyant qu'il pouvait être, etc. » — S. AMB. — Quoi de plus insensé que de ne pas croire en lui-même celui qu'on croyait dans un autre ? Celui qu'ils pensaient pouvoir venir par une femme, ils ne croient pas qu'il soit venu par une vierge ; et cependant le signe de l'avènement divin est dans l'enfantement d'une vierge, non dans celui d'une femme.

ORIG. — L'affection a ses périls si elle dépasse la mesure ; celui qui aime quelqu'un doit considérer la manière dont il aime et les motifs d'aimer, et ne pas l'aimer plus qu'il ne mérite ; car s'il dépasse la mesure et le degré de la charité, celui qui aime et celui qui est aimé seront coupables. — GRÆC. — Jean ne se glorifia point de l'opinion que tous avaient de lui et ne parut jamais désirer la primauté, mais il con-

reserat ; ne si potiora proferret, nequaquam illis intenderent, et his etiam privarentur.

Existimante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Joanne, ne forte ipse esset Christus, respondit Joannes, dicens omnibus : Ego quidem aqua baptizo vos ; venit autem fortior me post me, cujus non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus ; ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni : cujus ventilabrum in manu ejus, et purgabit aream suam, et congregabit triticum in horreum suum ; paleas autem comburet igni inextinguibili.

ORIG. (homil. 25). Dignum erat ut plus Joanni quam cæteris hominibus deferretur, qui aliter quam cuncti mortales vixerat : quam ob causam diligebant quidem eum

justissime ; sed non servabant in charitate modum : unde sequitur : Existimante autem populo ne forte esset, etc. AMBR. Quid autem ineptius quam quod is qui in alio æstimatur, in seipso esse non creditur ? Quem per mulierem venturum putabant, per virginem venisse non credunt ; et utique divini adventus signum in virginis partu, non in mulieris constitutum est.

ORIG. (homil. 25). Habet autem periculum dilectio, si modum trauseat : debet enim qui aliquem diligit, naturam et causas considerare diligendi, et non plus diligere quam meretur : nam mensuram charitatis modumque si transcenderit, et qui diligit et qui diligitur, in peccato erunt. GRÆC. (vel Metaphrastes, in *Cat. græc. Patr.*). Unde Joannes non fuit gloriatus in habita opinione de ipso ab omnibus, nec aliqua-

serva une profonde humilité; d'où il suit : « Jean répondit, etc. » — **BÈDE.** — Comment put-il répondre à ceux qui, dans le secret de leur cœur croyaient qu'il était le Christ, si ce n'est parce que non-seulement ils le pensaient, mais encore (ainsi qu'un autre évangéliste le déclare) parce qu'ils envoyèrent des prêtres et des lévites pour lui demander s'il était le Christ?

S. AMB. — Ou encore, Jean voyait les secrets du cœur, mais considérez par la grâce de qui; car c'est le don de Dieu qui révèle et non la puissance de l'homme, qui est plus éclairé par les secours divins que par ses efforts naturels. Il répondit aussitôt et prouva qu'il n'était point le Christ, lui qui opérait par un ministère visible. Car le mystère, opérant sur deux natures, savoir de l'âme et du corps, s'accomplit d'une manière visible sur ce qui est visible, et d'une manière invisible sur ce qui est invisible : ainsi l'eau purifie le corps, et l'Esprit purifie l'âme de nos fautes, quoique dans le baptême par l'eau se trouve un souffle de la grâce divine. C'est pourquoi le baptême de la pénitence et celui de la grâce diffèrent entre eux : celui-ci opère par l'eau et par l'Esprit, celui-là n'opère que par l'eau; l'œuvre de l'homme est de faire pénitence de ses fautes, le don de Dieu est d'opérer la grâce du mystère. Repoussant donc toute ambition de grandeur, il déclara, non par des paroles mais par des œuvres, qu'il n'était point le Christ; d'où il suit : « Un plus puissant que moi vient après moi, etc. » En disant : « Plus puissant que moi, » il n'établit point une comparaison, il ne pouvait y avoir aucune comparaison entre le Fils de Dieu et un homme; il veut dire que si plusieurs sont puissants, le Christ seul est plus puis-

tenus visus est primatum appetere, sed infirmam humilitatem amplexatus est : unde sequitur : Respondit Joannes, etc. **BÈDE.** Quomodo autem respondit eis, qui in secreto cordis quia Christus esset cogitabant, nisi quia, non solum cogitabant, sed etiam (sicut alius Evangelista declarat) missis ad eum sacerdotibus ac levitis, an esset Christus inquirebant ?

AMB. Vel videbat Joannes cordis occulta. Sed consideremus cujus gratia; Dei enim munus est qui revelat, non virtus hominis, qui divino magis adjuvatur beneficio, quam naturali cernit officio. Cito autem respondens probavit non esse se Christum, qui visibili operatur officio. Nam cum ex duabus naturis, id est, ex anima subsistat et corpore, visibile per visibile, invisible per

invisible mysterium consecratur : aqua enim corpus abluitur, spiritu animæ delicta mundantur : licet etiam in ipso fonte sanctificatio Divinitatis aspiret : et ideo aliud fuit baptisma pœnitentiæ, aliud est gratiæ : istud baptisma ex utroque, illud ex uno : opus hominis est gerere pœnitentiam delictorum, Dei munus est gratiam implere mysterii. Declinans ergo majestatis invidiam, non verbo, sed opere declaravit non esse se Christum : unde sequitur : Venit autem fortior me post me, etc. In hoc quod dicit, fortior me, comparisonem non fecit, neque enim inter Dei Filium et hominem ulla poterat esse comparatio, sed quia multi fortes, fortior nemo nisi Christus. Denique eo usque non fecit comparisonem, ut addiderit : Cujus non sum dignus

sant. Enfin, loin de faire une comparaison, il ajoute : « Je ne suis pas digne de délier la courroie de sa chaussure, etc. » Saint Matthieu a dit : « Je ne suis pas digne de porter sa chaussure. » S'il est de quelque intérêt d'entendre différemment ce qui est dit : « Porter sa chaussure (1), » et « délier la courroie de sa chaussure, » de telle sorte qu'un évangéliste ait dit une chose, et les autres une autre, tous ont raconté ce qui était vrai ; si au contraire Jean, en parlant des chaussures, n'a voulu que montrer l'excellence du Seigneur et sa propre humilité, chaque évangéliste, en disant l'une ou l'autre de ces choses, délier la courroie des chaussures ou porter les chaussures, a rendu la même pensée par ses paroles et exprimé la même signification d'humilité.

S. AMB. — En disant : « Je ne suis pas digne de porter sa chaussure, » il déclare que la grâce de la prédication a été conférée aux apôtres qui sont chaussés pour l'Évangile (1) ; cependant Jean me paraît s'exprimer ainsi surtout parce qu'il représente le peuple juif. — S. GRÉG. — Jean se déclare indigne de délier la courroie de sa chaussure, comme s'il disait : Je ne puis ôter la chaussure des pieds du Rédempteur, puisque je n'usurpe point le nom d'époux qui ne m'appartient pas. Car c'était la coutume chez les anciens que, lorsque quelqu'un ne voulait point accepter l'épouse qui lui était dévolue, celui qui devenait son époux par droit de parenté lui déliait sa chaussure. Ou encore, les chaussures étant faites de la dépouille d'animaux morts, peut-être veut-il faire entendre que le

(1) Porter ne signifie point ici être chaussé, mais porter comme serviteur.

(2) Allusion à ces paroles de l'Apôtre aux Éphésiens, 6, v. 15 : « Que vos pieds aient pour chaussure la préparation à l'évangile de la paix. »

solvere corrigiam calceamenti, etc. AUG. (*De cons. Evang.*, lib. 2, cap. 12). Matthæus quidem dicit : Cujus non sum dignus calceamenta portare. Itaque si ad rem pertinet aliquid aliud intelligere in eo quod dictum est : Calceamenta portare, et corrigiam calceamentorum solvere, ut unus Evangelistarum hoc, alii aliud dicerent, omnes verum narraverunt ; si autem nihil intendit Joannes cum de calceamentis Domini diceret, nisi excellentiam ejus et humilitatem suam, quodlibet horum dixerit, sive de solvenda calceamentorum corrigia, sive de portandis calceamentis eandem tamen sententiam tenuit, quisquis etiam verbis suis per calceamentorum commemorationem eandem significationem humilitatis expressit.

AMB. Per hoc etiam quod dicit : Cujus non sum dignus calceamenta portare, evangelicæ prædicationis ostendit apostolis gratiam esse collatam, qui sunt calceati in Evangelium : videtur tamen ideo hoc dicere, quod plerumque Joannes personam accipit populi Judæorum.

GREG. (*homil. 7, in Evang.*). Sed et Joannes se indignum esse ad solvendum corrigiam calceamenti ejus denuntiat : ac si aperte dicat : Ego Redemptoris vestigia denudare non valeo, qui sponsi nomen mihi immeritus non usurpo. Mos enim apud veteres fuit, ut si quis eam quæ sibi compereret, accipere nollet uxorem, ille ei calceamentum solveret, qui ad hanc sponsus jure propinquitatis veniret : vel quia calceamenta ex mortuis animalibus fiunt, in-

Seigneur incarné est venu au monde avec une chaussure, c'est-à-dire avec la mortalité de notre corruption. La courroie de la chaussure est donc comme le nœud du mystère, et Jean ne peut délier la courroie de sa chaussure, parce qu'il est incapable de pénétrer le mystère de l'incarnation que l'esprit de prophétie lui a fait connaître.

S. CHRYS. — Après avoir dit que son baptême n'est que le baptême de l'eau, il montre l'excellence du baptême institué par le Christ en ajoutant : « Il vous baptisera dans l'Esprit-Saint et dans le feu. » Par cette métaphore, il exprime l'abondance de la grâce, car il ne dit point : « Il vous donnera l'Esprit-Saint, » mais « il vous baptisera dans l'Esprit-Saint. » Il ajoute ensuite *le feu*, pour montrer la vertu de la grâce. En effet, de même que le Christ appelle de l'eau (1) la grâce de l'Esprit, exprimant ainsi la pureté qu'elle produit et l'immense consolation qu'elle répand dans les âmes qui la reçoivent ; de même Jean exprime par le feu la ferveur, la sincérité de la grâce, et aussi la consommation des péchés. — BÈDE. — Sous le nom de feu, on peut entendre l'Esprit-Saint qui brûle par l'amour et illumine par la sagesse les cœurs qu'il remplit; ainsi les apôtres reçurent le baptême de l'Esprit par un feu visible. Il en est qui entendent que le baptême *de l'Esprit* est pour le temps présent et celui *du feu* pour le siècle futur, dans ce sens que, de même que nous renaissions par l'eau et par l'Esprit pour

(1) Joan., 4, v. 14 : « Celui qui boira de l'eau que je lui donnerai, elle sera en lui une source d'eau vive qui jaillira dans la vie éternelle; » et 7, v. 38 : « Si quelqu'un croit en moi, des fleuves d'eau vive sortiront de son sein. » L'évangéliste ajoute : « Il voulait parler de l'Esprit que devaient recevoir ceux qui croiraient en lui. »

carnatus Dominus, quasi calceatus apparuit, qui morticina nostræ corruptionis assumpsit. Corrigia ergo calceamenti est ligatura mysterii. Joannes itaque solvere corrigiam calceamenti ejus non valet, quia incarnationis mysterium nec ipse investigare sufficit, qui hanc per prophetiæ spiritum agnovit.

CHRYS. (homil. 11, in Matth.). Et quia dixerat quod suum baptismum nil plus haberet quam aquam, consequenter ostendit excellentiam exhibitam per Christum baptismatis, cum subdit : Ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto et igni; per ipsam dicti metaphoram ostendens abundantiam gratiæ : non enim ait : Dabit vobis Spiritum Sanctum, sed baptizabit. Ac rursus per id quod de igne subjicit, ostendit virtutem gratiæ : et sicut Christus aquam vocat Spiritus

gratiam, ostendens per vocabulum aquæ nitorem qui contingit ex ea, et consolationem immensam quæ mentibus capacibus illius ingeritur; sic et Joannes per ignis vocabulum exprimit fervorem et rectitudinem gratiæ, nec non et peccatorum consumptionem. BÈDE. Potest et Spiritus Sanctus nomine ignis significatus intelligi, quia incendit per amorem, et per sapientiam corda quæ replet, illuminat : unde et apostoli baptismum Spiritus in ignis visione percipiunt. Sunt qui ita exponunt, quod in præsentem in Spiritu, et in futuro baptizemur in igne, ut videlicet sicut in remissionem omnium peccatorum ex aqua et Spiritu renascimur, ita et tunc de levibus quibusdam peccatis purgatorii ignis baptismate mundemur. ORIG. (homil. 24). Et quomodo Joannes juxta Jordanem fluvium ve-

la rémission de tous les péchés, ainsi nous serons purifiés de quelques fautes plus légères par le baptême de feu du purgatoire. — ORIG. — De même que Jean attendait le long du fleuve ceux qui venaient pour le baptême, repoussant les uns par ces paroles : « Race de vipères, » et recevant ceux qui confessaient leurs péchés ; de même le Seigneur Jésus se tiendra le long du fleuve enflammé, avec le glaive de feu, pour baptiser dans ce bain et introduire au paradis quiconque le demande et a besoin d'être purifié ; mais il ne baptisera point dans le bain de feu celui qui n'aura point le signe des baptêmes précédents.

S. BAS. — Quoiqu'il soit dit : « Il vous baptisera dans l'Esprit-Saint, » que personne ne pense que ce soit là toute la forme du baptême, le nom-seul de l'Esprit y étant invoqué. Pour ce qui est de la grâce vivifiante, il faut toujours garder entière la tradition que nous avons reçue ; ajouter ou retrancher quelque chose exclut de la vie éternelle, et, de même que nous croyons, nous baptisons au nom du Père, et du Fils, et du Saint-Esprit. — GREC. — En disant : « Il baptisera dans l'Esprit-Saint, » il montre l'abondance de la grâce et la grandeur du bienfait ; cependant, afin que nul ne pense que répandre des bienfaits est le propre de la puissance et de la volonté du Créateur, tandis que punir les rebelles n'est pas dans ses attributs, il ajoute : « Son van est dans sa main, » exprimant ainsi qu'il est non-seulement le rémunérateur des bons, mais encore le vengeur des prévaricateurs. Le van signifie la promptitude du jugement, car en un instant, sans débat et sans délai, il séparera les damnés de la société des élus.

S. CYR. — En ajoutant : « Il nettoiera son aire, » Jean-Baptiste dé-

nientes ad baptismum præstolabatur, et alios abigebat dicens : Generatio viperarum ; eos vero qui confitebantur peccata, suscipiebat, sic stabit in igneo flumine Dominus Jesus juxta flammeam rhomphæam ; ut quicumque post exitum vitæ hujus ad paradisum transire desiderat, et purgatione indiget, hoc eum lavamino baptizet, et ad paradisum transmittat ; eum vero qui non habet signum priorum baptismatum, lavacro igneo non baptizet.

BASIL. [lib. de Spiritu Sancto, cap. 12]. Non autem propter hoc quod dicit : Baptizabit vos in Spiritu Sancto, integrum quis esse baptismum fatebitur, in quo nomen solius Spiritus invocatum est ; oportet enim semper illibatam manere assignatam traditionem in vivificante gratia. Nam addere vel minuire quidquam excludit a vita per-

petua : sicut enim credimus, sic et baptismum suscipimus in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. GRÆC. Per hoc ergo quod dicit : Baptizabit in Spiritu Sancto, ostendit abundantiam gratiæ et beneficii copiam. Ne autem aliqui putent quod dona largiri, et potestas, et voluntas est Creatoris, punire vero inobedientes nullam sibi fore causam, ob hoc subdit : Cujus ventilabrum in manu ejus ; ostendens quod non solum munificus est dignis, sed etiam prævaricationum ultor. Ventilabrum autem promptitudinem judicii exprimit : non enim cum judiciis, sed in instanti et absque quolibet intervallo separat damnandos a collegio salvandorum.

CYRIL. [in Thesaurio, lib. 2, cap. 4]. Per hoc autem quod subdit : Et permundabit aream suam, designat Baptista Ecclesiam perti-

clare que l'Église appartient au Christ comme à son maître. — BÈDE. — L'aire figure l'Église présente, où beaucoup sont appelés et peu sont élus; la purification de cette aire se fait maintenant en particulier lorsque quelqu'un de pervers est chassé de l'Église (par un châtement sacerdotal) pour des fautes scandaleuses, ou lorsqu'après sa mort il est condamné, au jugement de Dieu pour des fautes cachées; elle s'accomplira à la fin d'une manière générale, lorsque le Fils de l'homme enverra ses anges pour arracher de son royaume tous les scandales. — S. AMB. — Le droit du Seigneur de juger les mérites est exprimé par le van, parce que, quand on vanne les grains sur l'aire, les pleins sont séparés des vides comme par un discernement du souffle de l'air; d'où il suit : « Il amassera le blé dans son grenier, etc. » Par cette comparaison, le Seigneur nous fait voir qu'au jour du jugement il discernera les mérites solides et les fruits de vertu de la légèreté stérile des vaines actions et de l'ostentation, afin de placer dans la demeure céleste les hommes d'un mérite plus parfait. Or, celui-là est un fruit plus parfait qui a mérité de ressembler à celui qui fut semé comme un grain de froment pour produire des fruits abondants. — S. CYR. — La paille représente les lâches, les paresseux, et ceux qui toujours mobiles flottent à tout vent de péché. — S. BAS. — Ils servent à ceux qui sont dignes du royaume des cieux comme la paille sert au froment; ils leur sont utiles spirituellement et corporellement, quoiqu'ils ne le fassent point en vue de la charité de Dieu ou du prochain.

ORIG. — Comme le froment et la paille ne peuvent être séparés que par le souffle de l'air, il a dans sa main un van qui fait connaître que

nere ad Christum quasi ad Dominum. BÈDE. Per aream enim præsens Ecclesia figuratur in qua multi sunt vocati, pauci vero electi : cujus areæ purgatio et nunc viritim geritur, cum quisque perversus vel ob manifesta peccata de Ecclesia [sacerdotali castigatione] ejicitur ; vel ob occulta post mortem divina districtione damnatur ; et universaliter in fine perficietur, quando mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala. AMB. Ventilabri ergo indicio, discriminandorum Dominus declaratur jus habere meritorum ; eo quod dum frumenta ventilantur in area, plena a vacuis velut quodam auræ spirantis examine separantur : unde sequitur : Et congregabit triticum in horreum suum, etc. Per hanc comparationem Dominus ostendit

quod judicii die solida merita fructusque virtutis ab inanis jactantiæ exiliumque factorum infructuosa levitate discernat ; perfectioris meriti viros locaturus in mansione cœlesti ; ipse enim perfectior fructus est qui meruit ejus esse conformis, qui sicut granum tritici cecidit, ut plurimos fructus afferret (Joan., 12). CYRIL. At paleæ lentos et inanes signant, et quolibet vento peccati ventilatos et volubiles. BASIL. Conferunt autem his qui digni sunt regno cœlorum velut paleæ tritico ; non tamen intuitu divinæ charitatis et proximorum hoc faciunt ; sive spiritualibus donis, sive corporalibus beneficiis.

ORIG. (homil. 26). Vel quia absque vento non possunt triticum et paleæ separari, ideo habet ventilabrum in manu sua ;

les uns sont de la *paille* et les autres du *froment*. Si vous êtes une paille légère (c'est-à-dire incrédule); la tentation vous montre ce que vous étiez sans le savoir; si au contraire vous soutenez avec courage les épreuves, la tentation ne vous rend pas fidèle et patient, mais elle fait éclater la vertu qui était cachée en vous.

S. GRÉG. de Nysse. — Il est bon de savoir que les biens promis à ceux qui vivent d'une manière irréprochable ne sont point tels qu'ils puissent être exprimés par des paroles, car ni l'œil ne les a vus, ni l'oreille ne les a entendus, ni le cœur de l'homme ne les a compris. Les châtimens des péchés non plus ne ressemblent à rien de ce qui affecte maintenant nos sens, et quoique quelques-unes de ces peines soient nommées dans notre langage, elles diffèrent grandement de ce qui les nomme: en effet, lorsque vous entendez parler *de feu*, vous êtes averti de conjecturer quelque autre chose, car il est ajouté *inextinguible*, ce qui ne peut s'appliquer à notre feu. — S. GRÉG. — Le feu de la géhenne est nommé d'une manière merveilleuse. En effet, notre feu corporel est nourri par du bois amoncelé, et il ne dure qu'à la condition d'être alimenté; au contraire, le feu de la géhenne, quoique corporel et quoiqu'il brûle corporellement les réprouvés qui y sont précipités, n'est point alimenté par du bois, mais une fois créé il demeure toujours inextinguible.

Il disait encore beaucoup d'autres choses au peuple dans les exhortations qu'il leur faisait. Mais Hérode le tétrarque étant repris par lui au sujet d'Hérodiade, femme de son frère, et de tous les autres maux qu'il avait faits, il ajouta encore à tous ses crimes celui de faire enfermer Jean dans une prison.

ORIG. — Jean avait annoncé le Christ, il prêchait le baptême de

quod alios paleas, alios triticum esse demonstrat; cum enim esses palca levis (id est, incredulus) ostendit te esse tentatio quod latebas; cum autem fortiter tentamenta toleraveris, non te faciet fidelem tentatio atque patientem; sed virtutem quæ in te latebat, proferet in medium.

GRÉG. Nyss. Expedit autem scire quod nec dona, quæ per repositiones reposita sunt honeste viventibus, talia sunt ut verbo valeant explicari; quia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt; nec peccatorum pœnæ ad aliquid eorum quæ in præsentî sensum affi-

ciunt, proportionem habent; et quamvis aliquæ illorum pœnarum per nostra nominentur vocabula, differt tamen non modicum: cum enim audis igne, aliud quiddam conjicere doceris ex eo quod additur, inextinguibili; quod in istum ignem non cadit. GRÉG. (in 15, *Moral.*, cap. 17). Miro modo expressus est ignis gehennæ. Ignis namque noster corporeus per congesta ligna nutritur, nec valet nisi fatus subsistere: at contra gehennæ ignis cum sit corporeus, et in se missos reprobos corporaliter exurat, lignis non nutritur, sed creatus semel inextinguibilis durat.

l'Esprit-Saint, et les autres choses que l'histoire de l'Évangile nous rapporte. Il nous est révélé qu'il enseignait encore d'autres choses lorsqu'il est dit : « Il disait encore beaucoup d'autres choses au peuple dans ses exhortations. » — ΤΙΘΕΟΡΗ. — Il prêchait la bonne doctrine, c'est pourquoi elle est appelée avec raison l'Évangile (1). — ORIG. — De même que dans l'Évangile selon saint Jean il est rapporté du Christ qu'il dit encore beaucoup d'autres choses, de même, dans ce passage de saint Luc, on doit entendre que Jean annonça des choses plus grandes qui ne pouvaient être écrites. Nous admirons Jean, parce qu'il a été le plus grand parmi ceux qui sont nés de la femme, parce que ses mérites l'élevèrent à une si grande renommée de vertu que beaucoup pensèrent qu'il était le Christ; mais il est bien plus admirable en ce qu'il n'a point craint Hérode ni redouté la mort; d'où il suit : « Hérode tétrarque étant repris par lui, etc. »

Eus. — Il est appelé tétrarque, pour le distinguer de l'autre Hérode qui régnait à la naissance du Christ : l'un était roi et l'autre tétrarque. Il avait pour femme la fille d'Arétus, roi d'Arabie, qu'il avait prise d'une manière sacrilège (car elle était la femme de son frère Philippe), quoiqu'elle eût des enfants de son frère; ce qui n'était permis qu'à ceux dont les frères étaient morts sans enfants. Jean-Baptiste avait reproché cela à Hérode. D'abord il écouta ses paroles avec empressement, les sachant remplies de gravité et de consolation; mais l'ambi-

[1] C'est-à-dire la bonne nouvelle.

Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo. Herodes autem Tetrarcha cum corripitur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis quæ fecit Herodes, adjecit et hoc super omnia, et inclusit Joannem in carcerem.

ORIG. (homil. 27). Annuntiaverat Joannes Christum, baptismum Spiritus Sancti prædicabat, et cætera quæ Evangelii tradidit historia. Exceptis ergo his alia annuntiasset monstratur in eo quod dicitur : Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo. THEOPH. Exhortatio enim ejus erat bona doctrina; et ideo convenienter Evangelium dicitur. ORIG. Et quomodo in Evangelio secundum Joannem de Christo refertur, quia multa et alia locutus est, sic et in præsentī loco intellige quod Lucas hic dixit, quoniam majora quædam a Joanne annuntiantur quam ut deberent litteris

credi. Miramur autem Joannem, quod inter natos mulierum major nemo fuerit, quod in tantam opinionem meritis virtutis ascenderit, ut a plerisque Christus putaretur : sed illud multo mirabilius quod non timuit Herodem, non formidavit interitum : unde sequitur : Herodes autem Tetrarcha cum corripitur ab illo, etc.

EUSEB. (in Eccles. Hist., lib. 1, cap. 13). Dicitur autem Tetrarcha ad differentiam alterius Herodis, quo regnante natus est Christus : erat enim ille rex, hic autem tetrarcha. Erat autem illi conjux Arætæ, regis Arabum, filia, quam (cum conjux esset fratris sui Philippi) more sacrilego duxit, quamvis prolem haberet a fratre : his enim solum licebat hoc agere, quorum fratres sine prole vitam compleverant. Super hoc Herodem reprehenderat Baptista. Primo quidem diligenter ejus audiebat sermones, cum sciret eos ponderosos et consolatione

tion d'Hérodiade le poussait à mépriser les discours de Jean, c'est pourquoi il le mit en prison; d'où il est dit : « Il ajouta à tout le reste de faire mettre Jean en prison. »

BÈDE. — Ce n'est point alors que Jean fut pris, mais, selon l'Évangile de saint Jean, après que le Seigneur eut fait plusieurs prodiges et après l'éclat de son baptême. Saint Luc le raconte avant le temps pour montrer la malice d'Hérode, lequel, bien différent des autres, voyant la foule accourir, les soldats croire, les publicains faire pénitence et tout le peuple recevoir le baptême, non-seulement méprisa Jean, mais le lia et le fit mourir. — **GLOSE.** — Avant de raconter aucun des actes de Jésus, saint Luc dit que Jean fut pris par Hérode pour montrer qu'il va s'appliquer à décrire uniquement ce qui arriva depuis l'année où Jean fut pris et mis à mort.

Or, il arriva que tout le peuple recevant le baptême, et Jésus ayant été aussi baptisé, comme il faisait sa prière, le ciel s'ouvrit, et le Saint-Esprit descendit sur lui en forme corporelle comme une colombe; et on entendit cette voix du ciel : Vous êtes mon Fils bien aimé; c'est en vous que j'ai mis toute mon affection.

S. AMB. — Saint Luc abrège ce qui a été dit par les autres évangélistes, et fait entendre, plutôt qu'il ne le raconte, que le Seigneur fut baptisé par Jean; d'où il est dit : « Il arriva qu'étant baptisé, etc. » Le Seigneur veut être baptisé, non pour se purifier, mais pour purifier les eaux, afin que, purifiées par la chair immaculée du Christ, elles eussent la vertu du baptême. — **S. GRÉG. de Nazianze.** — Le Christ

plenos; sed Herodiadis concupiscentia cogebat eum aspernari verba Joannis: unde et eum detrudit in carcerem. Et hoc est quod dicitur: Adjecit et hoc super omnia, et inclusit Joannem in carcerem.

BÈDE. Non autem his diebus captus est Joannes, sed juxta Evangelium Joannis post aliqua signa gesta a Domino, et post ejus baptismum diffamatum; sed a Luca propter exaggerandam malitiam Herodis præoccupatum est; qui cum videret ad prædicationem Joannis multos confluere, milites credere, publicanos penitere, totum vulgus baptismum suscipere, ipse econverso, non solum Joannem contemnit, sed vinculat et occidit. **GLOS.** Ante etiam quam Lucas aliquid narret de actibus Jesu, dicit Joannem ab Herode captum; ut ostendat se solummodo ea Domini facta præcipue

descripturum, quæ ab anno gesta sunt quo Joannes captus est vel punitus.

Factum est autem cum baptizaretur omnis populus, et Jesu baptizato, et orante, apertum est cælum, et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in ipsum; et vox de cælo facta est: Tu es Filius meus dilectus; in te complacui mihi.

AMB. Pulchre in his quæ a cæteris dicta sunt, Lucas compendium sumpsit, et intelligendum magis quod a Joanne Dominus baptizatus est quam expressum reliquit: unde dicitur: Factum est autem cum baptizaretur, etc. Baptizatus est autem Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas; ut ablutæ per carnem Christi qui peccatum non cognovit, baptismatis jus ha-

vint au baptême peut-être pour sanctifier Jean-Baptiste, mais certainement pour submerger dans l'eau tout le vieil Adam. — S. AMB. — Le Seigneur déclare lui-même le motif de son baptême en disant : « Ainsi nous devons accomplir toute justice. » Qu'est-ce en effet que la justice, sinon de faire le premier ce qu'on veut que les autres fassent et de les exhorter par son exemple ? Que personne ne dédaigne donc le bain de la grâce, puisque le Christ n'a point dédaigné le bain de la pénitence.

S. CHRYS. — Il y avait un baptême judaïque qui lavait les souillures du corps, mais ne lavait point les crimes de la conscience, tandis que notre baptême délivre des péchés, purifie l'âme et répand l'abondance de l'Esprit. Le baptême de Jean était plus excellent que celui des Juifs, car il ne consistait point dans l'observance des purifications corporelles, mais dans la conversion du vice à la vertu. Il était moins excellent que notre baptême, en ce qu'il ne conférait point l'Esprit-Saint ni le pardon qui vient de la grâce. C'était comme un milieu entre ces deux baptêmes. Le Christ ne reçut ni le judaïque ni le nôtre, parce qu'il n'avait pas besoin du pardon des péchés, et que sa chair, conçue dès le principe par l'Esprit-Saint, n'avait pas besoin de le recevoir. Il reçut le baptême de Jean, afin que, par la nature même de ce baptême, nous comprenions qu'il n'a été baptisé ni à cause du péché ni par indigence des dons de l'Esprit. Il dit : « Étant baptisé et priant, » afin que vous compreniez qu'après avoir reçu le baptême il faut prier toujours. — BÈDE. — En effet, quoique tous les péchés soient remis au baptême, la fragilité de la chair terrestre n'est pas

berent. GREG. Nazian. Accedit etiam Christus ad baptismum, forsitan sanctificaturus Baptistam; quod autem nulli dubium est, ut totum veteranum Adam immergat aquæ. AMB. Quæ etiam sit dominici causa baptismatis, Dominus ipse declarat dicens: Sic nos deest implere omnem justitiam. Quæ est ergo justitia, nisi quia quod alterum tibi facere velis, prior ipse incipias, et tuo alios hortaris exemplo? Nemo igitur refugiat lavacrum gratiæ, quando Christus lavacrum pœnitentiæ non refugit.

CHRYS. Fuerat autem baptismus judaicum, quod sordes carnis amovebat, non conscientie crimina; nostrum autem baptismus separat a peccatis, lavat animam, et Spiritus copiam elargitur: baptismus vero Joannis judaico præstantius erat: neque enim ad observantiam corporalium

mundificationum inducebat, sed monebat a vitio in virtutem converti: nostro vero baptismate minus; eo quod neque Spiritum Sanctum administrabat, nec remissionem quæ per gratiam fit, exhibebat; cum quasi finis quidam esset utrorumque baptismatum: sed neque judaico baptismate, nec nostro baptizatus est Christus; quia nec indulgentia peccatorum egebat, nec illa caro expers erat Spiritus Sancti, quæ per Spiritum Sanctum ab ipso principio concepta est; sed baptizatus est Joannis baptismate, ut ex ipsa natura baptismatis scias quia neque causa peccati, neque propter indigentiam doni Spiritus baptizatus est. Dicit autem baptizato et orante, ut perpendas quod suscepto baptismate opportuna sit jugis oratio. BÈD. Quia etsi peccata sunt omnia in baptismo laxata, non adhuc ter-

affermie; car lorsque nous avons pour ainsi dire traversé la mer Rouge, et que nous nous félicitons de la submersion des Égyptiens (1), nous rencontrons d'autres ennemis dans le désert de la conversation mondaine, et il nous faut les vaincre par nos efforts, avec la grâce du Christ, jusqu'à ce que nous parvenions à la patrie. — S. CHRYS. — Il dit : « Le ciel s'ouvrit, » comme si jusqu'alors il eût été fermé ; c'est que désormais le bercaïl céleste et le terrestre sont réunis ensemble ; il n'y a plus qu'un pasteur des brebis, le ciel est ouvert, et l'homme qui habite la terre est associé aux anges. — BÈDE. — Le ciel ne s'ouvrit point alors à lui, puisque ses yeux pénétraient les profondeurs des cieux ; mais ceci nous montre la vertu du baptême, qui ouvre la porte du ciel à quiconque vient de le recevoir ; de plus, lorsque sa chair innocente est touchée par les eaux, le glaive de feu qui autrefois poursuivait l'homme coupable est éteint.

S. CHRYS. — L'Esprit-Saint descendit sur le Christ comme sur le principe de notre race, afin d'être d'abord sur le Christ, qui ne le reçut point pour lui-même, mais pour nous ; d'où il suit : « L'Esprit-Saint descendit, etc. » Que personne ne pense qu'il le reçut comme ne l'ayant pas auparavant, car lui-même comme Dieu l'envoyait du haut du ciel, et en même temps le recevait comme homme ici-bas. Ainsi il vola de lui sur lui, c'est-à-dire de sa divinité à son humanité. — S. AUG. — Il serait absurde de dire qu'à trente ans il reçut l'Esprit-Saint : venant au baptême sans péché, il y vint ayant déjà l'Esprit-

(1) Allusion aux Hébreux, qui, après la sortie d'Égypte et le passage de la mer Rouge, eurent à combattre les Amalécites.

renæ carnis est fragilitas solidata; nam quasi transito mari Rubro gratulamur submersos Ægyptios, sed in deserto mundanæ conversationis hostes occurrunt alii, qui duce Christi gratia nostro sudore vincantur, donec perveniamus ad patriam. CHRYS. Dicit autem : Apertum est cœlum ; tanquam hactenus reclusum fuisset : jam autem ovisi superno et infimo in unum redacto, et uno existente ovium pastore, cœlum patuit, et homo terricola aggregatus est angelis. BÈD. Non enim ei ocelum tunc apertum est, cujus oculi cœlorum interiora cernebant ; sed virtus ibi baptismatis ostenditur, de quo quisque cum egreditur, regni cœlestis ei janua aperitur ; dumque caro innoxia frigentibus tangitur aquis, opposita quondam noxiis romphæa extinguitur ignea.

CHRYS. Descendit etiam Spiritus Sanctus ad Christum tanquam ad generis nostri principium, ut in Christo sit primo, qui non sibi, sed nobis potius illum suscepit : unde sequitur : Et descendit Spiritus Sanctus, etc. Non existimet aliquis quod cum non habuit eum, suscepit ipsum : ipse namque illum desursum tanquam Deus mittebat ; at idem ut homo recipiebat inferius. Igitur ex eo devolavit in eum ; scilicet ex ipsius Deitate ad ejus humanitatem. AUG. (15, *De trinit.*, cap. 26). Absurdissimum autem est cum jam triginta annorum esset, accepisse Spiritum Sanctum : sed venit ac baptismum sicut sine peccato, ita non sine Spiritu Sancto : si enim de Joanne scriptum est (Luc., 1) : Spiritu Sancto replebitur ab utero matris

Saint ; en effet, s'il est écrit de Jean : « Il sera rempli de l'Esprit-Saint dès le ventre de sa mère, » que penser de l'Homme-Christ dont la conception selon la chair ne fut point l'opération de la chair, mais l'opération de l'Esprit? Aujourd'hui donc il daigne figurer son corps, c'est-à-dire l'Église, où ceux qui sont baptisés reçoivent l'Esprit-Saint. — S. CHRYS. — Ce baptême était à la fois ancien et nouveau : ancien, parce qu'il le recevait d'un prophète ; nouveau, par la descente de l'Esprit.

S. AMB. — L'Esprit se montra sous la forme d'une colombe, parce qu'il est invisible dans la substance de sa divinité. Remarquons le sens mystérieux de cette forme d'une colombe. La grâce du baptême exige la simplicité, il nous faut être simples comme des colombes ; la grâce du baptême exige aussi la paix figurée par cette branche d'olivier qu'une colombe apporta autrefois à l'arche préservée du déluge. — S. CHRYS. — Pour exprimer la mansuétude du maître, il apparaît aujourd'hui sous la forme d'une colombe ; à la Pentecôte, il apparaîtra comme un feu pour exprimer les châtiments. Lorsqu'il fallait pardonner les péchés, la mansuétude était nécessaire ; mais, après que nous avons la grâce, c'est le temps du jugement et de la condamnation. — S. CHRYS. — La colombe est un animal simple et doux, sans fiel amer, sans morsure cruelle, sans griffes déchirantes ; elle recherche les habitations de l'homme, elle s'attache à une seule maison ; lorsqu'elle a des petits, elle ne les quitte point ; s'ils s'envolent, elle vole avec eux ; toujours elle est en compagnie ; par les baisers de son bec

suæ ; quid de homine Christo credendum est, cujus carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Nunc ergo corpus suum, id est, Ecclesiam, præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipue accipiunt Spiritum Sanctum. CHRYS. Redolebat illud baptismum aliquid vetustatis, et partim sapiebat novitatem ; quod enim baptismum susciperet a Propheta, ostendebat aliquid vetus ; quod autem Spiritus descenderit, novum aliquid designabat.

AMB. Merito autem Spiritus se in corpore demonstravit columbæ, quoniam in Divinitatis substantia non videtur. Adversus mysterium, quare sicut columba : simplicitatem enim lavacri requirit gratia, ut simus simplices sicut columbæ ; pacem lavacri requirit gratia, quam in typo olivæ columba quondam ad illam arcam, quæ sola fuit diluvii immunis, advexit. CHRYS.

Vel nunc ut mansuetudinem magistri declaret, in specie columbina apparet ; in Pentecoste autem quemadmodum ignis, ut ostendat pœnam. Cum enim oportebat delictis ignoscere, mansuetudo necessaria erat ; sed ut adepti sumus gratiam, restat examinis et judicii tempus. CYPR., *De unit. Eccles. ante medium*. Est autem columba simplex et lætum animal, non felle amarum, non morsibus sævum, non unguæ laceratione violentum ; hospitia humana diligere, unius domus nosse consortium ; cum generant filios, simul sedere ; cum commeant, volatu invicem cohærere ; conversatione communi vitam suam degere ; oris osculo concordiam pacis agnoscere ; legem circa omnia unanimatis implere assuetum.

CHRYS. Et quidem Christus in ortu suo per plurima se manifestaverat oracula ;

elle exprime l'union pacifique; et toujours elle observe en tout la loi de la concorde.

S. CHRYS. — Le Christ s'était manifesté à sa naissance par plusieurs oracles; mais parce qu'on les méconnaissait, après s'être caché un temps, il se manifeste de nouveau d'une manière plus éclatante. En effet, l'étoile l'avait révélé dans le ciel; mais, dans les eaux du Jourdain, l'Esprit descend sur lui, et le Père le proclame en faisant entendre sa voix au-dessus de sa tête pendant qu'on le baptise; d'où il suit: « Une voix se fit entendre du ciel: Vous êtes mon Fils bien-aimé etc. » — S. AMB. — Nous avons vu l'Esprit sous une forme corporelle, écoutons le Père, que nous ne pouvons pas voir, car le Père est invisible; le Fils était aussi invisible selon la divinité, mais il a voulu se faire voir dans un corps; et le Père, qui n'a point de corps, a voulu nous prouver qu'il était avec le Fils, en disant: « Vous êtes mon Fils. » — S. ATH. — L'Écriture sacrée emploie le nom de fils dans deux sens; le premier est celui de ce passage de l'Évangile: « Il leur a donné le pouvoir de devenir fils de Dieu; » le second sens est celui selon lequel Isaac est fils d'Abraham. C'est pourquoi le Christ n'est pas dit simplement *Fils de Dieu*, mais *Fils bien aimé*, pour nous faire entendre qu'il est seul véritablement Fils par nature; aussi il est encore appelé *unique*. S'il était appelé fils dans le sens absurde d'Arius, comme ceux qui obtiennent ce nom par la grâce, il ne différerait en rien de nous. Reste donc le second sens, qui consiste à dire que le Christ est Fils de Dieu comme Isaac est fils d'Abraham. En effet, celui qui est engendré naturellement par un autre et n'a point son origine

verum quia noluerunt advertere, cum medio latuerit tempore, rursum se ab alio clariorum patefacit principio: nam stella desuper indicabat, sed Pater in undis Jordanis, et Spiritus devolabat; protrahens illam vocem super verticem ejus qui baptizatur: unde sequitur: Et vox de cœlo facta est: Tu es Filius meus dilectus, etc. AMB. Vidimus Spiritum, sed in specie corporali; et Patrem quem videre non possumus, audiamus: invisibilis enim est Pater, sed et Filius invisibilis, secundum Divinitatem; sed demonstrare se voluit in corpore; et quia Pater corpus non gerebat, ideo probare voluit nobis in Filio sese præsentem, dicens: Tu es Filius meus. ATHAN. Sacra quidem Scriptura ex nomine Filii duplicem intellectum ostendit: unum quidem ut in

Evangelio dicitur: Dedit eis potestatem, ut fiant filii Dei; alterum autem intellectum, juxta quem Isaac est filius Abrahæ. Christus ergo, non simpliciter dicitur Dei Filius, sed cum articuli additione, ut comprehendamus quoniam solus ipse est, qui revera et secundum naturam est filius, quamobrem et unigenitus dicitur: nam si secundum insaniam Arii dicitur filius, sicut qui hoc nomen per gratiam assequuntur, in nullo a nobis differre videbitur. Restat ergo secundum alium intellectum fatendum esse Christum Filium Dei, secundum quem Isaac filius Abrahæ esse cognoscitur. Quod enim ab alio naturaliter gignitur, non autem ab extrinseco sumit exordium, filium natura recenset. Sed dicitur: Nunquid ut hominis est passibilis nativitas filii? Mini-

du dehors est fils par nature. Mais, dit-on : « La naissance du Fils a-t-elle été douloureuse comme celle de l'homme ? » Nullement ; Dieu, étant indivisible, est le Père du Fils d'une manière impassible, et il est dit « Verbe du Père, » parce que l'homme lui-même profère son verbe sans douleur. De plus, la nature divine étant simple, il est Père d'un seul Fils ; c'est pourquoi il est ajouté : « Bien aimé. » — S. CHRYS. Car lorsque quelqu'un n'a qu'un fils ; il l'aime davantage ; s'il devient père de plusieurs, son affection s'affaiblit en se divisant.

S. ATHAN. — Le Prophète avait annoncé les promesses de Dieu en disant : « J'enverrai le Christ mon Fils ; » aujourd'hui que la promesse est accomplie, il ajoute : « Je me suis complu en vous. » — BÈDE. — Comme s'il disait : « J'ai mis en vous ma volonté, » c'est-à-dire j'accomplirai par vous ce qui me plaît. — S. GRÉG. — Ou encore, celui qui, se repentant, modifie une chose qu'il a faite, montre qu'il s'est déplu à lui-même, puisqu'il corrige ce qu'il a fait ; ainsi le Père tout puissant a parlé des pécheurs à la manière des hommes, en disant : « Je me repens d'avoir fait l'homme, » comme s'il s'était déplu à lui-même en créant les pécheurs. Au contraire, il s'est complu dans le Christ seul, parce qu'en lui seul il n'a point trouvé de faute pour laquelle il pût se reprendre et, pour ainsi dire, se repentir.

S. AUG. — Ce que dit saint Matthieu : « Celui-ci est mon Fils, » et saint Luc : « Vous êtes mon Fils bien aimé, » revient au même sens ; en effet, la voix céleste dit l'une de ces choses, seulement saint Matthieu a voulu montrer que ces paroles : « Celui-ci est mon Fils bien aimé, » signifiaient, pour ceux qui les entendirent, qu'il était le Fils

me ; sed Deus cum sit indivisibilis, impassibiliter Pater est Filii : unde Verbum Patris dicitur ; quia nec ipsum verbum humanum passibiliter producitur ; et cum simplex sit natura divina, unius solius filii pater est, et propter hoc additur, dilectus. CHRYS. Cum enim quis unum solum possidet filium, maxime diligit ; si vero pater factus sit plurium, dispersit affectus remittitur.

ATHAN. Cum autem antea Propheta protulerit Dei promissa dicentis : Mittam Christum Filium meum ; nunc apud Jordanem quasi consummato promisso decenter subjungit : In te complacui mihi. BÈDE. Ac si dicat : In te placitum meum constitui, id est, hoc per te gerere quod mihi placet. GRÉG. [super Ezech., homil. 8]. Vel aliter : omnis qui pœnitendo corrigit aliqua quæ

fecit, eo ipso quod pœnitet, se sibi displicuisse indicat, quia emendat quod fecit : et quia omnipotens Pater humano modo de peccatoribus locutus est, dicens (Gen., 6) : Pœnitet me fecisse hominem, quasi sibi metipsi displicuit in peccatoribus quos creavit : in solo autem Christo sibi complacuit, quia in solo eo non invenit culpam, in qua se reprehendat quasi per pœnitentiam.

AUG., *De cons. Evang.* (lib 2, cap. 14). Quod autem Matthæus dicit : Hic est Filius meus, Lucas autem : Tu es Filius meus dilectus, ad eandem sententiam explicandam valet : vox enim cœlestis unum horum dixit : sed Matthæus ostendere voluit ad id valere quod dictum est : Hic est Filius meus ; ut illis potius qui audiebant, indicaretur quod ipse esset Filius Dei : non enim Christo indicabatur quod sciebat ;

de Dieu. Il n'était pas besoin de dire au Christ ce qu'il savait, et cette voix se fit entendre pour ceux qui étaient présents et qui entendaient.

Jésus avait environ trente ans lorsqu'il commença à exercer son ministère, étant, comme l'on croyait, fils de Joseph, qui fut fils d'Héli, qui fut fils de Mathat, qui fut fils de Lévi, qui fut fils de Melchi, qui fut fils de Janna, qui fut fils de Joseph, qui fut fils de Mathathias, qui fut fils d'Amos, qui fut fils de Nahum, qui fut fils d'Hesli, qui fut fils de Naggé, qui fut fils de Mahath, qui fut fils de Mathathias, qui fut fils de Séméï, qui fut fils de Joseph, qui fut fils de Juda, qui fut fils de Joanna, qui fut fils de Résa, qui fut fils de Zorobabel, qui fut fils de Salathiel, qui fut fils de Néri, qui fut fils de Melchi, qui fut fils d'Addi, qui fut fils de Cosan, qui fut fils d'Elmadan, qui fut fils d'Her, qui fut fils de Jésus, qui fut fils d'Eliezzer, qui fut fils de Jorim, qui fut fils de Mathath, qui fut fils de Lévi, qui fut fils de Simeon, qui fut fils de Juda, qui fut fils de Joseph, qui fut fils de Jona, qui fut fils d'Eliakim, qui fut fils de Méléa, qui fut fils de Menna, qui fut fils de Mathatha, qui fut fils de Nathan, qui fut fils de David, qui fut fils de Jessé, qui fut fils d'Obed, qui fut fils de Booz, qui fut fils de Salmon, qui fut fils de Nasson, qui fut fils d'Aminadab, qui fut fils d'Aram, qui fut fils d'Esron, qui fut fils de Pharès, qui fut fils de Juda, qui fut fils de Jacob, qui fut fils d'Isaac, qui fut fils d'Abraham, qui fut fils de Tharé, qui fut fils de Nachor, qui fut fils de Sarug, qui fut fils de Ragau, qui fut fils de Phaleg, qui fut fils d'Héber, qui fut fils de Salé, qui fut fils de Caïnan, qui fut fils d'Arphaxad, qui fut fils de Sem, qui fut fils de Noé, qui fut fils de Lamech, qui fut fils de Mathusalé, qui fut fils d'Enoch, qui fut fils de Jared, qui fut fils de Malaléel, qui fut fils de Caïnan, qui fut fils d'Enos, qui fut fils de Seth, qui fut fils d'Adam, qui fut créé de Dieu.

gneur ne fut pas tenté de quarante jours, le démon savait qu'il jeûnait et n'avait point faim, aussi il n'osait s'approcher; d'où il suit: « Et il ne mangea rien pendant ces jours, etc. » Il jeûna pour nous montrer que la sobriété est nécessaire à celui qui veut se munir pour les luttes des tentations. — S. AMB. — Trois choses servent au salut de l'homme: le sacrement, le désert et le jeûne. Nul n'est couronné s'il n'a bien combattu, et nul n'est admis au combat de la vertu si après s'être purifié de toutes les souillures du péché il n'est consacré par le don de la grâce céleste. — S. GRÉG. — Il jeûna quarante jours, ne mangeant rien (car il était Dieu). Nous, nous proportionnons notre jeûne à nos forces, quoique le zèle pousse quelques-uns au-delà. — S. BAS. — Or il ne faut pas se priver de nourriture au point que l'énergie naturelle en soit détruite (par défaut d'aliments), ou que l'esprit en soit abattu par excès de faiblesse. C'est pourquoi notre Seigneur ne jeûna ainsi qu'une seule fois, et pendant tout le reste du temps il régla son corps selon l'ordre voulu; Moïse et Élie firent pareillement. — S. CHRYS. — Il fit sagement de ne pas dépasser le nombre des jours de leur jeûne, de peur qu'on ne crût qu'il n'était venu qu'en apparence, qu'il n'avait pas une véritable chair, ou qu'il en avait une supérieure à la nature humaine.

S. AMB. — Vous reconnaissez ce nombre mystique de quarante jours; vous vous rappelez que les eaux du déluge tombèrent pendant le même nombre de jours, et qu'après autant de jours sanctifiés par le jeûne, Dieu fit paraître la clémence d'un ciel plus serein; par au-

missa sunt, quia majora erant quam ut literis traderentur. BASIL. [ut sup.]. Vel Dominus per quadragenam intentatus mansit; noverat enim diabolus quod jejunabat et non famescebat; et ideo non audebat accedere: unde sequitur: Et nihil manducavit in diebus illis, etc. Jejunavit siquidem ostendens quod illi qui se vult ad pugnas tentationum accingere, sobrietas est necessaria. AMB. Tria igitur sunt quæ ad usum proficiunt salutis humanæ: sacramentum, desertum, jejunium. Nemo nisi qui legitime certaverit, coronatur; nemo autem ad certamen virtutis admittitur, nisi prius ab omnibus ablutus maculis delictorum gratiæ cœlestis munere consecretur. GREG. Nazian. (Orat. 40, post medium). Quadraginta siquidem diebus jejunavit nihil manducans [erat enim Deus]. Nos autem jejunium possibilitati proportionamus; licet

zelus aliquibus progredi suadeat ultra posse. BASIL., ut sup. [in *Cat. græc. Patr.*]. Sed tamen non sic utendum est carne ut [per egestatem alimenti] naturalis vigor ejus solvatur, neque ut ad ultimum torporem intellectus urgeatur per dissolutionis excessum: unde Dominus noster semel hoc peregit, sed per totum consequens tempus ordine debito gubernavit corpus, et similiter Moyses et Elias. CHRYS. (homil. 13, in *Matth.*). Valde autem prudenter factum est quod in jejunando eorum non excessit numerum; ne scilicet putaretur apparenter venisse, non autem recepisse veram carnem aut præter humanam esse naturam.

AMB. Quadraginta autem dierum mysticum numerum recognoscis: tot enim diebus aquas abyssi effusas esse meministi; et tot jejunio dierum sanctificato refusam cœli serenioris ostendit clementiam; tot

tant de jours de jeûne, Moïse mérita de recevoir la loi, et les patriarches dans le désert se nourrirent autant d'années du pain des anges. — S. AUG. — Ce nombre est le symbole de cette laborieuse vie pendant laquelle, conduits par le Christ notre roi, nous luttons contre le diable. Ce nombre signifie la durée du temps; en effet, le temps des années est divisé en quatre saisons; de plus, quarante contient quatre fois dix, et ce nombre dix est multiplié lui-même par les nombres depuis un jusqu'à quatre. Ceci nous montre que le jeûne de quarante jours (c'est-à-dire l'humiliation de l'âme) fut consacré dans la loi et les prophètes par Moïse et Élie, et dans l'Évangile par le jeûne du Seigneur lui-même.

S. BAS. — Parce que l'homme est soumis à la faim, le Seigneur voulut sentir la faim, sachant qu'elle n'est point péché; lorsqu'il le voulut, il permit à sa nature humaine de ressentir et de produire ce qui est de sa condition; d'où il suit : « Lorsque ces jours furent passés, il eut faim. » Il n'est point pressé par la nécessité qui asservit la nature, mais, pour ainsi dire, il provoque le diable à un duel. En effet, le diable, sachant que là où est la faim est aussi la faiblesse, s'approche pour le tenter; il cherche des tentations nouvelles, et, en attendant, il engage le Christ souffrant à apaiser sa faim avec des pierres; d'où il suit : « Le diable lui dit : Si vous êtes le Fils de Dieu, commandez à ces pierres de devenir du pain, etc. » — S. AMB. — Nous savons que le diable a trois armes qu'il emploie pour blesser l'âme de l'homme : la *gourmandise*, la *jactance* et l'*ambition*. Il commence par celle qui avait vaincu (Adam). Apprenons donc à éviter la gourmandise, la

jejunio dierum Moyses perceptionem legis emeruit; tot annos in eremo constituti patres panem angelorum consecuti sunt. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 4). Numerus autem iste laboriosi hujus temporis sacramentum est, quod sub disciplina regis Christi adversus diabolum dimicamus. Hic enim numerus temporalem vitam significat: tempora enim annorum quadripartitis vicibus currunt; quadraginta autem quater habent decem: porro ipsa decem ab uno usque ad quatuor progrediente numero consummantur: quod declarat quod quadraginta dierum jejunium (hoc est humiliationem animæ) consecravit lex, et prophetæ per Moysen et Eliam, et Evangelium per ipsius Domini jejunium.

BASIL. (ut sup.). Verum quia non esurire supra hominem est, assumpsit Domi-

nus passionem famis, judicans eam non esse peccatum, et concessit cum voluit naturæ humanæ quæ sua sunt pati et agere: unde sequitur: Et consummatis illis, esuriit. Non coactus ad necessitatem quæ præest naturæ, sed quasi provocans diabolum ad duellum: sentiens enim diabolus quia ubi fames, ibi imbecillitas, aggreditur ad tentandum, et quasi tentationum excogitator, sive inventor, tamen Christo patienti suadebat lapidibus appetitum sedare: unde sequitur: Dixit autem illi diabolus: Si Filius Dei es, dic lapidi huic ut panis fiat, etc. AMB. Tria præcipue docemur tela esse diaboli quibus ad convulnerandam mentem hominis consuevit armari: gulæ unum, aliud jactantiæ, tertium ambitionis. Inde ergo cœpit, unde jam vicit (scilicet Adam). Discamus igitur cavere gulam,

sensualité, parce qu'elle est une arme du diable. Mais que veut dire cette parole : « Si vous êtes le Fils de Dieu, » sinon qu'il savait que le Fils de Dieu devait venir, et qu'il ne pensait point qu'il fût venu dans cette infirmité de corps? Il s'informe et il tente; il dit qu'il le croit Dieu et il raille l'homme en lui. — ORIG. — Le père à qui son fils demande du pain ne lui donne pas une pierre, mais celui-ci (qui est l'adversaire fourbe et trompeur) donnait une pierre. — S. BAS. — Il l'engageait à apaiser sa faim avec des pierres, c'est-à-dire qu'il voulait détourner son désir des aliments naturels pour le pousser à ceux qui sont contre nature (ou en dehors de la nature). — ORIG. — Il me semble qu'encore aujourd'hui le diable montre une pierre et qu'il excite à dire : « Commandez que cette pierre devienne du pain. » Lorsque vous voyez les hérétiques manger le mensonge de leurs dogmes à la place du pain, pensez que leurs discours sont cette pierre que le diable leur montre.

S. BAS. — Le Christ, qui dissipe les tentations, ne délivre point la nature de la faim (comme si elle était cause du mal, car c'est elle qui conserve notre vie); mais, contenant la nature dans ses propres limites, il montre quelle est sa nourriture; d'où il suit : « Jésus lui répondit : Il est écrit : L'homme ne vit pas seulement de pain, etc. » — THÉOPH. — Comme pour dire : La nature humaine n'est pas sustentée seulement par le pain, le Verbe de Dieu suffit plutôt à nourrir toute la nature humaine. Ainsi le peuple d'Israël fut nourri pendant quarante années par la manne et par des oiseaux; ainsi, par ordre de Dieu, des corbeaux nourrirent Élie; ainsi Élisée nourrit ses compa-

cavere luxuriam, quia telum est diaboli. Sed quid sibi vult talis sermo, si Filius Dei es, nisi quia cognoverat Dei Filium esse venturum, sed venisse per hanc infirmitatem corporis non putabat? Aliud est explorantis, et aliud, tentantis : Deo profitetur se credere, et homini conatur illudere. ORIG. (homil. 29). Rogato autem patre a filio panem, nec daute lapidem pro pane, iste (quasi adversarius versibellis et fallax) pro pane dabat lapidem. BASIL. (ut sup.). Suadebat quidem lapidibus appetitum sedare; hoc est permutare desiderium ab alimento naturali ad existentia præter naturam (sive ad ea quæ sunt extra naturam). ORIG. (ut sup.). Puto etiam quod et usque hodie lapidem diabolus ostendit, ut horretur singulos ad loquendum : Dic ut lapis iste panis fiat. Si videris hæreticos dogmatum suorum mendacium pro pane comedere,

scito lapidem eorum esse sermonem, quem monstrat eis diabolus.

BASIL. (ut sup.). Dissipator autem tentationum Christus non repellit a natura famem (quasi malorum causam, cum sit potius conservativa vitæ nostræ; sed naturam intra proprios fines continens, quale sit ejus nutrimentum ostendit) : unde sequitur : Et respondit ad illum Jesus : Scriptum est : Non in solo pane vivit homo, etc. THÉOPH. Quasi dicat : Non solis panibus humana natura sustentatur, imo sufficit Verbum Dei ad nutriendam universam naturam humanam. Taliter pastus est israeliticus populus colligens annis quadraginta manna (*Exod.*, 16, vers. 15), et gaudens volatilium præda (*Num.*, 11, vers. 32). Divino consilio Elias convivas habuit corvos (*3 Reg.*, 17, vers. 6); Elisæus herbis agrestibus socios nutrit (*4 Reg.*,

gnons avec des herbes sauvages. — S. CYR. — Ou encore : notre corps terrestre se nourrit d'aliments terrestres, mais l'âme raisonnable est fortifiée par le Verbe divin dans les nobles actions de l'esprit. — S. GRÉG. de Nazianze. — Car un corps ne peut nourrir notre nature immatérielle. — S. GRÉG. de Nysse. — Le pain ne nourrit point la vertu, et la chair ne fait point la santé et la prospérité de l'âme; la vie supérieure se développe et s'accroît par d'autres aliments; sa nourriture, c'est la tempérance; la sagesse est son pain, la justice est son aliment, la fermeté son breuvage, la science est sa douceur. — S. AMB. — Vous voyez de quelles armes il se sert contre la tentation de gourmandise pour défendre l'homme des insinuations de l'esprit du mal. Il n'use point de son pouvoir comme Dieu (quel bien nous en serait-il venu?), mais il appelle à lui, comme homme, le secours qui nous est commun à tous; il pense à la nourriture des divins enseignements pour oublier la faim du corps et obtenir l'aliment du Verbe. Ainsi celui qui suit le Verbe ne peut désirer le pain terrestre, car les choses divines sont bien au-dessus des choses humaines. De plus, en disant : « L'homme ne vit pas seulement de pain, » il montre que son humanité seule a été tentée, c'est-à-dire ce qu'il a pris de nous, et nullement sa divinité.

Et le diable le transporta sur une haute montagne, d'où lui ayant fait voir en un moment tous les royaumes du monde, il lui dit : Je vous donnerai toute cette puissance et la gloire de ces royaumes, car elle m'a été donnée,

cap. 4, vers. 9). CYRIL. (ubi sup.). Vel aliter : terrenis cibus terrenum nostrum alitur corpus, anima vero rationalis divino Verbo vigoratur, ad bonam habitudinem spiritus. Et GREG. Nazian. (ubi sup., ex Iambicis). Non enim naturam incorpoream corpus alit. GREG. Nyss. (in Ecclesiasten, homil. 5). Unde non alitur virtus pane, nec per carnes bene se habet anima et pinguescit; aliis epulis vita sublimis educatur et crescit; nutrimentum boni castitas; panis, sapientia; pulmentum, justitia; potus, impassibilis status; delectatio, bene sapere. AMB. Vides igitur quo genere utatur armorum, quo hominem a spiritualis nequitie incussione defendat adversum incitamenta gulæ. Non enim quasi Deus utitur potestate (quid enim mihi proderat)? sed quasi homo commune sibi accersit auxilium, ut divinæ pabulo lectionis inten-

tus famem corporis negligat, alimentum verbi acquirat : non enim potest qui verbum sequitur, panem desiderare terrenum; humanis enim divina præstare non dubium est. Simul cum dixit : Non in solo pane vivit homo, ostendit hominem esse tentatum, hoc est, susceptionem nostram, non suam Divinitatem.

Et duxit illum diabolus in montem excelsum, et ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis, et ait illi : Tibi dabo potestatem hanc universam et gloriam illorum, quia mihi tradita sunt, et cui volo do illa. Tu ergo procidens si adoraveris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Jesus dixit illi : Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies.

THEOPH. Primo inimicus Christum de

et je la donne à qui il me platt. Si donc vous voulez m'adorer, toutes ces choses seront à vous. Jésus lui répondit : Il est écrit : Vous adorerez le Seigneur votre Dieu, et vous ne servirez que lui seul.

THÉOPH. — L'ennemi avait d'abord tenté le Christ par gourmandise, comme Adam; ensuite il le tente par cupidité ou par avarice, en lui montrant tous les royaumes du monde; d'où il suit : « Le diable le conduisit, etc. » Qu'y a-t-il d'étonnant qu'il lui ait permis de le conduire sur une montagne, lui qui a permis à ses suppôts de le crucifier? — THÉOPH. — Comment lui montre-t-il tous les royaumes de la terre? Quelques-uns disent qu'il les lui montra en esprit, mais je dis qu'il les lui fit apparaître d'une manière sensible et fantastique. — TITE. — Peut-être décrivit-il l'univers par des paroles et le représenta-t-il à sa pensée comme une maison, selon ce qu'il croyait. — S. AMB. — Il montre les royaumes du monde et les royaumes terrestres en un instant, ce qui exprime la fragilité passagère du pouvoir, plus rapide qu'un regard; car toutes ces choses passent ainsi en un moment, et souvent la gloire du siècle disparaît plus vite qu'elle n'est venue.

SUITE. — « Il lui dit : Je vous donnerai toute cette puissance. » — TITE. — Il mentait deux fois; il ne l'avait point, et il ne pouvait donner ce qu'il n'avait pas; car il n'a la puissance de rien; il n'est laissé à cet ennemi que le combat. — S. AMB. — Il est dit ailleurs que « toute puissance vient de Dieu. » Ainsi c'est Dieu qui confère la puissance, et le démon ne donne que l'ambition de la puissance. Quoi donc! Est-il bien d'exercer le pouvoir, de rechercher la gloire? Oui, cela est bien quand on la reçoit, non quand on l'usurpe. Cependant il faut distinguer ce bien; il

gula tentaverat, sicut et Adam, deinde de cupiditate, sivo avaritia, in hoc quod ostendit ei omnia regna mundi : unde sequitur : Et duxit illum diabolus, etc. GREG. (in homil. 6, in *Evang.*). Quid mirum si se permisit ab illo in montem duci, qui se pertulit etiam a membris ipsius crucifigi? THEOPH. Sed qualiter ostendit ei omnia regna orbis terræ? Quidam dicunt quod mente hæc ei ostendit : ego autem dico quod sensibiliter et in phantasia apparere facit. TITUS Bostrensis (in *Cat. græc. Patr.*). Vel descripsit orbem verbo, et velut quamdam domum intentioni ejus manifestavit, ut existimabat. AMB. Bene autem in momento temporis regna secularia et terrena monstrantur : non enim tam conspectus celeritas indicatur quam caducæ fragilitas

potestatis exprimitur : in momento enim cuncta illa prætererunt ; et sæpe honor seculi hujus abiit antequam venerit.

Sequitur : Et ait illi : Tibi dabo potestatem hanc universam. TITUS, nempe Bostrensis (ubi sup.). In utroque mentiebatur : neque enim habebat, nec conferre poterat quo carebat : nullius enim obtinet potestatem, sed ad pugnam est adversarius derelictus. AMB. Alibi enim legitur (*ad Rom.*, 13) quia omnis potestas a Deo est : itaque a Deo est potestatum ordinatio ; a malo ambitio potestatis ; nec est potestas mala, sed is qui male utitur potestate. Quid ergo? bonum est uti potestate, studere honori? bonum, si deferatur, non si eripiatur. Distingue tamen hoc ipsum bonum : alius enim bonus in seculo, alius perfectæ vir-

y a un bien qui ne l'est que pour ce monde, il en est un autre qui sert à la perfection de la vertu ; c'est dans ce sens qu'il est bien de chercher

eu et ne laisser dominer par aucune préoccupation le désir de connaître la Divinité. Mais si celui qui cherche Dieu est souvent tenté, à cause de la fragilité de la chair et des étroites limites de l'esprit, combien plus celui qui recherche le siècle est-il exposé à la tentation ! Apprenons donc à mépriser l'ambition qui est soumise à la puissance du diable. D'ailleurs, la faveur publique a en elle-même ses périls ; pour dominer les autres, il faut d'abord servir ; il faut s'abaisser servilement pour monter aux honneurs, et tandis qu'on veut être grand, on s'avilit dans une fausse humilité. D'où il est dit : « Si vous m'adorez, etc. »—

S. CYR. — Comment, toi dont le sort est un feu inextinguible, tu promets au Seigneur de toutes choses ce qui est à lui ? Espères-tu recevoir le culte (l'adoration) de celui qui fait tout trembler de crainte ? —

ORIG. — Ou encore, dans un sens différent : ce sont deux rois qui veulent régner à l'envi l'un de l'autre ; le diable, roi du péché, sur les pécheurs, et le Christ, roi de la justice, sur les justes. Le diable, sachant que le Christ est venu pour lui ôter son royaume, lui montre tous les royaumes du monde, non le royaume des Mèdes ou celui des Perses, mais son royaume, et comment il règne sur le monde, c'est-à-dire comment les uns sont gouvernés par la fornication, les autres par l'avarice ; il lui fait voir en un instant, c'est-à-dire dans la durée du temps présent, ce qu'il obtient, et il le met en parallèle avec la durée de l'éternité. Le Sauveur n'avait pas besoin que l'état du monde lui fût montré plus longtemps ; aussitôt qu'il eut levé son regard pour le contem-

tutis usus. Bonum est enim Deum quærere, bonum est cognoscendæ Divinitatis studium nullis occupationibus impediri. Quod si is qui Deum quærit, propter fragilitatem carnis et mentis angustias sæpe tentatur, quanto magis qui seculum quærit obnoxius est ; docemur ergo ambitionem despiciere, eo quod diabolicæ subjacet potestati. Habet autem forensis gratia domesticum periculum ; et ut dominetur aliis prius servit ; curvatur ad obsequium, ut honore donetur ; et dum vult esse sublimior, simulata humilitate fit villior. Unde subdit : Tu si adoraveris coram me, etc. CYRIL. (in *Cat. græc.*). Quomodo tu cujus sors est inextinguibilis flamma, qualiter omnium Domino quæ sua sunt spondes ? putasti te cultorem habere (vel adoratorem) cujus

metu tremunt universa ? ORIG. (homil. 30). Vel aliter totum : duo reges certatim regnare festinant, peccati rex peccatoribus, diabolus, et justitiæ rex justis, Christus. Sciensque diabolus, ad hoc venisse Christum ut regnum ejus tolleret, ostendit ei omnia regna mundi ; non quidem regnum Persarum et Medorum, sed regnum suum, quomodo regnaret in mundo ; quomodo scilicet alii regnantur a fornicatione, alii ab avaritia : et ostendit ei in puncto temporis, hoc est in præsentis temporum cursu, quid ad comparationem æternitatis puncti obtinet instar : neque enim necessariam habebat Salvator ut ei diutius hujus seculi negotia monstrarentur ; sed statim ut aciem luminum suorum ad contemplandum vertit, et peccata regnantia, et eos qui regnaren-

pler, il vit le règne du péché et ceux qui étaient gouvernés par leurs vices. Alors le diable lui dit : Vous êtes venu pour me disputer l'empire, adorez-moi et vous aurez mon empire. Mais le Seigneur veut régner comme étant la justice, régner sans péché; il veut que les nations lui soient soumises par le culte de la vérité; il ne veut point régner sur les autres de telle sorte que le diable règne sur lui; d'où il suit : « Jésus lui répondit : Il est écrit : Vous adorerez le Seigneur votre Dieu, etc. » — BÈDE. — Le diable disait au Sauveur : « Si vous vous prosternez pour m'adorer, » et il apprend, au contraire, que lui-même doit plutôt l'adorer comme son Seigneur et son Dieu. — S. CYR. — Pourquoi donc si, comme le veulent les hérétiques, il est fils de la créature, doit-il être adoré? Où sera le crime de ceux qui adorent la créature et non le Créateur, si nous adorons le Fils comme Dieu (tandis qu'il n'est d'après eux qu'une créature)? — ORIG. — Ou encore : Je veux (dit-il) que tous me soient soumis, afin qu'ils adorent le Seigneur Dieu, et ne servent que lui; et tu veux que je donne l'exemple du péché, moi qui suis venu ici pour le détruire! — S. CYR. — Cette parole pénétra jusqu'au fond de ses entrailles; avant sa venue, il était adoré partout, et voilà que la loi divine, le chassant de son trône usurpé, établit le culte de celui-là seul qui est Dieu par nature. — BÈDE. — On demandera comment ce précepte (deservir Dieu seul) peut s'accorder avec les paroles de l'Apôtre qui dit : « Ayez un culte de charité les uns pour les autres; » mais dans le grec *dulia* signifie un culte ordinaire (c'est-à-dire qu'on rend soit à Dieu soit à l'homme); c'est dans ce sens qu'il nous est commandé de nous honorer mutuellement; au contraire, on appelle *latrie* le culte qui est dû à Dieu, et qu'il nous est commandé de ne rendre qu'à Dieu.

tur a vitiis conspexit. Dicit ergo ad eum : Venisti ut adversus me de imperio dimices? Adora me, et accipe regnum quod teneo. Verum Dominus vult quidem regnare, sed quasi justitia, ut absque peccato regnet, et vult gentes sibi esse subjectas, ut serviant veritati; nec sic vult regnare cæteris, ut ipse regnetur a diabolo : nnde sequitur : Et respondens Jesus dixit illi : Scriptum est : Dominum Deum tuum adorabis, etc. BÈDE. Dicens diabolus Salvatori : Si procedens adoraveris me, econtrario audit, quod ipse magis adorare eum debeat, quasi Dominum et Deum suum. CYRIL., in *Thesaur.* Qualiter autem si secundum hæreticos filius est creaturæ, adoratur? Quod crimen inferretur adversus eos qui servierunt crea-

turæ, et non Creatori, si Filium (secundum eos creaturam existentem) colimus tanquam Deum? ORIG. (ut sup.). Vel aliter : hos (inquit) omnes propterea mihi volo esse subjectos, ut Dominum Deum adorent, et ipsi soli serviant; tu autem a me vis incipere peccatum, quod ego dissoluturus huc veni. CYRIL. (in *Cat. græc.*). Hoc autem mandatum ejus tetigit intima : ante adventum enim ejus ipse ubique colebatur; lex autem divina ejiciens ipsum a dominio usurpato, adorare statuit solum eum qui naturaliter Deus est. BÈDE. Quærat autem aliquis quomodo conveniat quod hic præcipitur (soli Domino serviendum) Apostoli verbo qui dicit (*ad Gal.*, 5) : Per charitatem servite invicem; sed in græco *dulia* intelligitur

Le diable le transporta encore dans Jérusalem; et l'ayant mis sur le haut du temple, il lui dit : Si vous êtes le Fils de Dieu, jetez-vous d'ici en bas; car il est écrit qu'il a ordonné à ses anges d'avoir soin de vous et de vous garder; et qu'ils vous soutiendront de leurs mains, de peur que vous ne vous heurtiez le pied contre quelque pierre. Jésus lui répondit : Il est écrit : Vous ne tenterez point le Seigneur votre Dieu. Le diable, ayant achevé toutes ses tentations, se retira de lui pour un temps.

S. AMB. — La jactance est l'arme qui vient ensuite; elle nous fait tomber dans l'abaissement du péché, parce que les hommes qui veulent s'enorgueillir de la gloire de leur vertu déchoient aussitôt du rang et du degré de leurs mérites. D'où il est dit : « Il le conduisit à Jérusalem, etc. » — ORIG. — Il suivait calme comme un athlète, marchant spontanément à la tentation et disant en quelque sorte : « Conduis-moi où tu voudras, partout tu me trouveras plus fort. » — S. AMB. — C'est le propre de la jactance que quiconque croit s'élever en usurpant des fonctions plus élevées tombe dans la dégradation; d'où il suit : « Il lui dit : Si vous êtes Fils de Dieu, jetez-vous en bas, etc. » — S. ATHAN. — Le diable n'engagea point le combat contre la Divinité (il ne l'osait point; c'est pourquoi il disait : Si vous êtes le Fils de Dieu); mais il l'engagea contre l'homme qu'autrefois il avait pu séduire. — S. AMB. — Les insinuations du diable tendent ainsi à précipiter l'homme de la hauteur de ses mérites en même temps qu'elles nous révèlent sa malice et sa décadence; en effet, il ne peut nuire aux autres que parce qu'il s'est d'abord précipité lui-même, et celui qui préfère les choses

servitus communis (hoc est sive Deo sive homini exhibita), secundum quam jubemur servire invicem; latria autem vocatur servitus Divinitatis cultui debita, qua jubemur soli Deo servire.

Et duxit illum in Hierusalem : et statuit eum super pinnaculum templi, et dixit illi : Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum : scriptum est enim quod angelis suis Deus mandavit de te, ut conservent te, et quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Jesus, ait illi : Dictum est : Non tentabis Dominum Deum tuum. Et consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo usque ad tempus.

AMB. Sequitur jactantiæ telum, quo in proclive delinquitur; quia dum homines gloriam virtutis suæ jactare desiderant, de

loco meritorum et statione decedunt : unde dicitur : Et duxit illum in Hierusalem, etc. ORIG. (homil. 31). Sequebatur plane quasi athleta, ad tentationem sponte proficiscens; et quodammodo loquebatur : Duc quo vis, et invenies me in omnibus fortiolem. AMB. Ista est autem jactantia, ut dum se putat unusquisque ad altiora conscendere, sublimium usurpatione factorum ad inferiora tradatur : unde sequitur : Et dixit illi : Si Filius Dei es, mitte te deorsum, etc. ATHAN. (in *Cat. græcor. Patr.*). Non autem contra Divinitatem certamen diabolus iniiit (neque enim audebat, et ideo dicebat : Si Filius Dei es), sed cum homine certamen iniiit, quem quondam seducere potuit. AMB. Vere autem diabolica vox est, quæ mentem hominis de gradu altiore meritorum præcipitare contendit, simul infirmitatem suam diabolus malitiamque designat; quia ne-

terrestres aux célestes se jette comme dans un précipice volontaire où sa vie se détruit. Cependant lorsque le diable vit son arme émoussée, lui qui avait soumis tous les hommes à sa puissance, il jugea que Jésus était plus qu'un homme. Satan se transforme souvent en ange de lumière (1), et se sert des Saintes-Ecritures pour préparer des embûches aux fidèles; d'où il suit : « Il est écrit, etc. » — ORIG. — Comment sais-tu, ô démon, que cela est écrit? As-tu lu les prophètes et les divins oracles? Oui, tu les as lus, non pour devenir meilleur par leur lecture, mais pour tuer, avec la lettre morte, ceux qui s'attachent à la lettre (2)? Tu sais que si tu parlais autrement que ces livres sacrés tu ne pourrais séduire. — S. AMB. — Ne vous laissez donc point surprendre par les hérétiques qui pourront vous citer des exemples de l'Écriture; le diable se sert aussi des témoignages de l'Écriture, non pour instruire, mais pour tromper. — ORIG. — Voyez comme il est fourbe en citant ces témoignages; il veut amoindrir la gloire du Sauveur, comme s'il avait besoin du secours des anges, lui qui est au-dessus des anges. Apprends plutôt, ô démon, que les anges eux-mêmes heurteraient leur pied si Dieu ne les soutenait; et c'est ainsi que toi-même tu t'es heurté, pour n'avoir pas voulu croire en Jésus-Christ, Fils de Dieu. Pourquoi donc passes-tu sous silence ce qui suit : « Vous marcherez sur l'aspic et sur le basilic, sinon parce que tu es ce basilic, ce dragon, ce lion. »

S. AMB. — Cependant, pour montrer que ce qui avait été prédit de

(1) Saint Paul aux Corinthiens, épît. 2, ch. 11, v. 14.

(2) Allusion à saint Paul, 2 Cor., 3, v. 6 : *la lettre tue*, c'est-à-dire le sens grossier et matériel des Écritures.

mini potest nocere, nisi ipse deorsum se miserit : nam qui relictis cœlestibus terrena eligit, voluntarium quoddam præcipitium vitæ labentis incurrit : simul quoniam telum suum diabolus vidit obtusum, qui omnes homines propriæ subjecerat potestati, plus cœpit quam hominem judicare. Transfiguratur autem se Satanus velut angelum lucis, et de Scripturis sæpe divinis laqueum fidelibus parat : unde sequitur : Scriptum est enim, etc. ORIG. (ut supra, homil. 31). Unde tibi, diabole, scire quod ista scripta sunt? nunquid legisti prophetas, vel divina eloquia? Legisti quidem, non ut ipse ex lectione eorum melior fieres, sed ut de simplici littera eos qui amici sunt litteræ, interficias. Scis quia si de aliis ejus voluminibus loqui volueris, non decipies. AMB. Ergo non te capiat hæreticus,

qui potest de Scripturis aliqua exemplum proferre : utitur et diabolus testimoniis Scripturarum, non ut docent, sed ut fallat. ORIG. (ut sup.). Vides autem quomodo et in ipsis testimoniis versipellis est : vult enim minuere gloriam Salvatoris, quasi angelorum indigeat auxilio, offensurus pedem, nisi eorum manibus sublevetur. Hoc enim testimonium, non de Christo, sed de sanctis generaliter scriptum est : neque enim indiget angelorum auxilio qui major est angelis. Quin potius disce, diabole, quod nisi Deus adjuvaret angelos, offenderent pedem suum, et tu propterea offenderesti quia credere in Jesum Christum, Dei Filium, noluisti. Quare autem scies quod sequitur : Super aspidem et basiliscum ambulabis, nisi quia tu es basiliscus, tu draco, tu leo. AMB. Sed Dominus rursus ne ea quæ de

lui ne s'accomplissait pas par la volonté du diable, mais par la volonté suprême de sa divinité, le Seigneur combat sa malice; et, comme il a cité un passage des Écritures, il en triomphe par les Écritures; d'où il suit : « Jésus lui répondit : Il est écrit, tu ne tenteras point le Seigneur. » — S. CHRYS. — C'est le démon qui nous inspire de nous jeter dans les périls pour tenter Dieu en comptant qu'il nous délivrera. — S. CYR. — Dieu donne son secours à ceux qui espèrent en lui et non à ceux qui le tentent; c'est pourquoi le Christ ne voulait point faire voir des miracles à ceux qui le tentaient; il leur disait : « Cette race mauvaise demande un signe : il ne lui sera point donné. » — S. CHRYS. — Considérez comment le Seigneur ne fut point troublé, comment il disputa humblement avec le mauvais, et conformez-vous au Christ dans la mesure de vos forces. Le diable reconnaît les armes du Christ qui l'ont terrassé, il lutta avec mansuétude, il triompha avec humilité. Quand vous rencontrerez un homme devenu l'instrument de Dieu pour lutter contre vous, vous le vaincrez de la même manière. Que votre âme apprenne à conformer vos paroles à celles du Christ; car, de même que le gouverneur romain assis sur son tribunal n'écoute point la demande de celui qui ne sait point parler comme lui, de même le Christ, si vous ne parlez comme lui, ne vous exaucera ni ne vous assistera.

S. GRÉG. de Nysse. — Celui qui lutte avec courage arrive au terme de ses combats, soit que son adversaire cède lui-même au vainqueur, soit qu'à la troisième défaite il dépose les armes, selon les lois de la guerre. D'où il suit : « Ayant achevé toute tentation, il se retira, etc. » —

se fuerant prophetata, ad arbitrium diaboli putaret esse facienda, sed Divinitatis propriæ auctoritate servata, versutis ejus occurrit, ut quia Scripturarum exemplum prætenderat, Scripturarum vinceretur exemplis : unde sequitur : Et respondens Jesus ait illi : Dictum est quia non tentabis Dominum, etc. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr., ex homiliis ad Hebræos*). Diabolicum enim est seipsum injicere ad pericula, et tentare an eripiat Deus. CYRIL. (in *Cat. græc., ut sup.*). Non tentantibus largitur Deus auxilia, sed credentibus in eum : unde Christus tentantibus eum non ostendebat miracula ; quibus dicebat (Matth.) : Generatio prava signum quærit, et non dabitur ei. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr., ex homil. in Matth.*). Aspice autem quomodo non turbatus est Dominus, imo de Scripturis humillime cum

iniquo disceptat; ut conformeris Christo pro posse. Novit diabolus arma Christi quibus succumbit; ex mansuetudine eum cepit, ex humilitate devicit. Tu quoque cum videris hominem effectum diabolum et tibi obviantem, eo modo devincas; doceas animam tuam formare os condecens orï Christi : sicut enim cum romanus forsitan residet judex, non exaudiet responsum ignorantis eo modo loqui quo ipse, sic et Christus nisi suo modo loquaris, non exaudiet te, nec vacabit tibi.

GREG. Nyss. (ubi sup., in *Cat. græc.*). Legitime autem pugnanti agonem reperitur terminus, vel quod adversarius sua sponte cedat vincenti, vel trino casu deponitur secundum pugnatoreis artis decretum. Unde sequitur : Et consummata omni tentatione, recessit, etc. AMB. Non dixisset Scriptura

S. AMB. — L'Écriture n'aurait point dit : « Ayant achevé toute tentation, » si les trois qui précèdent n'étaient l'occasion de toutes les fautes; en effet, les tentations viennent des concupiscences qui sont : la délectation de la chair, le désir de la gloire et l'ambition du pouvoir.

— S. ATHAN. — L'ennemi s'était approché de lui comme d'un homme, mais ne trouvant point en lui la trace de son antique venin, il se retira.

— S. AMB. — Vous voyez que le démon n'est point opiniâtre dans sa poursuite, qu'il cède à la véritable vertu, et que, s'il ne cesse de haïr, cependant il craint d'insister, parce qu'il a peur d'être plus souvent vaincu. Ainsi, au nom de Dieu il se retira (est-il dit) pour un temps, jusqu'à ce qu'il revînt, non pour tenter, mais pour combattre ouvertement.

— THÉOPH. — Dans le désert il l'avait tenté par la volupté, il se retira jusqu'au temps de la croix où il devait le tenter par la douleur.

— S. MAX. — Dans le désert, le diable avait pressé le Christ de préférer les biens matériels du monde au divin amour; le Seigneur lui ordonna de se retirer (ce qui était un signe de divin amour); aussi, dans la suite, il cherchait à lui faire violer l'amour du prochain; c'est pour cela qu'il provoquait les pharisiens et les scribes à lui dresser des embûches, pendant qu'il les instruisait, afin qu'il fût amené à les haïr. Mais le Seigneur, ayant toujours en vue l'amour qu'il leur portait, les avertissait, les reprenait et ne cessait de leur faire du bien.

S. AUG. — Saint Matthieu raconte tout ceci également, mais dans un autre ordre; ainsi nous ne savons ce qui est arrivé d'abord et si les royaumes du monde lui furent montrés avant qu'il fût transporté sur le pinacle du temple, ou si c'est le contraire; cela importe peu,

omnem tentationem consummatam, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum, quia causæ tentationum causæ cupiditatum sunt, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, aviditas potentiz ATHA. (in *Cat. græc.*). Accesserat quidem ad eum hostis ut ad hominem, non inveniens autem in ipso antiqui sui seminis signa, discessit. AMB. Vides ergo ipsum diabolum in studio non esse pertinacem, cedere veræ solere virtuti, et si invidere non desinat, tamen instare formidat, quia frequentius refugit triumphari. Audito itaque Dei nomine, recessit (inquit) usque ad tempus, postea enim non tentaturus, sed aperte pugnaturus venit. THEOPH. Vel quia de voluptate tentaverat in deserto, recessit ab eo usque ad tempus crucis, in quo eum erat de tristitia tentaturus. MAXI. (in *Cat.*

græc. Patr.). Vel diabolus in deserto Christo suggererat præferre mundi materia divino amori, quem Dominus retrocedere jussit (quod erat indicium divini amoris). Unde postea satagebat prævaricatorem eum facere dilectionis ad proximos; et ideo docente eo semitas vitæ provocabat ad illius insidias pharisæos et scribas, ut ad eorum odium perverteretur; sed Dominus dilectionis intuitu quam habebat in eos, monebat, arguebat, beneficia conferre non cessabat.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 6). Totum autem hoc similiter Matthæus narrat, sed non eodem ordine: unde incertum est quid prius factum sit; utrum regna terræ prius demonstrata sint ei, et postea in pinnam templi levatus sit, an hoc prius, et illud postea: nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. MAXI.

puisqu'il est certain que l'un et l'autre arrivèrent. — S. MAX. — Un des évangélistes commence par une chose, et l'autre par une autre, parce que la vaine gloire et l'avarice s'engendrent mutuellement. — ORIG. — Saint Jean, qui avait commencé à Dieu en disant : « Au commencement était le Verbe, » n'a pas raconté la tentation du Seigneur, parce que Dieu, dont il voulait surtout parler, ne peut être tenté. Au contraire, les évangiles de saint Matthieu et de saint Luc s'occupent surtout de la génération humaine, et saint Marc de l'humanité, laquelle peut être tentée; c'est pour cela que saint Matthieu, saint Luc et saint Marc ont raconté la tentation du Seigneur.

Alors Jésus s'en retourna en Galilée par la vertu de l'esprit de Dieu, et sa réputation se répandit dans tout le pays d'alentour. Il enseignait dans leurs synagogues, et il était estimé et honoré de tout le monde. Etant venu à Nazareth, où il avait été élevé, il entra, selon sa coutume, le jour du sabbat dans la synagogue, et il se leva pour lire. On lut présenta le livre du prophète Isaïe, et l'ayant ouvert, il trouva le lieu où ces paroles étaient écrites : L'Esprit du Seigneur s'est reposé sur moi; c'est pourquoi il m'a consacré par son onction; il m'a envoyé pour prêcher l'Evangile aux pauvres, pour guérir ceux qui ont le cœur brisé; pour annoncer aux captifs leur délivrance, et aux aveugles leur recouvrement de la vue; pour renvoyer libres ceux qui sont brisés sous leurs fers; pour publier l'année favorable du Seigneur, et le jour où il se vengera de ses ennemis. Ayant fermé le livre, il le rendit au ministre, et s'assit. Tout le monde dans la synagogue avait les yeux arrêtés sur lui. Et il commença à leur dire : C'est aujourd'hui que cette Ecriture que vous venez d'entendre est accomplie.

ORIG. — Après que le Seigneur eut vaincu le tentateur, sa vertu s'accrut quant à sa manifestation; d'où il est dit : « Jésus s'en retourna

(ut sup.). Ob hoc autem evangelistarum hanc iste, illam vero ille præmittit; quia inanis gloria et avaritia ad invicem sese gignunt. ORIG. (homil. 29). Joannes autem qui a Deo exordium fecerat, dicens : In principio erat Verbum, tentationem Domini non descripsit; quia Deus tentari non potest, de quo ei erat sermo : quia vero in Matthæi Evangelio et in Luca generatio hominis describitur, et in Marco homo est qui tentatur; ideo Matthæus, Lucas et Marcus, tentationem Domini descripserunt.

Et regressus est Jesus in virtute spiritus in Galilæam, et fama exiit per universam regionem de illo. Et ipse docebat in synagoga sorum, et magnificabatur ab omnibus, Et venit Nazareth ubi erat nutritus; et in-

travit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam, et surrexit legere; et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ; et ut revolvit librum, invenit locum ubi scriptum erat : Spiritus Domini super me, propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corda, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum; dimittere confractos in remissionem; prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, et sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentis in eum. Cæpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris.

ORIG. (homil. 32). Quia Dominus ten-

par la vertu de l'Esprit, etc. » — BÈDE. — *La vertu de l'Esprit* exprime les signes miraculeux. — S. CYR. — Il faisait des miracles, non par une puissance extrinsèque et comme ayant acquis la grâce de l'Esprit-Saint (à la manière des autres saints), mais comme étant Fils de Dieu par nature et associé en tout au Père; il se sert de la vertu de l'Esprit-Saint comme étant sa propre vertu et sa propre puissance. Désormais il devait se manifester et faire éclater pour les enfants d'Israël le mystère de l'incarnation; d'où il suit: « Sa renommée se répandit, etc. » — BÈDE. — Parce que la sagesse se rapporte aux enseignements et la puissance aux œuvres, les deux sont ici réunies; d'où il suit: « Il enseignait dans les synagogues, etc. » Synagogue veut dire *congrégation*; les Juifs appelaient ainsi non-seulement l'assemblée du peuple, mais encore le lieu où ils se réunissaient pour entendre la parole de Dieu, de même que nous appelons *église* le lieu où se réunissent les fidèles aussi bien que la réunion des fidèles. Il y a cependant une différence entre synagogue, qui veut dire *congrégation*, et *église*, qui veut dire *assemblée*, en ce que des animaux ou toutes autres choses peuvent former une congrégation, tandis qu'une assemblée ne se forme que par des êtres doués de raison. C'est pour cela que les docteurs apostoliques ont jugé que le peuple de la nouvelle grâce, qui est plus digne, devait s'appeler *église* plutôt que *synagogue*. Celui qui avait le témoignage de tous les faits et de tous les oracles précédents devait être glorifié par tous ceux qui étaient présents; d'où il suit: « Il était glorifié par tous. » — ORIG. — Gardez-vous de penser que ceux-là seulement sont heureux qui furent témoins de son enseignement, et de vous croire

tatorem vicerat, virtus ei addita est; quantum scilicet ad manifestationem: unde dicitur: Et regressus est Jesus in virtute spiritus, etc. BÈDE. Virtutem spiritus signa miraculorum dicit. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Agebat autem miracula, non ab extrinseco, et quasi acquisitam habens Spiritus Sancti gratiam (sicut alii sancti), sed potius cum esset naturaliter Dei Filius et consors omnium quæ sunt Patris, tanquam propria virtute et operatione utitur ea quæ est Spiritus Sancti. Decebat autem ex tunc eum notum fieri, et humanationis fulgere mysterium apud eos qui erant de sanguine Israel: ideo sequitur: Et fama exiit, etc. BÈDE. Et quia sapientia pertinet ad doctrinam, virtus vero refertur ad opera, utraque hic conjunguntur. Unde sequitur: Et ipso docebat in

synagogis, etc. Synagoga græce latine dicitur congregatio: quo nomine, non solum turbarum conventum, sed et domum in qua ad audiendum verbum Dei conveniebant, Judæi appellare solebant, sicut nos ecclesias, et loca, et choros fidelium vocamus: verum differt inter synagogam, quæ congregatio, et ecclesiam, quæ convocatio interpretatur, quia scilicet, et pecora, et quæque res congregari in unum possunt, convocari non possunt, nisi ratione utentia; ideo novæ gratiæ populum quasi majori dignitate præditum, rectius ecclesiam quam synagogam nominare apostolicis doctoribus visum est. Merito autem et magnificatus a præsentibus, asseveratur præcedentibus factorum dictorumque indicibus, cum sequitur: Et magnificabatur ab omnibus. ORIG. (ut sup.). Cave autem ne beatos tantum illos

moins favorisé, vous qui ne l'avez point entendu; car maintenant encore il enseigne dans tout l'univers par ses organes, et il est glorifié par un plus grand nombre que dans ce temps où une seule province s'assemblait autour de lui.

S. CYR. — Il se fait connaître à ceux parmi lesquels il a été élevé selon la chair; d'où il suit: « Il vint à Nazareth, etc. » — THÉOPH. — Il veut nous enseigner à faire du bien à nos proches d'abord et à les instruire, ensuite à répandre notre affection sur les autres. — BÈDE. — Ils se réunissaient dans les synagogues, le jour du sabbat, afin de méditer les enseignements de la loi pendant le repos des choses du monde et dans le recueillement du cœur; d'où il suit: « Le jour du sabbat, selon sa coutume, il entra dans la synagogue. » — S. AMB. — Le Seigneur s'abassa jusqu'à remplir toutes les fonctions, afin que même la fonction de lecteur ne fût point dédaignée; d'où il suit: « Il se leva pour lire et on lui présenta le livre, etc. » Il prit le livre afin de montrer que c'est lui qui a parlé par les prophètes, et pour écarter le perfide sacrilège de ceux qui disent que le Dieu de l'Ancien-Testament n'est pas le même que celui du Nouveau, ou qui font commencer le Christ à la Vierge; comment, en effet, commencerait-il à la Vierge, celui qui parlait avant que la Vierge existât?

ORIG. — Ce n'est point par hasard qu'en ouvrant le livre, il tomba sur le passage qui l'annonçait, cela se fit par la providence de Dieu; d'où il suit: « Dès qu'il l'ouvrit il trouva l'endroit, etc. » — S. ATHAN. Il dit cela pour nous expliquer la cause de la révélation et de son incarnation; car, de même que le Fils (qui donne l'Esprit) ne nie point

judices, et te arbitreris privatum esse Christi doctrina; quia nunc etiam in toto orbe docet per organa sua; et nunc magis glorificatur ab omnibus, quam illo tempore, quo tantum in una provincia congregabantur.

CYRIL. (ubi sup.). Largitur autem sui notitiam illis inter quos educatus est secundum carnem: unde sequitur: Et venit Nazareth. etc. THÉOPH. Ut et nos doceat prius proprios beneficiare et docere, deinde et ad reliquos amicitiam spargere. BÈDE. Confluebant autem die sabbati in synagogis, ut feriatibus mundi negotiis ad meditanda legis monita quieto corde residerent; unde sequitur: Et intravit secundum consuetudinem suam, die sabbati in synagogam. AMB. Ita autem Dominus ad omnia se

curvavit obsequia, ut ne lectoris quidem aspernaretur officium: unde sequitur: Et surrexit legere: et traditus est illi liber, etc. Accepit quidem librum, ut ostenderet seipsum esse qui locutus est in prophetis, et removeret sacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris Testamenti, alium novi; vel qui initium Christi dicunt esse de Virgine: quomodo enim cœpit ex Virgine, qui ante Virginem loquebatur?

ORIG. (ut sup.). Non autem fortuito revolvit librum, et caput de se vaticinans reperit lectionis; sed hoc providentiæ Dei fuit: unde sequitur: Et ut revolvit, invenit locum, etc. ATHAN. (orat. 2, contra Arianos). Explicans enim nobis causam factæ in mundo revelationis, et suæ humanationis, hoc dicit: sicut enim Filius (cum sit Spi-

que comme homme il chasse les démons par l'Esprit de Dieu, de même, quoiqu'il se soit fait homme, il ne craint point de dire : « L'Esprit de Dieu s'est reposé sur moi. » — S. CYR. — C'est ainsi que nous confessons qu'il a reçu l'onction en tant qu'il a pris la chair; d'où il suit : « C'est pourquoi il m'a consacré par son onction; » car ce n'est point la nature divine qui reçoit l'onction, mais ce qui lui est commun avec nous. De même, lorsqu'il dit qu'il a été envoyé, il faut entendre cela de l'humanité; car il suit : « Il m'a envoyé évangéliser les pauvres. » — S. AMB. — Voilà la Trinité coéternelle et parfaite : l'Écriture annonce Jésus Dieu et homme parfait dans les deux natures (1); elle annonce le Père et l'Esprit-Saint, qui a paru comme coopérateur lorsqu'il est descendu sur le Christ sous l'apparence corporelle d'une colombe. — ORIG. — Il appelle *pauvres* les nations; en effet, elles étaient pauvres, ne possédant rien, ni Dieu, ni loi, ni prophètes, ni la justice, ni les autres vertus. — S. AMB. — Ou encore, il est oint tout entier de l'huile spirituelle et de la vertu céleste, afin d'inonder la pauvreté de la condition humaine avec le trésor éternel de la résurrection. — BÂDE. — De plus il est envoyé pour prêcher l'Évangile aux pauvres et leur dire : « Bienheureux vous qui êtes pauvres, parce que le royaume des cieux est à vous. » — S. CYR. — Peut-être veut-il dire qu'entre tous les biens qui viennent du Christ, le meilleur don est pour les pauvres en esprit. — SUITE. — « Guérir les cœurs brisés : » il appelle *cœurs brisés* les faibles, ceux dont l'âme est fragile, ceux qui ne peuvent résister aux assauts des passions, et il leur promet le re-

(1) Dieu parfait et homme parfait, dit le Symbole de saint Athanase.

ritus dator) non recusat fateri tanquam homo, quod in Spiritu Dei ejicit dæmonia; ita non recusat dicere : Spiritus Domini super me, pro eo quod factus est homo. CYRIL. (ubi sup.). Similiter autem fatemur eum unctum fuisse in quantum carnem suscepit : unde sequitur : Propter quod unxit me : non enim ungitur divina natura, sed quod nobis cognatum existit : sic etiam et quod dicit se missum, imputandum est humanitati : nam sequitur : Evangelizare pauperibus misit me. AMB. Vides Trinitatem coæternam atque perfectam : ipsum loquitur Scriptura Jesum Deum hominemque in utroque perfectum; loquitur et Patrem et Spiritum Sanctum; qui cooperatur ostenditur, quando corporali specie, sicut columba, descendit in Christum. ORIG. (ut sup.). Pauperes autem nationes dicit; isti autem erant pauperes nihil omnino possidentes, non Deum, non legem, non prophetas, non justitiam, reliquasque virtutes. AMB. Vel universaliter ungitur oleo spiritali et virtute cœlesti, ut paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno. BÆD. Mittitur etiam evangelizare pauperibus dicens : Beati pauperes, quia vestrum est regnum cœlorum. CYRIL. (ubi sup.). Forsitan enim pauperibus spiritu in his ostendit exhibitum liberale donum inter omnia dona, quæ per Christum obtinentur : sequitur : Sanare contritos corde. Vocat contritos corde, debiles, fragilem mentem habentes, et resistere nequeunt insultibus passionum, quibus remedium sanitatis promittit. BASIL. [in *Cat. græcor.*

tour à la santé. — S. BAS. — Il vient guérir *les cœurs brisés*, c'est-à-dire ceux dont Satan a brisé le cœur par le péché; car c'est le péché surtout qui abat le cœur humain. — BÈDE. — Ou encore : parce qu'il est écrit : « Dieu ne rejette point un cœur contrit et humilié, » il se dit envoyé pour guérir les contrits de cœur, selon cette parole : « Il guérit les contrits de cœur. »

SUITE. — « Annoncer la délivrance aux captifs. » — S. CHRYS. — Le mot captivité a plusieurs sens : il est une bonne captivité dont saint Paul a dit : « Captivant tout notre esprit pour obéir au Christ; » il en est une mauvaise dont il est dit : « Ils emmenaient captives des femmes chargées de péchés. » La captivité peut être extérieure et venir d'ennemis corporels, mais la pire est celle de l'âme, dont il est dit : « Le péché produit la plus dure tyrannie, il pousse au mal et couvre de confusion ceux qui lui obéissent; » c'est de cette captivité de l'âme que le Christ nous a délivrés. — ΤΙΕΟΡΗ. — On peut encore entendre ceci des morts qui étaient captifs et qui furent délivrés de la domination de l'enfer par la résurrection du Christ.

lium, et ea quæ ipsi minime in se intelligunt, vel intelligenda dare, vel non intellecta dimittere; secundum illud (Psal. 18): Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, Domine. CHRYS. (ut sup.). Quod autem Matthæus hic reticuit, non differt, vel nihil refert : illud enim est brevitatis, hoc autem exquisitæ interpretationis : sequitur : Et stans super illam, etc. BASIL. (et Origenes, in Cat. græc. Patr.). In quo Lucas figuravit sermonem tanquam de præcepto animali sensibili facto, sic dicens febris imperatum, et quod febris non omisit imperantis operationem : unde sequitur : Surgens ministrabat illis, etc. CHRYS. (ut sup.). Quia enim morbus curabilis erat, per modum medendi potestatem suam declaravit; faciens quod minime ars medicinæ facere potuisset. Post febris enim sedationem,

En effet, après que la fièvre est apaisée, les malades ont besoin de beaucoup de temps pour revenir à leur santé passée; ici, au contraire, tout se passe en un instant.

S. AMB. — Si nous élevons plus haut nos pensées dans cette méditation, nous devons y reconnaître la santé de l'âme avec celle du corps, de sorte que l'esprit atteint des malices du serpent soit délivré le premier. De plus, Ève n'eut faim qu'après avoir été tentée par la ruse du serpent; c'est pourquoi le remède du salut devait agir d'abord contre l'auteur même du péché. Peut-être cette femme était-elle encore la figure de notre chair malade de la fièvre des passions criminelles; en effet, la fièvre de l'amour est-elle moindre que celle de la chaleur? — BÈDE. — Si nous disons que cet homme qui fut délivré du démon est une figure de l'âme purifiée de ses pensées immondes, cette femme en proie à la fièvre et guérie par le commandement du Seigneur nous représente la chair que les préceptes de la continence préservent de l'ardeur de la concupiscence. — S. CYR. — Nous aussi, recevons Jésus; car lorsqu'il nous visite, lorsque nous le portons dans l'âme et dans le cœur, il éteint le feu des voluptés coupables, il nous rend sains et disposés à le servir, c'est-à-dire à accomplir ses volontés.

Le soleil étant couché, tous ceux qui avaient des malades affligés de diverses maladies, les lui amenaient; et, imposant les mains sur chacun d'eux, il les guérissait. Les démons sortaient du corps de plusieurs en criant et en disant: Vous êtes le Fils de Dieu. Mais il les menaçait, et les empêchait de dire qu'ils sussent qu'il était le Christ.

THÉOPH. — Considérons l'empressement de la multitude; ils lui

multo tempore patientes egent, ut pristinae restituantur sanitati, tunc autem simul omnia facta sunt.

AMB. Si autem altiori consilio ista perpendamus, animi debemus intelligere et corporis sanitatem, ut prius animus, qui serpentinis laborabat insidiis, absolutus sit. Denique non prius Eva esurit, quam serpentis eam versutia tentavit; et ideo adversus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiam in typo mulieris illius variis criminum febribus caro nostra languescebat, nec minorem febrem amoris esse dixerim quam caloris. BÈD. Si enim virum a dæmonio liberatum moraliter animum ab immunda cogitatione purgatum significare dixerimus, consequenter femina febribus tenta, sed ad

imperium Domini curata, carnem ostendit a concupiscentiæ suæ fervore per continentiae præcepta frænata. CYRIL. (ubi sup.). Et nos ergo suscipiamus Jesum: cum enim visitaverit nos, et portamus eum in mente et corde, tunc enormium voluptatum æstum extinguet; et incolumes faciet, ut ministremus ei; hoc est, ei beneplacita peragamus.

Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exhibant autem dæmonia a multis clamantia et dicentia: Quia tu es Filius Dei. Et increpans, non sinebat ea loqui; quia sciebant ipsum esse Christum.

THÉOPH. Considerandum est turbæ desi-

amènent les malades après le coucher du soleil, sans être arrêtés par l'heure tardive; d'où il suit : « Le soleil étant couché, ils lui amenaient des infirmes, etc. » — ORIG. — Ils les amenaient après le coucher du soleil, c'est-à-dire à la fin du jour, soit parce que, durant le jour, ils étaient occupés d'autres choses, soit parce qu'ils croyaient qu'il n'était pas permis de guérir le jour de sabbat (1) : et il les guérissait; d'où il suit : « Imposant les mains sur chacun d'eux, etc. » — S. CYR. — Quoiqu'il eût pu, comme Dieu, chasser toutes les maladies par une parole, cependant il les touche, afin de montrer l'efficacité de sa chair pour guérir, car c'était la chair de Dieu : or, de même que le feu approché d'un vase d'airain lui communique sa propre chaleur, de même le Verbe tout puissant de Dieu, s'étant uni véritablement le temple de son corps et de son âme qu'il avait pris de la Vierge, le fait participer aux effets de sa puissance. Qu'il nous touche, ou plutôt touchons-le nous-mêmes, afin qu'il nous délivre des infirmités de l'âme et des assauts superbes des démons; car il suit : « Les démons sortaient, etc. » — BÈDE. — Les démons confessent le Fils de Dieu et, comme il est dit dans la suite, « ils savaient qu'il était le Christ. » En effet, lorsque le diable le vit fatigué par le jeûne, il le crut un pur homme; n'ayant pu le vaincre par la tentation, il doutait s'il n'était pas le Fils de Dieu; maintenant la puissance des miracles lui fait comprendre, ou plutôt soupçonner, qu'il est *le Fils de Dieu*. Ce n'est donc point, parce qu'il ne croyait pas qu'il fût le *Christ* ou le *Fils de Dieu*, qu'il persuada aux

[1] Le sabbat commençait le soir pour finir le jour suivant à la même heure; c'est pour cela qu'on pouvait travailler le soir du sabbat.

<p>derium : nam cum sol occidisset, adducunt ad eum infirmos, non a tempore impediti : unde dicitur : Cum autem sol occidisset, adducebant infirmos, etc. ORIG. (ut sup.). Ideo quidem circa solis occasum, id est, elapsa die, illos educebant; vel quia de die intenti erant circa alia, vel quia putabant non licere sanare in sabbato : ipse autem sanabat eos : unde sequitur : At ille singulis manus imponens, etc. CYRIL. (ubi sup.). Quamvis autem ut Deus potuisset omnes verbo pellere morbos, tamen tangit eos; ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia; nam caro Dei erat : sicut enim ignis appositus vasi æneo, imprimit ei propriæ caliditatis effectum, sic omnipotens Dei Verbum, cum univit sibi</p>	<p>animatum, et intellectivum, particeps suæ potestatis effectum, ei inseruit. Tangat et nos, imo potius nos illum tangamus, quatenus et nos ab animarum infirmitatibus liberet, nec non a dæmonum impugnatione et superbia : sequitur enim : Exhibant autem dæmonia, etc. BÈD. Dæmonia Filium Dei confitentur; et sicut postea dicitur : Sciebant ipsam esse Christum; quia enim jejunio fatigatum diabolus videret, verum hominem intellexit; sed quia tentando non prævaluit, utrum Filius Dei esset, dubitabat; nunc autem per signorum potentiam vel intellexit vel potius suspicatus est esse Filium Dei. Non igitur ideo Judæis eum crucifigere persuasit, quia Christum sive Filium Dei non esse putavit; sed quia se morte illius non prævidit esse damnandum;</p>
--	---

Juifs de le crucifier ; mais parce qu'il ne prévoyait point que lui-même serait condamné par sa mort. L'Apôtre dit de ce mystère caché au monde « qu'aucun des princes de ce siècle ne l'a connu ; que, s'ils l'avaient connu, jamais ils n'eussent crucifié le Seigneur de la gloire. » — S. CHRYS. — Dans ce qui suit : « Les menaçant, il les empêchait de dire, etc. » admirez l'humilité du Christ qui ne voulait point que les démons immondes le manifestassent. Ils ne devaient usurper la gloire du ministère apostolique, et il ne convenait point qu'une langue impure annonçât le mystère du Christ. — THÉOPH. — Car la louange n'est pas glorieuse dans la bouche du pécheur, et d'ailleurs il ne voulait pas exciter l'envie des Juifs, en étant l'objet des louanges de tous. — BÈDE. — Il recommande aux apôtres eux-mêmes de ne point parler de lui, de peur que, sa majesté étant connue, le mystère de sa passion ne fût différé.

Lorsqu'il fut jour, il sortit dehors, et s'en alla en un lieu désert ; et tout le peuple le vint chercher jusqu'où il était ; et comme ils s'efforçaient de le retenir, ne voulant point qu'il les quittât, il leur dit : Il faut que je prêche aussi aux autres villes l'Évangile du royaume de Dieu ; car c'est pour cela que j'ai été envoyé. Et il prêchait dans les synagogues de Galilée.

S. CHRYS. — Après avoir fait assez de miracles en faveur du peuple, il devait se retirer ; car les miracles paraissent plus grands en l'absence de celui qui les a faits ; ils parlent plus haut et tiennent lieu de prédication ; d'où il est dit : « Lorsqu'il fut jour, il sortit et s'en alla, etc. » — GRÆC. — Il alla dans la plaine (d'après saint Marc), et il priait, non

de hoc enim mysterio a seculis abscondito dicit Apostolus (1 Cor., 2) quod nemo principum hujus seculi cognovit : si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. CHRYS. (in Cat. græc. Patr.). In hoc autem quod sequitur : Et increpans, non sinebat ea loqui, etc. Perspice Christi humilitatem, qui non sinebat ut dæmones immundi eum manifestarent : non enim oportebat eos subripere officii apostolici gloriam, nec decebat Christi mysterium lingua foeda publicari. THÉOPH. Quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vel quia nolebat invidiam accendere Judæorum ex hoc quod ab omnibus laudaretur. BÈD. Ipsi autem apostoli præcipiunt reticere de illo, ne divina majestate prædicata passionis dispensatio differretur.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, et turbæ requirerant eum, et venerunt ad ipsum, et detinebant illum ne discederet ab eis : quibus ille ait : Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

CHRYS. (ut sup.). Postquam satis utilitatis populis per miracula est collatum, oportebat eum abesse : majora namque putantur miracula post absentiam operantis, dum ipsa magis exclamant, et vice vocis fruuntur : unde dicitur : Facta autem die, egressus ibat, etc. GRÆC. (id est, Victor Antiochenus, in Cat. græc. Patr.). Abiit etiam in desertum (ut Marcus dicit), et orabat, non quod ipse oratione indigeret,

que lui-même eût besoin de prier, mais afin d'être le modèle de nos actions. — S. CHRYS. — Au milieu même de l'éclat des miracles, les pharisiens se scandalisaient de la puissance du Christ; le peuple, au contraire, le suivait et se soumettait aux enseignements qu'il entendait; d'où il suit : « Le peuple le cherchait, etc. » Ce n'étaient ni les principaux ni les scribes, mais ceux que les troubles du mal n'avaient pas aveuglés, et qui conservaient l'intégrité de la conscience. — GREG. — Saint Marc et saint Luc ne sont pas en contradiction en disant, l'un, que les apôtres le rejoignirent pour lui dire que tous le cherchaient; l'autre, que le peuple le rejoignit; car le peuple était venu vers lui à la suite des apôtres. Le Seigneur se réjouissait d'être ainsi entouré; néanmoins il commandait qu'on le laissât, afin que d'autres fussent initiés à sa doctrine, car le temps de sa présence ne devait pas être long. D'où il suit : « Il leur dit : Il faut que j'évangélise les autres villes, etc. » Saint Marc dit : « Je suis venu, » pour montrer la majesté de sa divinité et son anéantissement volontaire; saint Luc, au contraire, dit : « Je suis envoyé, » pour exprimer l'incarnation et la volonté du Père qu'il appelle *mission*; de plus, l'un dit : *pour prêcher*, l'autre ajoute : *le royaume de Dieu*, qui est le Christ. — S. CHRYS. — Considérez encore qu'il pouvait, en restant dans le même lieu, attirer à lui tous les hommes; cependant il ne le fit point, pour nous donner l'exemple; afin que nous marchions à la recherche de ceux qui périssent, comme le pasteur cherche la brebis perdue, et comme le médecin va au malade; car mille fautes sont effacées pour celui qui recouvre une âme; d'où il

sed ut nobis bonæ operationis fieret forma. CHRYS. (in *Cat. græcor. Patr.*, ex *homiliis in Matthæum*). Pharisei quidem ipsis prodigiis prædicantibus potentia Christi scandalizabantur : populi vero eloquia audientes acquiescebant et sequebantur : unde sequitur : Et turbæ requirebant eum, etc. Non quidem aliqui primatum aut scribarum, sed quoscunque malitiæ fucus non denigraverat, et illæsam habebant conscientiam. GRÆC. (id est, Victor, ut sup.). Quod autem Marcus dicit apostolos pervenisse ad eum, dicentes, quod omnes quærunt te; Lucas verò dicit populos pervenisse, non discrepant ab invicem : applicuerant enim ad ipsum populi, apostolorum sequentes vestigia : Dominus autem gaudebat detentus, sed mandabat ut eum dimitterent; ut etiam alii participes forent ejus doctrinæ; quasi tempore suæ præsentiae non multum

duraturo : unde sequitur : Quibus ait : Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare, etc. Marcus dicit : Ad hoc venit, ostendens Divinitatis ejus celsitudinem et voluntariam exinanitionem : Lucas vero dicit : Ad hoc missus sum, incarnationem ostendens, nec non bene placitum Patris missionem appellans. Et ille simpliciter dicit : Ut prædicem : iste vero regnum Dei adjunxit, quod est ipse Christus. CHRYS. (ut sup., in *Cat. græc. Patr.*). Simul etiam considera quod poterat in eodem loco manendo omnes attrahere ad se, non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum ut perambulemus et requiramus pereuntes, sicut pastor ovem perditam; et sicut medicus accedit ad infirmum : una enim anima recuperata poterit aliquis mille delicta abolere : unde et hic sequitur : Et erat prædicans in synagogis Galilææ. Fre-

suit : « Il prêchait dans les synagogues de la Galilée. » Il allait dans les synagogues, afin de leur faire voir qu'il n'était pas un séducteur ; car s'il eût recherché les lieux inhabités, on l'eût accusé de se cacher.

BÈDE. — Si le coucher du soleil est une figure mystique de la mort du Seigneur, le retour du jour est le signe de sa résurrection ; le peuple des croyants le cherche à l'éclat de sa lumière et, après l'avoir trouvé dans le désert des nations, il l'entoure, de peur qu'il ne se retire. Ceci arrive surtout le premier jour après le sabbat qui est celui de sa résurrection.

CHAPITRE V.

Un jour que Jésus était sur le bord du lac de Génésareth, se trouvant accablé par la foule du peuple qui se pressait pour entendre la parole de Dieu, il vit deux barques arrêtées au bord du lac, dont les pêcheurs étaient descendus, et lavaient leurs filets. Il entra donc dans l'une de ces barques, qui était à Simon, et le pria de s'éloigner un peu de la terre ; et, s'étant assis, il enseignait le peuple de dessus la barque.

S. AMB. — Le Seigneur guérissant un grand nombre de malades, l'empressement du peuple à être guéri ne fut arrêté ni par le temps ni

quentabat quidem synagogas, docens illos quod non esset seductor : nam si jugiter inhabitata coleret, diffamarent eum velut latitantem.

Domini exprimitur, die redeunte resurrectio illius indicatur ; cujus manifestata luce a credentium turbis requiritur ; et in gentium deserto inventus, ne abeat, detinetur ; maxime cum hoc contigerit prima sabbati quo resurrectio celebrata est.

BÈDE. Si autem occasu solis mystice mors

CAPUT V.

Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum Genesareth. Et vidit duas naves stantes secus stagnum ; piscatores autem descenderant, et lavabant retia. Ascendens autem in unam navim, quæ erat Simonis, rogavit eum a terra reducere pusillum. Et sedens, docebat de navicula turbas.

varia genera sanitatum, nec tempore nec loco cœpit a studio sanandi turba cohiberi ; vesper incubuit, scquebantur ; stagnum occurrit, urgebant : unde dicitur : Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, etc. CHRYS. [ut sup.]. Erant enim ei connexi, diligentes eum, et mirantes, et tenere cupientes : quis enim discessisset, dum hujusmodi miracula faciebat ? Quis noluisset solam prospicere faciem et os talia loquens ?

AMB. Ubi Dominus impartivit multis

par le lieu; le soir venu, on le suivait au bord du lac, on le pressait : d'où il suit : « La foule se pressant autour de lui, etc. » — S. CHRYS. — Ils étaient comme enchaînés à lui, ils l'aimaient, ils l'admiraient et ils voulaient le retenir; qui donc l'aurait quitté pendant qu'il faisait de tels miracles? Qui n'eût voulu contempler cette face et cette bouche qui disait de telles choses? Non-seulement il était admirable en ce qu'il faisait des miracles, mais son aspect était rempli de grâce; aussi, quand il parlait, on l'écoutait en silence sans jamais interrompre la suite de ses discours; car il est dit : « Pour entendre la parole de Dieu, etc. »

SUITE. — « Il était au bord du lac de Génésareth. » — Le lac de Génésareth est la même chose que la mer de Galilée ou de Tibériade. *La mer de Galilée* tire son nom de la province qu'elle baigne et *la mer de Tibériade* de la ville qui en est voisine; *Génésareth* vient de la nature même du lac (on croit qu'il produit lui-même les vents qui agitent ses flots). Ce mot, d'après l'étymologie grecque, signifie *qui produit en lui-même le vent* (1). Ses eaux, au lieu d'être calmes comme celles des lacs, sont souvent agitées du vent et elles sont douces et bonnes à boire. Mais en hébreu, on appelle mer toute grande étendue d'eau douce ou salée.

THÉOP. — Le Seigneur fuit la gloire autant qu'elle le poursuit, c'est pourquoi il s'éloigne de la foule et monte sur une barque; d'où il est dit : « Il vit deux barques arrêtées au bord du lac, les pêcheurs en étaient descendus pour laver leurs filets. » — S. CHRYS. — Ainsi elles étaient vides. Selon saint Matthieu, il trouva les pêcheurs réparant leurs filets; car ils étaient si pauvres qu'ils réparaient les filets déchirés ne pouvant en avoir de nouveaux. Il monta dans une barque pour mieux

{1} De γεννωω, engendrer, et ανερ, vent. Ce sens est forcé; d'ailleurs Génésareth est un mot hébreu.

Neque enim in agendo miracula solum admirabilis erat, sed visus ejus abundabat plurima gratia : unde et loquentem eum audiunt in silentio, seriem locutionis non interrompentes : dicitur enim : Ut audirent verbum Dei, etc. Sequitur : Et ipse stabat secus stagnum Genezareth.

BED. Stagnum Genezareth idem dicunt esse quod mare Galilææ, vel mare Tiberiadis, sed mare Galilææ ab adjacente provincia dicitur : mare autem Tiberiadis a proxima civitate : porro Genezareth a lacu ipsius natura (quæ crispantibus aquis de seipso sibi excitare auram perhibetur) græco vocabulo quasi generans sibi auram dicitur : neque enim in stagni morem sternitur aqua,

sed frequentibus auris aspirantibus agitur; haustu dulcis et ad potandum habilis. Sed hebrææ linguæ consuetudine omnis aquarum congregatio sive dulcis sive salsa, mare nuncupatur.

THÉOPH. Fugit autem Dominus gloriam, quanto magis ipsa eum sequebatur; et ideo a turbis se separans ascendit in navem. Unde dicitur : Et vidit duas navis stantes secus stagnum : piscatores autem descendebant et lavabant retia, CHRYS. (ut sup., in *Cat. græc.*). Quod erat signum vacationis. Secundum vero Matthæum, invenit eos reficientes retia : tantus enim erat paupertatis excessus, ut laniata repararent, nova nequeunt habere. Volens autem diligenter

rassembler la foule, afin que personne ne fût derrière lui et que tous le vissent face à face; d'où il est dit : « Montant dans une barque qui appartenait à Simon, il le pria, etc. » — **THÉOPH.** — Voyez la mansuétude du Christ, comme il prie Pierre; et la soumission de Pierre, comme il obéit en toutes choses. — **S. CHRYS.** — Après avoir fait un grand nombre de miracles, il expose de nouveau sa doctrine, et se tenant sur la mer, il pêche ceux qui sont à terre; d'où il suit : « Il enseignait le peuple de dessus la barque. » — **S. GRÉG.** — Il est condescendant pour tous afin de tirer le poisson de l'abîme, c'est-à-dire l'homme nageant dans les choses mobiles et dans les amères tempêtes de cette vie.

BÈDE. — Mystiquement, ces deux barques figurent les Juifs et les Gentils. Le Seigneur les voit, car il sait quels sont les siens dans l'un et l'autre peuple, et en les voyant (c'est-à-dire en les visitant dans sa miséricorde), il les conduit au rivage tranquille de la vie future. Les pêcheurs sont les docteurs de l'Église qui nous prennent avec les filets de la foi et nous conduisent au rivage de la terre des vivants. Mais quelquefois ces filets se rompent dans la pêche, et quelquefois on les lave pour les plier, parce que tous les temps ne sont pas propres à la prédication et que le docteur doit tantôt parler et tantôt s'occuper de lui-même. La barque de Simon est l'Église primitive, dont saint Paul dit : « Celui qui a choisi Pierre pour le faire apôtre des circoncis; » il est dit : « Une barque, » parce que « la multitude de ceux qui croyaient n'avait qu'un cœur et qu'une âme. » — **S. AUG.** — De cette barque il enseignait la foule; ainsi il instruit les nations par l'autorité de l'Église. Le Seigneur montant dans la barque prie Pierre de s'éloigner un peu

congregare spectaculum, ut nemo remaneret post tergum, sed omnes facie ad faciem cornerent, ascendit in navim : unde dicitur : Ascendens autem in unam navim quæ erat Simonis, rogavit eum, etc. **THEOPH.** Vide autem Christi mansuetudinem, quomodo rogat Petrum, et Petri obedientiam, quomodo in omnibus fuit obediens.

CHRYS. (ut sup.). Postquam vero multa peregerat miracula, iterum doctrinam proponit; et existens in mari, piscatur existens in terra : unde sequitur : Et sedens docebat turbas de navicula. **GRÉG. Nazian.** (orat. 31). Cunctis condescendens, ut a profundis extrahat piscem; hominem scilicet natarem in mobilibus rebus et amarum hujus vitæ procellis.

BÈDE. Mystice autem duæ naves circumcissionem et præputium figurant; quas videt

Dominus, quia in utroque populo novit qui sunt ejus; et ad futuræ vitæ tranquillitatem quasi ad littus videndo (hoc est, misericorditer visitando) provehit. Piscatores sunt Ecclesiæ doctores, qui nos per rete fidei comprehendunt, et (quasi littori) sic terræ viventium advehunt. Sed hæc retia modo laxantur in capturam, modo lota plicantur, quia non omne tempus est habile doctrinæ; sed nunc exerconda est lingua doctoris, et nunc suinet cura gerenda. Navis Simonis est Ecclesia primitiva, de qua Paulus dicit (*ad Gal.*, 2) : Qui operatus est Petro in apostolatam circumcissionis; bene ana dicta, quia multitudinis credentium erat cor unum et anima una (*Act.*, 4). **AUG.**, *De quæst. Evang.* (lib. 2, cap. 2). De qua docebat turbas; quia de auctoritate Ecclesiæ docet gentes : quod autem Dominus ascendens in

de la terre pour signifier qu'il faut prêcher aux peuples avec modération, ne les jetant ni dans les choses terrestres, ni trop loin de terre, dans les profondeurs des mystères. Cela veut dire encore qu'il faut d'abord prêcher aux nations des pays voisins, de même que plus tard en disant : « Avancez sur la pleine mer, » il ordonnera de prêcher aux nations plus éloignées.

Lorsqu'il eut cessé de parler, il dit à Simon : Avancez en pleine eau, et jetez vos filets pour pêcher. Simon lui répondit : Maître, nous avons travaillé toute la nuit sans rien prendre; mais néanmoins je jeterai le filet sur votre parole. L'ayant jeté, ils prirent une si grande quantité de poissons que leur filet se rompit. Et ils firent signe à leurs compagnons, qui étaient dans une autre barque, de venir les aider. Ils y vinrent, et ils remplirent tellement les deux barques, qu'il s'en fallait peu qu'elles ne coulissent à fond.

S. CYR. — Après avoir assez enseigné le peuple, il recommence ses merveilles, et favorisant leur pêche, il pêche les apôtres; d'où il suit: « Lorsqu'il eut fini de parler, il dit à Simon : Avancez sur la pleine mer et jetez vos filets pour pêcher. » — S. CHRYS. — Toujours condescendant pour les hommes, de même qu'il avait appelé les mages par une étoile, il appelle des pêcheurs par leur industrie de la pêche. — THÉOPH. — Pierre s'empressa d'obéir, d'où il suit : « Simon lui répondit : Maître nous avons travaillé toute la nuit sans rien prendre; » il n'ajoute point : « Je ne vous écouterai point, je ne m'exposerai point à de nouvelles fatigues: » il ajoute au contraire : « Néanmoins, sur votre parole, je jeterai le filet. » Le Seigneur, qui avait instruit la foule de

navim rogat eum a terra reducere pusillum, significat temperate utendum verbo ad turbas; ut nec terrena eis præcipiantur, nec a terrenis in profunda sacramentorum recedatur: vel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum, ut quod postea dicit: Duc in altum, ad remotiores gentes postea prædicandum præcipiat.

Ut cessavit autem loqui, dixit ad Simonem : Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. Et respondens Simon, dixit illi : Præceptor, per totam noctem laborantes, nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia navi, ut venirent et adjuvarent

eos. Et venerunt, et impleverunt ambas naviculas, ita ut pens mergerentur.

CYRIL. (in *Cat. grac. Patr.*, ubi sup.). Postquam sufficienter populum docuerat, regreditur iterum ad magnificentias proprias; et per piscatoria ministeria piscatur discipulos: unde sequitur: Ut autem cessavit loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, et laxate retia vestra in capturam. CHRYS. (ut sup., ex homil. 6, in *Matth.*). Condescendens enim hominibus, sicut magos per sidus vocavit, sic piscatores per eorum piscatoriam artem. THÉOPH. Petrus autem obsequi non distulit: unde sequitur: Et respondens Simon dixit illi: Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: non autem addidit: Non te audiam, nec

dessus la barque, ne laissa point sans récompense le maître de la barque; il le récompensa doublement; d'abord il lui donna une multitude de poissons, ensuite il le fit son disciple; d'où il suit: « L'ayant jeté, il prirent une si grande multitude de poissons, etc. » Il prit tant de poissons qu'il ne pouvait les retirer et demandait du secours à ses compagnons; d'où il suit: « Leur filet se rompaît, et ils firent signe à leurs compagnons qui étaient dans l'autre barque de venir, etc. » Il les appelle par signes, car il ne pouvait parler à cause de la stupeur que cette pêche avait produite en lui. Il est ensuite parlé de leur secours lorsqu'il est dit: « Ils vinrent et ils remplirent les deux barques, etc. » Saint Jean paraît raconter une chose semblable, qui n'est pas la même et qui arriva après la résurrection du Seigneur à la mer de Tibériade. Non-seulement l'époque en est différente, mais la chose elle-même diffère beaucoup. En effet, selon Jean, les filets jetés à droite prirent cinquante-trois poissons très grands, mais, quoiqu'ils fussent si grands, l'évangéliste a soin de dire que les filets ne se rompirent point. Il a voulu ainsi que son récit ne fût point confondu avec le fait rapporté par saint Luc où les filets se rompaient à cause de la multitude des poissons.

S. AMB. — Mystiquement, la barque de Pierre qui flotte selon saint Matthieu et qui selon saint Luc est remplie de poissons, figure l'Église flottant à son origine et ensuite remplie jusqu'au bord. Celle de Pierre n'est point troublée, celle de Judas est troublée(1). Pierre est dans les

(1) Il est dit dans saint Matthieu que *ses disciples le suivirent dans la barque* (Judas était parmi eux).

secundis laboribus me exponam. Sed magis subdit: In verbo autem tuo laxabo rete. Quia vero turbam de navicula Dominus instruxerat, non sine mercede naviculæ dominum dereliquit; dupliciter beneficians ipsum; quia primo dedit ei multitudinem piscium, et deinde discipulum ipsum fecit: unde sequitur: Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam, etc. Tot autem pisces cepit ut non posset eos foras educere, sed a sociis auxilium peteret: unde sequitur: Rumpebatur autem rete eorum: et annuerunt sociis qui erant in alia navi ut venirent, etc. Per nutum ipsos vocat, quia ex stupore propter capturam piscium loqui non poterat: et sequitur de eorum auxilio, cum dicitur: Et venerunt, et impleverunt ambas navicu-

las, etc. (lib. 4, cap. 6). Joannes quidem videtur simile miraculum dicere, sed illud longe aliud est quod factum est post resurrectionem Domini ad mare Tiberiadis: ibi enim, non solum ipsum tempus valde diversum est, sed etiam res ipsa plurimum distat: nam retia illic in dexteram partem missa, centum quinquaginta tres pisces ceperunt; magnos quidem, sed pertinuit ad Evangelistam dicere quod cum tam magni essent, retia non sunt disrupta; respicientem scilicet ad hoc factum quod Lucas commemorat, ubi præ multitudine piscium retia rumpebantur.

AMB. Mystice autem navis Petri secundum Matthæum fluctuat (cap. 8), secundum Lucam repletur piscibus; ut et principia Ecclesiæ fluctuantis, et posteriora exube-

deux, mais celui qui serait ferme à cause de ses propres mérites peut néanmoins être troublé à cause d'autrui. Gardons-nous donc du traître, de peur que nous ne soyons troublés à cause de lui. Où la foi est faible, là est le trouble; où l'amour est parfait, là est la sécurité. De plus il est dit à tous de jeter les filets, il n'est dit qu'à Pierre seul : « Avancez sur la haute mer, » c'est-à-dire dans la profondeur des controverses. Y a-t-il rien de plus haut que de connaître le fils de Dieu ? Mais quels sont ces filets qu'il est ordonné aux apôtres de jeter, sinon les formes de la parole et comme les détours et les retours des controverses qui ne laissent point s'échapper ceux qui ont été pris ? Les instruments de pêche des apôtres sont des filets qui ne blessent point ceux qu'ils prennent, mais qui les réservent et qui, de l'abîme où ils étaient agités, les font monter vers le ciel. Il dit : « Maître, nous avons travaillé toute la nuit sans rien prendre, » parce que ce n'est point une œuvre de l'industrie humaine, mais un don de la vocation céleste. Ceux qui n'avaient rien pris auparavant, sur la parole du Seigneur, prennent une grande multitude de poissons. — S. CYR. — C'était la figure de ce qui devait arriver; ainsi ceux qui jetteront le filet de la doctrine ne travailleront pas en vain, mais ils assembleront la multitude des nations. — S. AUG. — Les filets qui se rompaient et les barques remplies d'une si grande abondance de poissons qu'elles étaient presque submergées, signifient qu'il y aura dans l'Église une si grande multitude d'hommes charnels qu'elle sera déchirée par les hérésies et les schismes qui briseront sa paix. — BÈDE. — Le filet se rompt, mais le poisson ne tombe point, parce que le Seigneur conserve les siens au milieu des scandales de ceux qui les

rantis agnoscas. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Judam habet : in utraque Petrus, sed qui suis meritis firmus est turbatur alienis. Caveamus igitur proditorem, ne per unum plurimi fluctuemus. Illic turbatio, ubi modica fides; hic securitas, ubi perfecta dilectio. Denique etsi aliis imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur : Duc in altum, hoc est, in profundum disputationum. Quid est tam altum quam scire Dei Filium? quæ sunt autem apostolorum quæ laxari jubentur, retia, nisi verborum complexiones, et quasi quidam orationis sinus et disputationum recessus, qui eos quos ceperint non amittant? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt; quæ non captos perimunt, sed reservant; fluctuantes de

infimis ad superna transducunt. Dicit autem : Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus; quia non hoc humanæ facundiæ opus, sed supernæ vocationis est munus. Qui autem ante nihil ceperant, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Hoc autem fuit figura futuri; non enim incassum laborabunt evangelicæ doctrinæ rete tendentes, sed greges gentium aggregabunt. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, cap. 2). Quod autem retia rumpebantur, et piscium copia naviculæ impletæ sunt ita ut pene mergerentur, significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in Ecclesia, ut etiam disruptione pacis per hæreses et schismata scinderetur. BÈDE. Rumpitur autem rete, sed non labitur piscis;

persécutent. — S. AMB. — L'autre barque figure la Judée où Jean et Jacques sont choisis; ils viennent de la synagogue à la barque de Pierre (c'est-à-dire à l'Église) pour remplir les deux barques. Tous, en effet, Juifs et Grecs, doivent fléchir le genou au nom de Jésus. — BÈDE. — Ou encore : « L'autre barque » est l'Église des Gentils qui, elle aussi, se remplit de poissons élus (une barque ne suffisant pas); car le Seigneur connaît ceux qui sont à lui, il sait le nombre certain de ses élus; et, ne trouvant pas dans la Judée autant de fidèles qu'il en sait être prédestinés à la foi et à la vie éternelle, il cherche pour ainsi dire une autre barque pour recevoir ses poissons et il remplit de grâce de foi les cœurs des Gentils. La seconde barque est appelée quand le filet se rompt; ainsi, lorsque Judas le traître, Simon-le-Magicien, Ananie et Saphire et un grand nombre de disciples s'en vont, Barnabas et Paul sont choisis pour l'apostolat des Gentils. — S. AMB. — Cependant nous pouvons encore voir dans l'autre barque une autre Eglise, car l'Eglise unique se divise en plusieurs Églises. — S. CYR. — Il fait signe à ses compagnons de venir à son aide; ainsi plusieurs embrassèrent les fatigues des apôtres; d'abord ceux qui écrivirent les Évangiles, ensuite les autres prélats ou pasteurs des peuples et les docteurs de la véritable doctrine. — BÈDE. — Ces barques se remplissent de plus en plus jusqu'à la fin du monde; lorsqu'elles sont remplies, elles enfoncent, c'est-à-dire qu'elles sont menacées de submersion (car elles ne sont pas submergées, mais exposées à l'être); c'est ce qu'enseigne l'Apôtre en disant; « Aux derniers jours, il y aura des temps périlleux et des hommes s'aimant eux-mêmes, etc. » La submersion des barques re-

quia suos Dominus inter persequentium scandala servat. AMB. Alia autem navis est Judæa, ex qua Joannes et Jacobus eliguntur: hi igitur de synagoga ad navim Petri (hoc est, ad Ecclesiam) convenerunt ut impleverint ambas naviculas: omnes enim in nomine Jesu genuflectunt; sive Judæus, sive Græcus. BÈDE. Vel alia navis est Ecclesia gentium; quæ et ipsa (una navicula non sufficiente) piscibus impletur electis; quia novit Dominus qui sunt ejus, et apud ipsum certus est suorum numerus electorum; dumque tot in Judæa credituros non invenit, quot ad fidem vitantque prædestinatos novit æternam, quasi alterius navis receptacula piscibus quærens suis, corda quoque gentium fidei gratia replet. Et bene, rupto reti socia navis advocatur; quando

Judas proditor, Simon Magus, Ananias et Saphira, et multi discipulorum abierunt retro; ac deinde Barnabas et Paulus ad gentium sunt apostolatam segregati. AMB. Possumus tamen et aliam Ecclesiam intelligere navim alterius: ab una enim plures Ecclesie derivantur. CYRIL. (ubi sup.). Innuat autem sociis ut auxiliarentur eis: multi enim sequuntur apostolorum labores, et prius illi qui evangeliorum ediderunt scripturas; post quos alii præidentes et populorum pastores, et in veritatis doctrina periti. BÈDE. Harum autem impletio navium in finem usque seculi crescit; sed quod impletæ merguntur, hoc est in submersione premuntur (non enim sunt submersæ, sed periclitatæ) Apostolus exponit, dicens (2 ad Timoth.) : In novissimis diebus erunt tem-

présente la rechute des hommes qui, après avoir été élus par la foi, sont entraînés dans le siècle par la corruption des mœurs.

Ce que Simon Pierre ayant vu, il se jeta aux pieds de Jésus, en disant : Seigneur, retirez-vous de moi, parce que je suis un pécheur. Car il était tout épouvanté, aussi bien que tous ceux qui étaient avec lui, de la pêche des poissons qu'ils avaient faite. Jacques et Jean, fils de Zébédée, qui étaient compagnons de Simon, étaient dans le même étonnement. Alors Jésus dit à Simon : Ne craignez point, votre emploi sera désormais de prendre des hommes. Et ayant ramené leurs barques à bord, ils quittèrent tout, et le suivirent.

BÈDE. — Pierre admirait les dons de Dieu, et plus il avait eu de crainte, moins il avait de présomption; d'où il est dit : « Ce que Simon Pierre ayant vu, il se jeta aux pieds de Jésus en disant : « Seigneur, retirez-vous de moi, parce que je suis un pécheur. » — **S. CYR.** — Se souvenant des fautes qu'il avait commises, il tremble de crainte et ne croit pas qu'étant impur il puisse recevoir celui qui est pur; car il avait appris de la loi (ou selon la loi) que ce qui est souillé doit être séparé de ce qui est saint. — **S. GRÉG. de Nysse.** — Lorsqu'il eut ordonné de jeter les filets, il fut pris autant de poissons que lui, Seigneur de la mer et de la terre, avait voulu; car la voix du Verbe est toujours la voix de la puissance, et, lors de la création du monde, la lumière du monde et les autres créatures s'avançaient à son commandement. Pierre admire ces choses : « Car il était saisi de stupeur aussi bien que ceux qui étaient avec lui, etc. » — **S. AUG.** — Il ne nomme point André qui ce-

pora periculosa; et erunt homines seipsos amantes, etc. Nam mergi naves, est homines in seculum ex quo electi per fidem fuerant, morum pravitate relabi.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens : Exi a me, Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant in captura piscium, quam ceperant : similiter autem Jacobum et Joannem filios Zebedæi, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Jesus : Noli timere, ex hoc jam eris homines capiens. Et subductis ad terram navibus, relictis omnibus, secuti sunt eum.

BÈD. Admirabatur Petrus dona divina; et quo plus metnerat, præsumebat minus :

unde dicitur : Quod cum vidisset Simon Petrus, procidit ad genua Jesu, dicens : Exi a me, Domine, quia homo peccator sum. **CYRIL.** (in *Cat. græc. Patr.*). Reducens enim ad conscientiam patrata delicta, tremit et trepidat; et velut immundus mundum non credit se posse suscipere : acceperat a lege (vel dedicerat secundum legem) distinguendum esse inter maculatum et sanctum. **GRÉG. Nyss.** (in eadem *Cat.*, ubi sup.). Cum enim mandasset demergere retia, tanta copia piscium capta est, quantum ipse maris Dominus et terræ voluerat : vox enim Verbi semper est vox virtutis; cujus præcepto in origine mundi lux et cæteræ creaturæ prodibant. In his admiratur Petrus : Stupor enim circumdederat eum, et omnes qui cum illo erant, etc. **AUG.**, *De cons. Evang.* (lib 2, cap. 17).

pendant devait être dans cette barque, d'après le récit de saint Matthieu et de saint Marc.

SUITE. — « Jésus dit à Simon : Ne craignez point. » — S. AMB. — Dites, vous aussi : « Seigneur, retirez-vous de moi, parce que je suis un pécheur ; » afin que Dieu vous réponde : « Ne craignez point. » Confessez votre péché au Seigneur qui pardonne. Vous voyez combien le Seigneur est bon : il accorde à des hommes le grand pouvoir de vivifier; d'où il suit : « Désormais vous serez pêcheurs d'hommes. » — BÈDE. — Ceci s'adresse plus spécialement à Pierre; le Seigneur lui explique le sens de cette pêche des poissons, savoir : que comme il a pris des poissons avec les filets, ainsi un jour il prendra des hommes avec sa parole; et toute la suite de ce trait montre ce qu'il fait chaque jour dans l'Église (dont il est le chef). — S. CHRYS. — Considérez leur foi et leur obéissance; ils avaient devant eux le soin de leur pêche; cependant, lorsqu'ils entendirent son ordre, ils ne différèrent point, mais, quittant tout, ils le suivirent. Telle est l'obéissance que le Christ demande de nous; il veut que nous ne la négligions jamais, alors même que quelque chose de nécessaire nous presse; d'où il suit : « Ayant ramené leurs barques à terre, etc. » — S. AUG. — Saint Matthieu et saint Marc rapportent plus brièvement comment ceci se passa; saint Luc l'explique plus clairement, et il y a cette différence qu'il fait dire par le Seigneur à Pierre seul : « Désormais vous serez pêcheur d'hommes, » tandis que les deux autres évangélistes le rapportent comme ayant été dit aux deux frères. Mais cela a pu être dit d'abord à Pierre qui s'étonnait de la grande multitude de poissons qu'on

Andream non nominat, qui tamen intelligitur in ea navi fuisse secundum Matthæi et Marci narrationem.

Sequitur : Et ait ad Simonem Jesus : Noli timere. AMB. Dic et tu : Exi a me, Domine, quia homo peccator sum : ut respondeat Deus : Noli timere : indulgenti Domino peccatum fatere. Vides quam bonus Dominus qui tantum tribuit hominibus, ut vivificandi habeant potestatem. Unde sequitur : Ex hoc eris jam homines capiens. BÈD. Hoc ad ipsum Petrum specialiter pertinet : exponit enim ei Dominus quid hæc captura piscium significet ; quod scilicet ipse sicut nunc per retia pisces, sic aliquando per verba sit capturus homines ; totusque facti hujus ordo quid in Ecclesia (cujus ipse typum tenet) quotidie geratur, ostendit. CHRYS. (homil. 14, in Matth.).

Considera autem eorum fidem et obedientiam : habentes enim opus præ manibus appetibilis piscationis, cum audissent mandantem, non detulerunt, sed relictis omnibus, sequebantur : talem enim obedientiam requirit a nobis Christus, ut eam non prætermittamus, etiamsi aliquid valde necessarium urgeat : unde et sequitur : Et subductis ad terram navibus, etc. AUG., *De cons. Evang.* (ut sup.). Matthæus et Marcus breviter hoc perstringunt quemadmodum gestum sit ; quod Lucas hic apertius explicavit : hoc tamen videtur distare, quod tantum Petro a Domino dictum commemorat : Ex hoc jam homines eris capiens, quod illi ambobus fratribus dictum esse narraverunt. Sed potuit utique prius hoc Petro dici, cum de capta ingenti multitudine piscium miraretur, quod Lucas in-

avait pris; c'est ce que saint Luc insinue; ensuite il aura été dit à l'un et à l'autre ce que les deux premiers évangélistes ont raconté. On peut entendre encore que d'abord il arriva ce que saint Luc rapporte, sans qu'ils fussent appelés par le Seigneur, et que seulement il fut prédit à Pierre qu'il serait pêcheur d'hommes. Il n'est point dit qu'il ne doive plus prendre de poissons; ainsi nous pouvons croire qu'ils retournèrent à la pêche des poissons, et que dans la suite il arriva ce que saint Matthieu et saint Marc racontent; alors, en effet, ils ne ramenèrent point leurs barques à terre comme avec la pensée de revenir, mais ils le suivirent comme les appelant et leur commandant. Or si, d'après saint Jean, Pierre et André le suivirent au bord du Jourdain, comment les autres évangélistes disent-ils qu'il les trouva pêchant en Galilée, et qu'il les appela pour être ses disciples? Il faut peut-être entendre qu'ils virent le Seigneur au bord du Jourdain sans s'attacher inséparablement à lui; qu'ils reconnurent seulement qui il était, et qu'après l'avoir admiré, ils s'en retournèrent chez eux.

S. AMB. — Dans un sens mystique, en disant : « Seigneur, retirez-vous de moi, » Pierre nie que ceux qu'il prend par sa parole soient sa conquête et son butin. Vous aussi, ne craignez point de rapporter à Dieu ce que vous avez, car il nous a donné ce qui était à lui. — S. AUG. — Ou encore : Pierre représente l'Église remplie d'hommes charnels, quand il dit : « Retirez-vous, parce que je suis un pêcheur ; » comme si l'Église, remplie d'une foule charnelle et presque submergée par leurs mœurs, éloignait d'elle le royaume spirituel (dont la personne de Jésus-Christ est la plus haute représentation). Les hommes ne

sinuat; et ambobus postea quod illi duo commemoraverunt : vel intelligendum est, hoc primo fuisse factum quod Lucas commemorat, nec tunc eos a Domino vocatos, sed tantum fuisse prædictum Petro, quod homines esset capturus; non autem quod nunquam pisces esset capturus : unde datur locus intelligendi, eos ad capturam piscium remeasse, ut postea fieret quod Matthæus et Marcus narrant : tunc enim non subductis ad terram navibus, tanquam cum cura redeundi, sed ita cum secuti sunt, tanquam vocantem aut jubentem. Sed si secundum Joannem juxta Jordanem secuti sunt eum Petrus et Andreas, quomodo ab aliis evangelistis dicitur quod eos in Galilæa piscantes invenit, et ad discipulatum vocavit? Nisi quia intelligendum est non sic

eos vidisse Dominum juxta Jordauem, ut ei inseparabiliter cohærent, sed tantum cognovisse quis esset, eumque miratos ad propria remeasse.

AMB. Mystice autem quos Petrus in verbo capit, negat suam prædam, negat suum munus : Exi (inquit) a me, Domine : noli timere et tu quæ tua sunt Domino deferro ; quia quæ sua, nobis ille concessit. AUG., *De quæst. Evang.* (ut sup.). Vel aliter : ex persona Ecclesiæ carnalibus hominibus plene Petrus dicit : Exi a me, quia homo peccator sum ; tanquam Ecclesiæ turbis carnalium impleta, et eorum moribus pene submersa, regnum spirituum (in quibus maxime persona Christi eminet) a se quodammodo repellat : non enim hoc voce linguæ dicunt homines bo-

disent point cela par des paroles aux bons serviteurs de Dieu, pour les éloigner d'eux ; mais, par la voix de leurs mœurs et de leurs actes, ils les pressent de s'éloigner, afin de n'être pas gouvernés par eux ; et cela d'autant plus qu'ils sont obligés de les honorer. Pierre figurait leur respect en se jetant aux pieds du Seigneur, et leurs mœurs, en disant : « Retirez-vous de moi. » — BÈDE. — Cependant le Seigneur rassure la crainte des charnels, de peur que quelques-uns, tremblant à cause de leur conscience coupable ou découragés par la vue de l'innocence des autres, ne redoutent d'entrer dans la voie de la sainteté. — S. AUG. — Le Seigneur ne s'éloigne point d'eux, afin de montrer que les hommes bons et spirituels ne doivent pas être troublés par les péchés de la foule, ni avoir la volonté de quitter le ministère ecclésiastique (pour vivre avec plus de sécurité et de paix). En conduisant leurs barques à terre et quittant tout pour le suivre, ils figurent la fin des temps où ceux qui se seront attachés au Christ quitteront pour toujours la mer de ce monde.

Lorsque Jésus était en une certaine ville, un homme tout couvert de lèpre l'ayant vu se prosterna contre terre, et le pria en lui disant : Seigneur, si vous voulez, vous pouvez me guérir. Jésus, étendant la main, le toucha et lui dit : Je le veux, soyez guéri ; et sa lèpre disparut au même instant. Jésus lui commanda de n'en parler à personne ; mais allez, dit-il, vous montrer au prêtre, et offrez pour votre guérison ce que Moïse a ordonné, afin que cela leur serve de témoignage. Cependant, comme sa réputation se répandait de plus en plus, les peuples venaient en foule pour l'entendre et pour être guéris de leurs maladies. Mais il se retirait dans le désert, et il y priait.

S. AMB. — La guérison du lépreux est le quatrième miracle que fit

nis ministris Dei, ut eos a se repellant ; sed voce morum et actuum suadent a se recedi, ne per bonos regantur, et eo vehementius, quod deferunt eis honorem, ut honorificentiam eorum significaverit Petrus, cadens ad pedes Domini ; mores autem, in eo quod dixit : Exi a me. BÈDE. Confortat autem Dominus timorem carnalium, ne quis vel de suæ conscientia culpæ tremens, vel de aliorum innocentia stupens, sanctitatis iter formidet aggredi. AUG., *De quæst. Evang.* (ut sup.). Dominus autem dum non recessit ab eis, significat in bonis et spiritualibus viris non esse oportere hanc voluntatem, ut peccatis turbarum commoti (quo quasi securius tranquilliusque vivant) munus ecclesiasticum deserant. Quod autem subductis ad terram navibus, relictis

omnibus, secuti sunt eum, potest significare finem temporis, quo ab hujus mundi salo, qui Christo inhæserint, penitus recessuri sunt.

Et factum est cum esset in una civitatum, et ecce vir plenus lepra ; et videns Jesum, et procidens in faciem suam rogavit eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens Jesus manum, tetigit eum, dicens : Volo, mundare. Et confestim, lepra discessit ab illo. Et ipse præcepit illi ut nemini diceret ; sed : Vade, ostende te sacerdoti ; et offer pro emundatione tua sicut præcepit Moyses in testimonium illis. Perambulabat autem magis sermo de illo, et conveniebant turbae multe ut audirent et curarentur ab infirmitatibus

le Seigneur, après être venu à Capharnaüm. De même que le quatrième jour il alluma le soleil et le fit plus brillant que les autres créatures, de même nous devons estimer comme plus grande cette œuvre dont il est dit : « Comme il était dans une ville, un homme couvert de lèpre, etc. » Le lieu où le lépreux fut guéri n'est pas désigné, pour montrer que ce n'est pas le peuple particulier d'une seule ville qui est guéri, mais que tous les peuples sont guéris. — S. ATHAN. — Le lépreux adora le Seigneur Dieu subsistant dans un corps, et la chair ne lui fit point croire que le Verbe de Dieu fût une créature; parce que c'était le Verbe, il ne méprise point la chair dont il était revêtu; au contraire, il se prosterne, le visage contre terre, pour adorer dans un temple créé le Créateur de toutes choses; car il suit : « Voyant Jésus, il se prosterna, le visage contre terre, et le pria. » — S. AMB. — Il se prosterna par humilité et par confusion, afin que chacun rougît des souillures de sa vie; cependant la confusion n'arrêta point son aveu, il montra sa plaie et demanda la guérison en disant : « Seigneur, si vous voulez, vous pouvez me guérir. » Il ne douta point, par infidélité, de la volonté du Seigneur; mais la conscience de son mal l'empêcha d'être présomptueux. D'ailleurs, c'est une entière profession de foi et de religion que d'attribuer la puissance à la volonté du Seigneur. — S. CYR. — Il savait que sa lèpre ne pouvait être guérie par les efforts des médecins; mais il avait vu les démons chassés par la majesté divine et d'autres guéris de diverses maladies; il conjectura que c'était la droite de Dieu qui faisait ces choses. — TITE. — Apprenons par les paroles du lépreux à ne pas rechercher avec inquiétude la guérison des

suis. Ipse autem secedebat in desertum et orabat.

AMB. Quarto signo, ex quo in Capharnaüm Dominus venit, leprosus sanatur. Si autem quartum diem sole illuminavit et clariorem cæteris fecit, hoc clarius opus æstimare debemus; de quo dicitur: Et factum est cum esset in una civitatum, ecce vir plenus lepra, etc. Bene ubi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut ostendatur, non unum populum specialis alicujus civitatis, sed omnes populos fuisse sanatos. ATHAN. (in *Cat. græcor. Patr.*). Adoravit autem leprosus Dominum Deum existentem in corpore; et nequæ propter carnem putavit esse creaturam Verbum Dei; nec pro eo quod verbum erat, vilipendit carnem quam vestiebat; imo ut in templo

creato adorabat omnium Creatorem, in faciem procidens: sequitur enim: Et videns Jesum et procidens in faciem suam, rogavit eum. AMB. Quod in faciem procidit, humilitatis est et pudoris; ut unusquisque de vitæ suæ maculis orubescat; sed confessionem verecundia non repressit; ostendit vulnus, remedium postulavit, dicens: Domine, si vis, potes me mundare. De voluntate Domini, non quasi pietatis incredulus, dubitavit, sed quasi iniquitatis suæ conscius non præsumpsit: religionis autem et fidei plena confessio est, quæ in voluntate Domini posuit potestatem. CYRIL. (ubi sup.). Noverat enim lepram experimentis medicorum non cedere, sed vidit divina majestate pelli dæmones, et cæteros ab aliis valetudinibus curari; quæ conjecit divina dextera fieri. TITUS BOSTRENSIS. Addeannus etiam

infirmités corporelles, et à mettre toute notre confiance en la volonté de Dieu, qui sait ce qui est opportun et qui dispose tout avec sagesse.

S. AMB. — Il le guérit de la manière dont il avait été prié; d'où il suit: « Jésus étendant la main le toucha, etc. » La loi défend de toucher les lépreux, mais le maître de la loi n'est pas soumis à la loi, c'est lui qui fait la loi. Il le toucha donc, non qu'il n'eût pu le guérir sans le toucher, mais afin de prouver qu'il n'était pas soumis à la loi, et qu'il ne craignit point la contagion comme les hommes. Il ne pouvait être souillé, lui qui délivrait les autres; au contraire, la lèpre, qui ordinairement souille celui qui la touche, disparut au contact du Seigneur. — THEOPH. — Sa chair purifie et donne la vie, parce qu'elle est la chair du Verbe de Dieu. — S. AMB. — Dans ce qu'il ajoute: « Je le veux, soyez guéri, » se trouvent la volonté et l'effet de la miséricorde. — S. CYR. — Le commandement suprême procède de la majesté; comment donc le Fils unique est-il assimilé aux esclaves, lui qui peut tout par sa seule volonté? Nous lisons du Père « qu'il a fait tout ce qu'il a voulu; » comment donc celui qui exerce la puissance de son père en différencierait-il par nature? Tout ce qui a la même puissance est ordinairement de la même substance. De plus, admirez en ceci le Christ opérant divinement et corporellement; car vouloir et faire aussitôt toutes choses est divin; mais étendre la main est humain; or, le Christ, un, se compose de l'un et de l'autre, parce que *le Verbe s'est fait chair*. — S. GRÉG. de Nysse. — Comme la divinité est unie aux deux parties constitutives de l'homme

ex verbis leprosi corporalium infirmitatum medelam non quærere, sed divino beneplacito totum committere, qui novit opportuna et omnia iudicio disposuit.

AMB. Eo autem sanat genere quo fuerat obsecratus: unde sequitur: Et extendens Jesus manum tetigit eum, etc. Lex tangi leprosos prohibet; sed qui Dominus legis est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo tetigit, quia sine tactu mundare non poterat, sed ut probaret quia subjectus non erat legi, nec contagium timebat ut homines; sed quia contaminari non poterat qui alios liberabat: simul e contrario ut lepra tactu Domini fugaretur, quæ solebat contaminare tangentem. THEOPH. Ipsius enim sacra caro est purgativa et vitam tribuens, sicut existens Verbi Dei caro. AMB. In hoc autem quod subdit: Volo, mundare, habes voluntatem, habes et pietatis effectum CYRILL. (in *Cat. græc. Patr.*,

ex *Thesauri*, lib. 12, cap. 14). A majestate autem processit imperiosum mandatum: qualiter igitur in servis computatur unigenitus Filius, qui volendo tantummodo cuncta potest? Legitur de Deo Patre (*Psal.* 113 et 134) quod omnia quæcunque voluit fecit. Qui vero sui Patris potestate fungitur, quomodo diversificabitur in natura ab eo? Solent etiam quæcunque sunt ejusdem virtutis, ejusdem esse substantiæ. Item alibi: mirare tamen in his Christum divine et corporaliter operantem: divinum enim est ita velle ut præsto fiant omnia; humanum autem extendere dexteram: unus itaque Christus ex utrisque perficitur, eo quod Verbum caro factum est. GRÆG. Nyss. (orat. 1, in *Resur. Christi*). Et quia cum utraque hominis particula (anima scilicet et corpore) unita est Deitas, per utramque patebant supernæ naturæ iudicia: corpus enim reconditum in se numen declarabat, cum

(l'âme et le corps), les signes de la nature céleste éclatent par l'une et par l'autre : le corps révélait la divinité cachée en lui, lorsqu'il guérissait en touchant; et l'âme montrait la vertu de Dieu par sa volonté toute puissante; car, de même que le tact est le sens propre du corps, de même la volonté est l'action propre de l'âme; l'âme veut, le corps touche.

S. AMB. — Il dit *je veux*, à cause de Photin; il *commande*, à cause d'Arius; il *touche*, à cause de Manès. Il n'y a point d'intervalle entre l'œuvre de Dieu et son commandement, afin que vous compreniez la miséricorde de ce médecin et la puissance de son opération; d'où il suit : « Aussitôt sa lèpre disparut. » Mais, afin que la lèpre puisse être chassée, que chacun évite la jactance à l'exemple de l'humilité du Seigneur; car il suit : « Il lui ordonna de n'en parler à personne. » Il veut nous enseigner à ne jamais publier nos bienfaits, mais à les cacher de manière à n'obtenir ni salaire ni même reconnaissance. Peut-être lui commande-t-il le silence, parce qu'il estime que ceux qui croient par une foi spontanée sont meilleurs que ceux qui croiraient par l'espoir des bienfaits. — S. CYR. — Dans le silence même du lépreux, il suffisait de la voix de cet événement pour raconter à tous ceux qui le connaissaient la puissance de celui qui l'avait guéri.

S. CHRYS. — Parce que le plus souvent les hommes se souviennent de Dieu quand ils sont malades et l'oublient lorsqu'ils sont guéris, il lui recommande d'avoir Dieu en vue et de le glorifier; d'où il suit : « Allez, montrez-vous au prêtre, » afin que le lépreux guéri se fit examiner par le prêtre et fût ainsi admis par sa déclaration au nombre de ceux

palpando præstabat remedia; sed anima præpotenti voluntate divinam ostendebat virtutem : velut enim sensus tactus proprius corporis est, sic et animæ voluntarius motus : vult anima, tangit corpus.

AMB. Dicit ergo, volo, propter Photinum; imperat, propter Arium; tangit, propter Manichæum. Nihil autem medium est inter opus Dei atque præceptum, ut intelligas medentis affectum, virtutem operis : unde sequitur : Et confestim lepra discessit ab illo : sed ne lepra transire possit in medium, unusquisque dominicæ humilitatis exemplo jactantiam vitet : nam sequitur : Et præcepit illi ut nemini diceret; ut scilicet doceret non vulganda nostra beneficia; sed premenda, ut non solum a mercede abstinemus pecuniæ, sed

etiam gratiæ. Aut fortasse illa silentii causa est imperati, quod meliores putabat qui fide magis spontanea, quam speratis beneficiis credidissent. CYRIL. (in *Cal. græc. Patr.*) Leproso etiam silente sufficiebat ipsa negotii vox ad narrandum omnibus agnoscentibus per eum potestatem curantis.

CHRYS. (homil. 26, in *Matth.*). Et quia ut plurimum homines dum ægrotant, Dei sunt memores; ut autem convalescant, hebetantur, mandat ut Deum præ oculis habeat, dans gloriam Deo : unde sequitur : Sed vade, ostende te sacerdoti; ut scilicet mundatus leprosus committeret se sacerdotis aspectui, ac sic per illius censuram numeraretur intersanos. AMB. Et ut etiam intelligeret sacerdos, non legis ordine, sed gratia Dei supra legem esse curatum; et

qui sont purs.—S. AMB. — Il voulait aussi faire comprendre au prêtre que ce n'est point par le rite de la loi qu'il avait été guéri, mais par la grâce de Dieu qui est au-dessus de la loi. En ordonnant d'offrir le sacrifice prescrit par Moïse, le Seigneur montra qu'il ne détruisait point la loi, mais qu'il l'accomplissait. D'où il suit : « Offrez pour votre guérison ce que Moïse a ordonné. » — S. AUG.— Il semble approuver ici le sacrifice prescrit par Moïse que l'Église n'admet point. On en donne pour raison que le sacrifice du Saint des saints qui est son corps n'avait pas encore commencé, car les sacrifices figuratifs ne devaient point être abolis avant que celui qu'ils figuraient eût été établi par le témoignage de la prédication des apôtres et par la foi des peuples fidèles. — S. AMB. — Ou encore, étant la loi spirituelle, il semble ordonner un sacrifice spirituel ; aussi, dit-il : « Selon ce que Moïse a prescrit ; » ensuite il ajoute : « Pour leur être en témoignage. » — TITE.— Les hérétiques prennent ceci dans un sens mauvais et disent qu'il parla ainsi en dérision de la loi ; mais comment aurait-il ordonné d'offrir un sacrifice pour la guérison, selon le précepte de Moïse, s'il eût voulu parler contre la loi ? — S. CYR. — Il dit : « Pour leur être en témoignage, » parce que ce fait montre que le Christ est incomparablement supérieur à Moïse ; en effet, Moïse, n'ayant pu délivrer sa sœur de la lèpre, pria le Seigneur de la délivrer ; le Sauveur, au contraire, dit avec une divine puissance : « Je le veux, soyez guéri. »

S. CHRYS. — « Pour leur être en témoignage, » c'est-à-dire pour leur condamnation et pour prouver que je respecte la loi ; car après vous avoir guéri, je vous envoie à l'examen des prêtres, afin que vous me

dum mandatur sacrificium secundum præceptum Moysi, ostendit Dominus quia legem non solveret, sed adimpleret : unde sequitur : Et offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, quæst. 3). Videtur hio approbare sacrificium quod per Moysen præceptum est, cum id non recipiat Ecclesia : quod ideo jussisse intelligi potest, quia nondum cœperat esse sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus ejus est. Non enim oportebat auferri significativa sacrificia, priusquam illud quod significabatur confirmatum esset contestatione apostolorum, prædicantium, et fide credentium populorum. AMB. Vel quia lex spiritualis est, videtur sacrificium mandasse spirituale. Unde dicit : Sicut præcepit Moyses : deni-

quo addidit : In testimonium illis. TITUS, Bostrensis (in *Cat. græc. Patr.*). Hæretici perperam hoc accipiunt, dicentes in opprobrium legis esse dictum. Qualiter autem juberet offerre pro emundatione, secundum præceptum Moysi, si hoc diceret contra legem ? CYRIL. (ut sup.). Dicit ergo : In testimonium illis, quia ex hoc facto ostenditur Christum incomparabili excellentia Moysi præferri ; nam quia Moyses insufficientis erat a sorore lepræ pellere morbum, orabat Dominum ut eam liberaret (*Num.*, 12), sed Salvator in potestate divina protulit : *Volò, mundare.*

CHRYS. (homil. 26, in *Matth.*). Vel in testimonium illis, hoc est, ad reprehensionem eorum, et ad probationem quod legem revereor. Cum enim te curaverim, mitto

soyez une preuve que je n'ai pas violé la loi. Quoique le Seigneur, en guérissant, dît de n'en parler à personne, néanmoins sa renommée volait de tous côtés publiant ses miracles; d'où il suit : « Cependant on parlait de lui de plus en plus, etc. » — BÈDE. — La guérison d'un seul entraîne les foules autour du Seigneur; d'où il suit : « Des foules nombreuses venaient à lui pour être guéries, etc. » Car le lépreux, malgré l'ordre qui lui avait été donné, pour faire voir qu'il était guéri extérieurement et intérieurement, publiait partout (selon saint Marc) le bienfait qu'il avait reçu.

GRÉG.— Durant le jour notre Rédempteur fait des miracles éclatants dans les villes, mais la nuit il se retire à une prière assidue; d'où il suit : « Il se retirait dans le désert pour prier. » Il enseigne aux prédicateurs à ne pas quitter entièrement la vie active par amour pour la contemplative, et à ne point négliger les joies de la contemplation pour une activité excessive; mais à se nourrir dans le calme de la contemplation de ce qu'ils répandront en paroles, lorsqu'ils s'occuperont du prochain. — BÈDE. — Quand il se retire pour prier, n'attribuez point cela à la nature qui dit : « Je le veux, soyez guéri, » mais à celle qui étendant la main touche le lépreux; non qu'il y ait deux personnes dans le Fils, comme le prétend Nestorius, mais (de même qu'il y a deux natures) il y a deux opérations de la même personne. — S. GRÉG. — Le plus souvent il faisait ses œuvres au milieu du peuple et ses prières dans le désert, pour nous autoriser à prendre quelque relâche, afin de nous entretenir avec Dieu dans la sincérité de l'âme; car lui-même n'avait besoin ni de retraite, ni de solitude, puisqu'étant Dieu il n'a-

te ad sacerdotum experientiam, ut attesteris mihi quod non sum prævaricatus in legem. Et quamvis Dominus impendens remedia monerat nemini dicere, instruens nos evitare superbiam; fama tamen ejus volabat undique instillans auditui cunctorum miraculum: unde sequitur: Perambulabat autem magis sermo de illo, etc. BÈD. Unius autem perfecta salvatio multas ad Dominum cogit turbas: unde sequitur: Et conveniebant turbæ multæ ut curarentur, etc. Ut enim leprosus exterius et interius se sanatum doceret, perceptum beneficium (ut Marcus ait) etiam jussus non tacet.

GRÉG. (6 *Moral.*, cap. 17). Redemptor autem noster per diem miracula in urbibus exhibet, et ad orationis studium in nocte pernoctat: unde sequitur: Ipse autem se-

cedebat in desertum, et orabat; ut perfectis videlicet prædicatoribus innuat, quatenus nec activam vitam amore speculationis funditus deserant, nec contemplationis gaudia operationis nimietate contemnant; sed quieti contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes refundant. BÈD. Quod autem secedit orare, non ei naturæ tribuas quæ dicit: Volo, mundare, sed ei quæ extendens manum tetigit leprosum; non quod juxta Nestorium gemina sit filii persona; sed ejusdem personæ (sicut naturæ), sic et operationes sunt duæ. GRÉG. Nazian. (orat. 28). Et opera quidem in populo, orationes autem in deserto peragebat ut plurimum, sanciens quod liceat parumper quiescere, ut mente sincera cum Deo colloquamur; neque enim ipse indi-

vait ni à expier ni à se recueillir, mais il voulait nous montrer qu'il est une heure pour les œuvres, une autre pour des méditations plus hautes, et nous enseigner le temps de l'action et celui qui est propice à une occupation plus sublime.

BÈDE. — Ce lépreux est le type du genre humain malade de ses péchés ; il était couvert de lèpre : « Car tous ont péché et ont besoin de la grâce de Dieu. » Il avait besoin que le Verbe de Dieu, étendant la main (c'est-à-dire s'unissant à la nature humaine), le guérit de ses vieilles erreurs, et il devait offrir son corps comme une hostie vivante pour sa guérison. — S. AMB. — Mais si le Verbe est le remède de la lèpre, le mépris du Verbe est donc la lèpre de l'âme. — THÉOPH. — Remarquez aussi que celui qui est purifié devient digne de présenter l'offrande, c'est-à-dire le corps et le sang du Seigneur qui est uni à la nature divine.

Un jour, comme il enseignait, étant assis, et que des pharisiens et des docteurs de la loi qui étaient venus de tous les villages de la Galilée, du pays de Judée, et de la ville de Jérusalem, étaient assis près de lui, la vertu du Seigneur agissait pour la guérison des malades ; et quelques personnes, portant sur un lit un homme qui était paralytique, cherchaient le moyen de le faire entrer dans la maison, et de le présenter devant lui. Mais ne trouvant point par où le faire entrer, à cause de la foule du peuple, ils montèrent sur le haut de la maison, d'où ils le descendirent par les tuiles avec le lit où il était, et le mirent au milieu de la place devant Jésus ; lequel, voyant leur foi, dit au malade : Mon ami, vos péchés vous sont remis. Alors les docteurs de loi et les pharisiens dirent en eux-mêmes : Qui est celui-ci qui blasphème de la sorte ? Qui peut remettre les péchés que Dieu seul ? Mais Jésus, connaissant leurs pensées, leur dit : A quoi pensez-vous dans vos cœurs ? Lequel est le plus aisé, ou de dire : Vos péchés vous

gebat remotione vel secessu, quia non erat in eo quod remitteretur, vel in quod colligeret seipsum, cum Deus esset ; sed ut pateat nobis et operationis hora et altioris solertiae ; sive ut actionis et sublimioris cujusdam occupationis tempus opportunum discamus.

BÈDE. Typice autem leprosus humanum genus languidum peccatis designat ; plenum lepra, quia omnes peccaverunt, et egent gratia Dei (Rom., 3), ut scilicet extenta manu (id est, Verbo Dei, humanam contingente naturam) a prisca erroris varietate mudentur, et offerant pro emundatione corpora sua hostiam vivam. AMB. Si autem lepræ medicina verbum est, contemptus verbi lepra mentis est. THÉOPH. Vide autem quod postquam mundatus est aliquis, tunc dignus est offerre hoc munus ; scilicet corpus et sanguinem Domini, quod est divinæ unitum naturæ.

Et factum est in una dierum, et ipse sedebat docens, et erant pharisæi sedentes et legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, et Judææ, et Hierusalem ; et virtus Domini erant ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus ; et quærebant eum inferre, et ponere ante eum : et non invenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra lectum, et per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Jesum. Quorum fidem ut vidit, dixit : Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et ceperunt cogitare scribæ et pharisæi, dicentes : Quis est hic qui loquitur blasphemias ? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus ? Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos : Quid cogitatis in cordibus vestris ? Quid est facilius dicere : Dimittuntur tibi peccata ? an dicere : Surge et ambula ? Ut autem sciatis quia Filius ho-

sont remis, ou de dire : Levez-vous et marchez ? Or, afin que vous sachiez que le Fils de l'homme a sur la terre le pouvoir de remettre les péchés, levez-vous, je vous le commande, dit-il au paralytique, emportez votre lit et vous en allez en votre maison. Il se leva au même instant en leur présence, et emportant le lit où il était couché, il s'en retourna en sa maison, rendant gloire à Dieu. Ils furent tous remplis d'un extrême étonnement, et ils rendaient gloire à Dieu. Et dans la frayeur dont ils étaient saisis, ils disaient : Nous avons vu aujourd'hui des choses prodigieuses.

S. CYR. — Les scribes et les pharisiens, qui avaient été témoins des miracles du Christ, écoutaient aussi son enseignement ; d'où il suit : « Un jour, il était assis et enseignait ; des pharisiens étaient assis près de lui, etc..... La vertu du Seigneur agissait pour les guérir ; » non qu'il empruntât d'un autre sa puissance, mais il opérait comme Dieu et Seigneur, par sa propre puissance. Souvent les hommes se rendent dignes des dons spirituels, mais quelquefois ils s'écartent du but que se propose l'auteur des dons ; il n'en fut pas ainsi du Christ, parce que la puissance divine affluait en lui pour guérir. Or, comme il fallait, au milieu de cette foule des scribes et des pharisiens assemblés, qu'il se fit quelque chose qui attestât sa puissance devant ceux qui le méprisaient, il opéra un miracle sur un paralytique. L'art médical ayant échoué en lui, ses proches le portaient au divin et céleste médecin, d'où il suit : « Des hommes portaient, etc. » — S. CHRYS. — Admirons ceux qui portaient le paralytique ; ne pouvant le faire entrer par la porte, ils tentèrent un moyen nouveau et étrange ; d'où il suit : « Ne trouvant pas où le faire entrer, ils montèrent sur le toit, etc. » Découvrant le toit, ils descendirent le grabat et déposèrent le paralytique au milieu

minis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) : Tibi dico, surge : tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum in quo jacebat, et abiit in domum suam magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes, et magnificabant Deum, et repleti sunt timore, dicentes quia vidimus mirabilia hodie.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Scribæ et pharisæi, qui facti fuerant prodigiorum Christi spectatores, audiebant ipsum quoque docentem : unde dicitur : Et factum est in una dierum et ipse sedebat docens : et erant pharisæi sedentes, etc. Et virtus Domini erat ad sanandum eos : non quasi mutuo acciperet potestatem alterius ; sed quasi Deus et Dominus propria operabatur

virtute. Fiunt autem homines sæpe donorum spiritualium digni, sed plerumque deficiunt a ratione quam novit donorum largitor. Quod in Christo non accidit : affluebat enim præstandis remediis virtus divina. Quia vero necessarium erat, ubi tanta scribarum et pharisæorum turba convenerat, aliquid fieri ex his quæ virtuti attestarentur ipsius, coram eis qui eum parvipendebant, factum est quoddam miraculum in paralytico ; in quo quia defecisse videbatur medicinalis ars, portabatur a proximis ad supernum et cœlestem medicum : unde sequitur : Et ecce viri portantes, etc. CHRYS. (in *Cat.*, ut sup.). Mirandi vero sunt qui paralyticum adduxerunt, qualiter cum nequissent intrare per ostium, novum aliquid et alienum attentaverunt : unde sequitur : Et non invenientes qua parte illum inforrent, ascen-

de la maison ; d'où il suit : « Ils le descendirent par les tuiles. » L'endroit où ils descendirent par les tuiles le lit du paralytique était sans doute peu élevé.

BÈDE. — Avant de guérir cet homme de la paralysie, le Seigneur délie d'abord les liens de ses péchés pour montrer que la dissolution de son corps venait des liens de ses fautes et qu'il ne pouvait retrouver l'usage de ses membres qu'après qu'elles seraient déliées ; d'où il suit : « Voyant leur foi, etc. » — **S. AMB.** — Il est grand le Seigneur qui pardonne aux uns à cause du mérite des autres, qui exauce les uns et pardonne aux autres leurs erreurs. O homme, comment votre semblable ne serait-il pas considéré par vous, lorsque auprès de Dieu un esclave peut intervenir par ses mérites et a droit à être exaucé ? Si donc vous doutez du pardon de vos grands péchés, faites intervenir les prières d'autrui, faites intervenir l'Eglise qui priera pour vous, afin que Dieu vous pardonne ce qu'il aurait pu vous refuser à vous-même. — **S. CHRYS.** — Cependant la foi de ce malade intercédait aussi, car il n'eût pas souffert qu'on le descendît s'il n'eût cru lui-même.

S. AUG. — En disant : « O homme, vos péchés vous sont remis, » il insinuait que les péchés étaient remis à cet homme qui, par là même qu'il était homme, ne pouvait pas dire : « Je n'ai point de péché ; » de plus il voulait faire entendre que c'était Dieu qui pardonnait à cet homme. — **S. CHRYS.** — Quand nous souffrons corporellement, nous nous hâtons d'éloigner ce qui nous fait souffrir ; au contraire, lorsque l'âme est malade, nous différons, et c'est pour cela que nous ne sommes pas guéris même des souffrances du corps. Séparons-nous donc de la

derunt supra tectum, etc. Detegentes autem tectum deponunt grabatum, et ponunt in medio paralyticum : unde sequitur : Et per tegulas dimiserunt. Dicit aliquis demissum fuisse locum, a quo per tegulas deposuerunt paralytici lectum.

BÈDE. Hominem autem Dominus a paralyti curaturus, primo peccatorum vincula dissolvit, ut ostenderet eum ob nexus culparum artuum dissolutione damnari ; nec nisi his relaxatis membrorum posse recuperatione sanari : uude sequitur : Quorum fidem ut vidit, etc. **AMB.** Magnus Dominus qui aliorum merito ignoscit aliis ; et dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te, homo, collega non valet ? cum apud Deum servus et interveniendi meritum et jus habeat impetrandi ? Si gravium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatores,

adhibe Ecclesiam quæ pro te precetur cujus contemplatione quod tibi Dominus negare posset ignoscit. **CHRYS.** (homil. 30, in *Matth.*). Occurrebat autem et in hoc ipsius patientis fides : non enim sustinisset se inferius submitti, nisi credidisset.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 25). Quod autem dicit : Homo, dimittuntur tibi peccata, ad hoc insinuandum valet, quia homini dimittebantur peccata, qui eo ipso quod homo erat, non posset dicere : Non peccavi. Simul etiam ut ille, qui homini dimittebat, intelligeretur Deus. **CHRYS.** (in *Cat. græc. Patr.*, ex *homiliis in Matth.*). Nos autem si corporaliter patimur, satagimus nocivum abjicere : cum vero male sit animæ, differimus ; atque ideo nec a corporis nocevis curamur. Abscindamus igitur fontem malorum, et cessabunt ægritudinum fluxus.

source du mal et le cours de nos maladies cessera. Cependant les pharisiens, craignant la multitude, n'osaient point manifester leurs pensées, ils se contentaient de les méditer dans leurs cœurs; d'où il suit : « Ils dirent en eux-mêmes : Qui est celui-ci qui blasphème ? » — S. CYN. — Ils proclament déjà la sentence de mort; car la loi ordonnait que quiconque blasphémerait contre Dieu serait puni de mort. — S. AMB. — Ainsi le Fils de Dieu reçoit d'eux un témoignage en faveur de ses œuvres, car rien n'établit mieux la foi qu'un aveu fait malgré soi, et rien n'inflrme une preuve de culpabilité comme la négation de ceux qui sont laissés à leurs assertions; d'où il suit : « Qui peut remettre les péchés, que Dieu seul ? » Quelle est la folie du peuple infidèle, après avoir confessé que Dieu seul peut remettre les péchés, il ne croit point à Dieu pardonnant les péchés. — BÈDE. — Car ils disent vrai; Dieu seul peut remettre les péchés, c'est lui qui les remet par ceux auxquels il a donné ce pouvoir. Ainsi il est prouvé que le Christ est vraiment Dieu parce qu'il peut remettre les péchés comme Dieu.

S. AMB. — Cependant le Seigneur, voulant sauver les pécheurs, démontre sa divinité par la connaissance des choses cachées; d'où il suit : « Afin que vous sachiez etc. » — S. CYR. — Comme s'il disait : O pharisiens, vous dites : « Qui peut remettre les péchés, que Dieu seul ? » je vous répons : « Qui peut scruter les secrets du cœur, que Dieu seul ? » lui qui dit par les prophètes : « Je suis le Seigneur scrutant les cœurs et pénétrant les reins. » — S. CHRYS. — Si donc vous êtes incrédules sur la première chose (c'est-à-dire la rémission des péchés), j'ajoute celle-ci : Je découvre vos intimes pensées; et encore celle-ci : J'affermis le

Metu autem multitudinis suam intentionem aperire pharisæi non audebant, sed solum in cordibus suis meditabantur : unde sequitur : Et cœperunt cogitare dicentes : Quis est hic qui loquitur blasphemias ? CYRIL. (in *Cat. græcor.*, ubi sup.). In quo mortis præcipitant sententiam. Erat enim mandatum in lege (*Levi.*, 24) quod quicumque blasphemaret in Deum, morte puniretur. AMB. Itaque ab ipsis ex operibus suis Dei Filius accipit testimonium. Nam et validius est ad fidem, quod confitentur inviti, et perniciosius ad culpam, quod negant qui suis assertionibus relinquantur : unde sequitur : Qui potest peccata dimittere nisi solus Deus ? Magna infidæ plebis amentia, ut cum confessa fuerit solius Dei esse donare peccata, non credat Deo peccata donanti. BÈD. Verum enim dicunt quia nemo

peccata dimittere nisi Deus potest; qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem. Et ideo Christus vere Deus esse probatur, quia dimittere peccata quasi Deus potest.

AMB. Dominus autem salvos volens facere peccatores, ex occultorum cognitione Deum se esse demonstrat : unde sequitur : Ut autem cognoscatis, etc. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Quasi dicat : O pharisæi, quia dicitis : Quis potest peccata dimittere, nisi solus Deus ? respondeo vobis : Qui potest secreta cordis scrutari, nisi solus Deus ? Qui per prophetas dicit : Ego Dominus scrutans corda et probans renes. CHRYS. (homil. 30, in *Matth.*). Si ergo increduli estis erga primum [scilicet remissionem peccati], ecce aliud adjicio. dum intima vestra patefacio : quinetiam

corps de ce paralytique ; d'où il ajoute : « Lequel est plus facile, etc. » Il est évident qu'affermir le corps est plus facile, car autant l'âme est plus noble que le corps, autant l'absolution des fautes est plus excellente ; mais parce que vous ne croyez point à ceci qui est caché, j'ajouterai ce qui est moindre, mais visible, afin que ce qui est caché soit ainsi démontré. De plus, en interpellant le malade, il ne dit pas : « Je vous remets vos péchés, » pour exprimer son propre pouvoir, mais : « Vos péchés vous sont remis ; » ensuite, poussé par eux, il déclare plus évidemment son propre pouvoir en disant : « Afin que vous sachiez. » — **THÉOPH.** — Il remet les péchés sur la terre ; car, tant que nous sommes sur la terre, nous pouvons effacer nos péchés, mais lorsque nous sommes enlevés de terre, nous ne pouvons les confesser, car la porte est fermée.

S. CHRYS. — Il prouve le pardon des péchés par la guérison du corps ; d'où il suit : « Il dit au paralytique : Je vous le commande, levez-vous. » Il prouve aussi la guérison du corps en lui faisant emporter le lit, afin que ce qui est arrivé ne soit pas regardé comme fantastique ; d'où il suit : « Prenez votre grabat, etc. » Comme s'il disait : Je voulais, par votre souffrance, guérir ceux qui semblent sains, mais dont l'âme est malade ; puisqu'ils ne veulent point, allez vous-même convertir votre famille. — **S. AMB.** — La guérison s'opère sur-le-champ ; en même temps qu'il parle, il guérit ; d'où il suit : « Se levant aussitôt, etc. » — **S. CYR.** — Ce fait démontrait que le Fils de l'homme a sur la terre le pouvoir de remettre les péchés ; comme il l'avait dit pour lui et pour nous. En effet, lui-même, en tant que Dieu fait homme,

aliud, dum paralytici corpus consolido : unde subdit : Quid est facilius, etc. Palam quidem est, quia consolidare corpus facilius est : quanto namque nobilior est anima corpore, tanto est excellentior absolutio criminum : verum quia illud non creditis eo quod lateat, adjiciam quod minus est, apertius tamen ; quatenus quod est occultum per hoc demonstratur. Et quidem cum allocutus est infirmantem, non dixit : Dimitto tibi peccata, propriam exprimens potestatem, sed, remittuntur tibi peccata. Cogentibus autem illis, evidentius propriam declarat potestatem, dicens : Ut autem sciatis, etc. **THEOPH.** Vide quod in terra dimittit peccata. Dum enim sumus in terra, peccata nostra delere possumus ; postquam vero a terra tollimur, non valebimus confiteri, clauditur enim janua.

CHRYS. (in homil. 30, in *Matth.*). Demonstrat autem peccatorum veniam per corporis sanationem : unde sequitur : Ait paralytico : Tibi dico, surge : ipsam vero corporis sanitatem demonstrat per lecti portationem, ut sic non reputetur phantasia quod factum est : unde sequitur : Tolle grabatum tuum, etc. Quasi diceret : Ego volebam per tuam passionem curare illos qui sani videntur, infirmantur autem in anima ; sed quia nolunt, vade tuum correcturus familiam. **AMB.** Nec mora ulla, sanitas intervenit ; unum dictorum remediumque momentum est : unde sequitur. Et confestim surgens, etc. **CYRIL.** (ubi sup.). Quo facto patuit quod Filius hominis potest in terra relaxare peccata ; quod pro se et pro nobis dixerat. Ipse namque ut Deus factus homo, tanquam Dominus

commemaitre de la loi, remet les péchés; et nous-mêmes avons reçu de lui cette grâce si admirable; car il a été dit aux disciples : « Les péchés seront remis à ceux à qui vous les aurez remis. » Comment ne remettrait-il pas le premier les péchés, lui qui a donné aux autres ce pouvoir? Les rois de la terre et les princes font grâce aux homicides et les délivrent de la peine de ce monde, mais ils ne peuvent absoudre leurs crimes.

S. AMB. — Les Juifs incrédules voient le paralytique se lever et s'étonnent qu'il marche; d'où il suit : « Ils furent tous saisis de stupeur, etc. » — S. CHRYS. — Ils hésitent en louant Dieu, et cependant ils ne croient pas qu'il soit Dieu, car la chair les empêchait (1), et c'était beaucoup que de le reconnaître comme le premier des hommes et comme envoyé de Dieu. — S. AMB. — En voyant des miracles divinement opérés, ils aiment mieux craindre que croire; d'où il suit : « Ils furent remplis de crainte, etc. » S'ils avaient cru, ils n'eussent point craint, ils eussent aimé; car l'amour parfait dissipe la crainte. La guérison de ce paralytique n'est ni inutile ni d'un médiocre enseignement, puisqu'il est dit qu'au paravant le Seigneur pria, non qu'il eût besoin de prier, mais pour nous donner l'exemple. — S. AUG. — Car on peut voir dans ce paralytique une image de l'âme privée de l'usage de ses membres, c'est-à-dire de ses opérations, cherchant le Christ (c'est-à-dire la volonté du Verbe de Dieu); elle est empêchée par la foule de ses pensées jusqu'à ce qu'elle soulève le toit, c'est-à-dire le voile des Écritures, pour arriver ainsi à la connaissance

(1) La chair de Jésus-Christ ou celle des Juifs.

legis peccata dimittit : sortiti sumus etiam nos ab eo tam mirabilem gratiam ; dictum est enim discipulis (Joan., 20) : Quorum remisieritis peccata, remittuntur eis. Quomodo autem non magis ipse peccata dimittit, qui cæteris potestatem faciendi hoc tradidit? Reges autem terreni et principes homicidas absolventes a pœna præsentis liberant, a criminibus autem expiari non possunt.

AMB. Spectant autem surgentem increduli, mirantur abeuntem : unde sequitur : Et stupor apprehendit omnes, etc. CHRYS. (homil. 30, in *Matth.*). Paulatim serpunt Judæi magnificentantes Deum, non tamen putantes eum Deum esse; obstabat enim eis caro, nec tamen erat modicum aestimare eum præcipuum esse mortaliū, et

a Deo processisse. AMB. Divini autem operis miracula malunt timere quam credere : unde sequitur : Et repleti sunt timore, etc. Si autem credidissent, non timuissent utique, sed dilexissent; perfecta enim dilectio foras timorem excludit. Non otiosa autem hujus paralytici, nec angusta medicina est, quoniam Dominus orasse præmittitur : non propter suffragium, sed propter exemplum. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, quæst. 4). De paralytico enim potest intelligi animam dissolutam membris, hoc est, operationibus, Christum quærere (id est, voluntatem Verbi Dei). Impediri autem a turbis, scilicet cogitationum, nisi tecta, id est, operta Scripturarum aperiat, et per hoc ad notitiam Christi perveniat, hoc est ad ejus humilitatem fidei pietate descendat.

du Christ, c'est-à-dire pour descendre pieusement jusqu'à l'humilité de la foi. — BÈDE. — Il est dit que la maison de Jésus était couverte de tuiles, parce que, sous le voile grossier de la lettre, se trouve la vertu de la grâce spirituelle.

S. AMB. — Quiconque est malade doit faire intervenir les prières d'autrui pour sa guérison, afin que par elles l'infirmité de notre vie soit déliée, et que les pas chancelants de nos actes soient affermis par le remède du Verbe céleste. Il faut pour les âmes des directeurs qui élèvent vers le ciel l'esprit de l'homme appesanti par l'infirmité du corps; dont l'assistance les trouve dociles, les soulève et les humilie pour les placer devant Jésus, devenues dignes d'être regardées par le Seigneur; car le Seigneur abaisse ses regards sur les humbles. — S. AUG. — Ceux qui déposent le paralytique peuvent représenter les docteurs de l'Église; le lit sur lequel il est déposé signifie que pendant que l'homme est ici-bas dans sa chair il doit connaître le Christ. — S. AMB. — Le Seigneur montre ainsi l'espérance entière de la résurrection; il pardonne les péchés de l'âme et il guérit l'infirmité de la chair: c'est la guérison de l'homme tout entier. Mais s'il est grand de remettre les péchés des hommes, il est plus divin de ressusciter les corps, car c'est Dieu qui est la résurrection, et le lit qu'il lui est ordonné d'emporter n'est autre chose que le corps humain. — S. AUG. — Afin que l'infirmité de l'âme ne se repose plus dans les joies charnelles comme sur un lit, mais qu'elle réprime les affections de la chair et marche vers sa maison, c'est-à-dire vers le repos mystérieux de son cœur. — S. AMB. — Ou encore: retourner dans sa maison, c'est retourner au paradis; il est

BÈDE. Et bene domus Jesu regulis contacta describitur, quia sub contemptibili litterarum velamine spiritalis gratiæ virtus invenitur.

AMB. Unusquisque autem æger petendæ precatores salutis debet adhibere, per quos nostræ vitæ compago resoluta, actuumque nostrorum clauda vestigia, verbi cœlestis remedio reformatur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quamvis exterioris corporis debilitate torpentem, ad superiora erigant, quorum rursus adminiculis et attollere et humiliare se facilius ante Jesum locatur, dominico videri dignus aspectu: humilitatem enim respicit Dominus. AUG., *De quest. Evang.* (ut sup.). Hi ergo a quibus deponitur, bonos doctores Ecclesiæ possunt significare: quod autem cum lecto deponitur, significat ab homine

in ista carne adhuc constituto Christum debere cognosci. AMB. Dominus autem plenam spem resurrectionis ostendens, peccata donat animorum, debilitatem carnis excludit. Hoc enim est totum hominem esse curatum. Quamvis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere, tamen multo divinius est resurrectionem donare corporibus, quandoquidem Deus resurrectio est: lectus autem qui tolli jubetur, nihil aliud est quam corpus humanum. AUG., *De quest. Evang.* (ut sup.). Ut non jam in carnalibus gaudiis tanquam in lecto requiescat infirmitas animæ; sed magis ipsa contineat affectiones carnales, et tendat ad domum suam, id est, requiem secretorum cordis sui. AMB. Vel domum repetere suam, hoc est ad paradisum redire. Ea enim est vera domus, quæ hominem prima suscepit, non

en effet la véritable maison, la première habitation de l'homme, qu'il a perdue par sa faute et par l'injustice. Elle doit lui être rendue, puisque celui-là est venu qui abolit la faute et rétablit la justice.

Après cela, Jésus, étant sorti, vit un publicain nommé Lévi, assis au bureau des impôts, et il lui dit : Suivez-moi. Et lui, quittant tout, se leva et le suivit. Lévi lui fit ensuite un grand festin dans sa maison, où il se trouva un grand nombre de publicains et d'autres qui étaient à table avec eux. Mais les pharisiens et les docteurs des Juifs en murmuraient, et disaient aux disciples de Jésus : Pourquoi est-ce que vous mangez et buvez avec des publicains et des gens de mauvaise vie ? Et Jésus, prenant la parole, leur dit : Ce ne sont pas les sains, mais les malades, qui ont besoin de médecin. Je suis venu pour appeler non les justes, mais les pécheurs, à la pénitence.

S. AUG. — Après avoir raconté la guérison du paralytique, il continue par la conversion du publicain, en disant : « Jésus étant sorti vit un publicain nommé Lévi, assis au bureau des impôts. » Saint Matthieu est le même que ce Lévi. — BÈDE. — Saint Luc et saint Marc, pour l'honneur de cet évangéliste, ne disent point son nom vulgaire ; au contraire, saint Matthieu, s'accusant lui-même au commencement de son récit, s'appelle Matthieu et publicain, afin que personne ne désespère du salut à cause de ses péchés, puisque lui-même a été fait de publicain apôtre. — S. CYR. — Lévi avait été publicain, avide du superflu, convoitant le bien d'autrui (c'est la fonction des publicains), mais il est arraché à ces pratiques injustes par le Christ qui l'appelle ; d'où il suit : « Quittant tout, il se leva et le suivit. » — S. CHRYS. — Considérez la

jure amissu, sed fraude. Merito ergo restituitur, quoniam venerat qui nexum fraudis aboleret, jus reformaret,

Et post hæc exiit, et vidit publicanum nomine Levi, sedentem ad telonium ; et ait illi : Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua, et erat turba multa publicanorum, et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Et murmurabant pharisæi et scribæ eorum, dicentes ad discipulos ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus manducatis et bibitis ? Et respondens Jesus dixit ad illos : Non egent qui sunt medici, sed qui male habent : non enim veni vocare justos, sed peccatores ad penitentiam.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 1, cap. 26).

Post paralyticum sanatum de conversione publicani subjungit, dicens : Et post hæc exiit, et vidit publicanum nomine Levi sedentem ad telonium : ipse est Matthæus qui et Levi. BÈD. Sed Lucas et Marcus propter honorem Evangelistæ, nomen tacent vulgatum : Matthæus autem in sermonis principio accusator sui factus Matthæum se et publicanum nominat ; ne quis a salute desperet pro immanitate peccatorum ; cum ipse de publicano in apostolum sit mutatus. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Publicanus enim fuerat Levi, vir avarus, effrenis erga superflua, alieni amator (hoc est enim publicanorum officium), sed ab ipsis officinis malitiæ retrahitur, Christo eum vocante : unde sequitur : Et ait illi : Sequere me. AMB. Sequi jubet, non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaque ille verbo vocatus, propria dereli-

vertu de celui qui est appelé ; il ne résista point, il n'hésita point, mais il obéit promptement ; il ne voulut point aller dans sa maison pour le déclarer aux siens ; ainsi avaient fait les pécheurs. — S. BAS. — Non-seulement il quitta sans regret les profits de l'impôt, mais encore il ne compta pour rien les dangers que lui et les siens pouvaient courir en laissant inachevés les comptes de l'impôt. — THEOPH. — Ainsi le Christ reçut le cens de celui qui levait le tribut des passants, non en recevant de lui de l'argent, mais en l'associant entièrement à son sort.

S. CHRYS. — Après avoir appelé Lévi, le Seigneur l'honora aussitôt en mangeant avec lui, afin de lui donner plus de confiance ; d'où il suit : « Lévi lui fit un grand festin dans sa maison. » Il se mit à table non-seulement avec lui, mais encore avec plusieurs autres ; d'où il suit : « Il y avait un grand nombre de publicains et d'autres qui étaient à table avec eux. » Ces publicains s'étaient réunis chez lui comme chez un collègue et un homme de la même profession, et lui, fier de la présence du Christ, les invita tous. Tout était pour le Christ un moyen de guérison ; il ramenait ceux qui étaient égarés, non-seulement en discutant avec eux, ou guérissant les malades, ou réprimandant les envieux, mais encore en prenant sa nourriture ; il nous enseignait ainsi que toute occupation et toute circonstance peuvent nous servir. Il n'évita point la société des publicains, à cause du bien qui en devait suivre, comme un médecin qui ne peut guérir une maladie s'il ne touche la plaie. — S. AMB. — En mangeant avec les pécheurs, il nous autorise à manger même avec les Gentils. — S. CHRYS. — Cependant le Seigneur fut accusé pour cela par les pharisiens envieux qui vou-

quit qui rapiebat aliena : unde sequitur : Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. CHRYS. (hom. 31, in *Matth*). Ubi et vocantis virtutem et vocati obedientiam considera : neque enim obstitit, neque vacillavit, sed protinus paruit ; nec in propriam domum ire voluit, ut suis hoc intimaret ; sicut nec piscatores. BASIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ex *Asceticis*). Neo solum fœnora telonii postposuit, sed etiam contempsit pericula quæ sibi ac suis accidere poterant ; dum calculos telonii dimitteret imperfectos. THEOPH. Et sic ab accipientibus censum a transeuntibus, Christus censuum accepit ; non quidem accipiens pecuniam, sed totaliter eum transferens ad suum consortium.

CHRYS. (ut sup.). Vocatum autem Levi Dominus honoravit, dum cum eo confestim epulatus est ; hoc enim ei majorem præ-

tabat fiduciam : unde sequitur : Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. Nec solum cum eo discumbit, imo cum pluribus : unde sequitur : Et erat turba multa publicanorum et aliorum qui cum illis erant discumbentes. Convenerant enim publicani ad eum sicut ad collegam et hominem ejusdem officii, sed et ipse glorians de præsentia Christi, convocavit omnes. Christus etiam quodlibet genus remedii exhibebat, et non solum disputando et præstando sanitatis remedia, vel etiam redarguendo æmulos, sed etiam comedendo, nonnullos errantium corripbat ; inde nos instruens, quod quodlibet opus et tempus potest nobis utilitatem afferre. Sed nec publicanorum participationem vitavit propter utilitatem sequentem ; more medici, qui nisi tangeret saniem, non liberaret a mórbo. AMB. Cum

laient séparer du Christ ses disciples; d'où il suit : « Les pharisiens murmuraient, en disant : Pourquoi mangez-vous avec les publicains, etc. » — S. AMB. — C'est une parole du serpent. Le serpent prononça le premier cette parole en disant à Ève : « Pourquoi Dieu vous a-t-il dit : Ne mangez point, etc. » Ainsi ils épanchent le venin de leur père.

S. AUG. — Il semble que saint Luc ait raconté ceci un peu différemment des autres évangélistes, car il ne dit point que le reproche de manger avec les publicains et les pharisiens ait été adressé au Seigneur, mais aux disciples, de sorte qu'il faut l'entendre de lui et de ses disciples. Saint Matthieu et saint Marc rapportent que ce reproche fut adressé au Christ et aux disciples, parce qu'on l'adressait surtout au maître, et que les disciples mangeant avec les publicains et les pécheurs ne faisaient que l'imiter. C'est donc le même sens d'autant mieux expliqué que les termes en sont différents.

S. CHRYS. — Cependant le Seigneur tourne contre eux leurs paroles; il montre que se mêler aux pécheurs n'est point une faute, mais est conforme à sa miséricorde; d'où il suit : « Jésus leur répondit : Ce ne sont pas ceux qui se portent bien, mais les malades, qui ont besoin de médecin. » Ainsi il les avertit qu'ils sont dans l'infirmité commune, il montre qu'ils se trouvent au nombre des malades, et il ajoute que lui-même est le médecin. — SUITE. — « Car je ne suis pas venu appeler les justes, mais les pécheurs. » Comme s'il disait : Je suis si loin de haïr les pécheurs que je ne suis venu que pour eux, non pour qu'ils

peccatoribus enim manducando etiam cum gentibus nos non prohibet inire convivium. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr.*). Sed tamen Dominus inculpatus est inde a pharisæis, invidentibus et volentibus a Christo discipulos separare : unde sequitur : Et murmurabant pharisæi dicentes : Quare cum publicanis manducatis, etc. AMB. Serpentina vox est : hanc primam vocem serpens emisit, dicens Evæ (*Gen.*, 3) : Quid dixit Deus : Nolite manducare, etc. Ergo patris sui venena diffundunt.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 27). Videtur autem Lucas hoc aliquanto differentius ab aliis evangelistis commemorasse : non enim dicit tantum Domino objectum esse, quod cum publicanis et pharisæis manducaret et biberet, sed discipulis ; quod de ipso ac de ipsis acciperetur : propterea enim Matthæus et Marcus de Christo et

discipulis objectum narrant, quia quod discipuli cum publicanis et peccatoribus manducabant, magistro magis objiciebatur, quem sectando imitabantur : una ergo sententia est tanto melius insinuata, quanto quibusdam verbis (manente veritate) variata.

CHRYS. (hom. 31, in *Matth.*). Ipse autem Dominus in contrarium eorum sermonem convertit ; ostendens non esse culpam cum peccatoribus conversari, sed etiam consonum misericordiæ propriæ : unde sequitur : Et respondens Jesus dixit ad illos : Non egent medico qui sani sunt, sed qui male habent. In quo commonet eos communis infirmitatis, et de numero languentium eos esse ostendit ; se vero medicum esse subjungit. Sequitur : Non enim veni vocare justos, sed peccatores. Quasi dicat : Adeo peccatores non abominor, quod eorum tantum gratia veni ; non ut mancant pec-

demeurent pécheurs, mais pour qu'ils se convertissent et deviennent bons. — S. AUG. — C'est pourquoi il ajoute : à *la pénitence*, ce qui explique le sens de ses paroles, afin qu'aucun pécheur ne pense que le Christ l'aime par cela même qu'il est pécheur. De même la comparaison des malades exprime bien que Dieu, appelant les pécheurs comme un médecin appelle les malades, veut qu'ils soient délivrés de l'iniquité comme d'une maladie. — S. AMB. — Mais comment Dieu aime-t-il la justice, et comment David n'a-t-il jamais vu le juste délaissé, si le juste est abandonné et le pécheur appelé? Il faut entendre qu'il appelle *justes* ceux qui se confient dans la loi, et ne recherchent point la grâce de l'Évangile; or, nul n'est justifié par la loi, mais tous sont rachetés par la grâce. Il n'appelle donc pas ceux qui se disent justes et ceux qui s'attribuent la justice ne sont pas appelés à la grâce, parce que la grâce, venant de la pénitence, celui qui repousse la pénitence abdique la grâce. — BÈDE. — De plus il nomme pécheurs ceux qui, pénétrés de leurs fautes et n'espérant pas être justifiés par la loi, se disposent à la grâce du Christ par la pénitence. — S. CHRYS. — Il nomme les justes par ironie, comme autrefois, lorsqu'il fut dit à l'homme : « Voilà Adam devenu comme l'un de nous. » En effet saint Paul nous apprend qu'il n'y avait point de justes sur la terre, en disant : « Tous ont péché et ont besoin de la grâce de Dieu. » — S. GRÉG. de Nysse. — Ou encore : il dit que ceux qui se portent bien et les justes, c'est-à-dire les anges, n'ont pas besoin de médecin, mais les malades et les pécheurs, c'est-à-dire nous qui sommes tombés dans la maladie du péché qui n'est point dans le ciel.

catores, sed ut conversantur et boni fiant. AUG., *De cons. Evang.* (ut sup.). Unde addidit : In pœnitentiam : quod ad explanandam sententiam valet ; ne quisquam peccatores ob hoc ipsum quod peccatores sunt, diligi arbitretur a Christo ; cum et illa similitudo de ægrotis bene intimet quid velit Deus vocando peccatores tanquam medicus ægrotos, ut ab iniquitate tanquam ab ægritudine salvi fiant. AMBR. Sed quomodo Deus justitias dilexit (*Psal.* 10), neque David justum derelictum vidit (*Psal.* 36) ; si justus relinquitur, peccator asciscitur ? Nisi intelligas quod eos justos dixit, qui ex lege præsumant, et Evangelii gratiam non requirant : nemo autem justificatur ex lege, sed redimitur ex gratia : non vocat ergo eos qui se justos dicunt ; usurpatores enim jus-

rubo vindemiant uvam : vel quia nemo peccatis fructum acquirit animæ suæ, quæ sicut uva proxima terris corrumpitur, in superioribus maturatur : vel quia nemo potest damnationem carnis evadere; nisi quem Christus redemerit, qui sicut uva pependit in ligno. BÈD. Vel spinas et rubum seculi curas et punctiones puto esse vitiorum; ficus vero et uvam dulcedinem novæ conversationis et fervorem dilectionis : non autem de spinis ficus, neque uva de rubo colligitur; quia mens adhuc veteris hominis consuetudine depressa simulare potest, sed fructus novi hominis ferre non potest. Sed sciendum quod sicut ferax palmæ sepi involutus recumbit, portansque fructum spina non suum usibus servat humanis, sic

dicta vel acta malorum si quando prosunt bonis, non hoc ipsi faciunt mali, sed fit de illis Dei consilio.

CYRIL. (ubi sup.). Postquam autem ostendit quod ex operibus potest discerni homo bonus et malus, sicut ex fructibus arbor; nunc idem ostendit per aliud signum, dicens : Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, et malus homo de malo thesauro profert malum. BÈD. Idem est thesaurus cordis, quod radix est arboris : qui ergo in corde thesaurum patientiæ perfectique habet amoris, optimos fructus effundens diligit inimicum, et cætera facit quæ supra edocuit : at qui thesaurum nequam corde servat, contraria facit. BASIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Verbi etiam conditio

dance du cœur. » — S. CHRYS. — C'est une conséquence naturelle que, lorsque le mal abonde au dedans, les paroles mauvaises affluent sur les lèvres; aussi quand vous entendrez un homme préférer des paroles coupables, ne pensez pas que le mal caché en lui soit seulement aussi grand que celui qu'expriment ses paroles, mais concluez que la source en est plus abondante que le ruisseau. — BÈDE. — Par la bouche le Seigneur a voulu désigner tout ce qui vient de notre cœur : les paroles, les actions ou les pensées; car c'est la coutume des Écritures de dire les paroles pour les actes.

Mais pourquoi m'appellez-vous Seigneur, Seigneur, et que vous ne faites pas ce que je dis? Je veux vous montrer à qui ressemble celui qui vient à moi, qui écoute mes paroles et qui les pratique : il est semblable à un homme qui bâtit une maison, et qui, ayant creusé bien avant, en a posé le fondement sur la pierre : un débordement d'eau étant arrivé, un fleuve est venu fondre sur cette maison, et il n'a pu l'ébranler, parce qu'elle était fondée sur la pierre. Mais celui qui écoute mes paroles sans les pratiquer est semblable à un homme qui a bâti sa maison sur la terre sans y faire de fondement : un fleuve est venu ensuite fondre sur cette maison : elle est tombée aussitôt, et la ruine en a été grande.

BÈDE. — Afin que personne ne se fit illusion sur ce qui est dit que « la bouche parle de l'abondance du cœur, » comme si les paroles seules étaient recommandées aux vrais chrétiens et non les œuvres, le Seigneur ajoute ensuite : « Pourquoi m'appellez-vous : Seigneur, Seigneur, tandis que vous ne faites pas ce que je vous dis ? » Comme s'il disait : Pourquoi vous vantez-vous de produire les feuilles d'une

cor a quo processit, manifestat; evidenter ostendens dispositionem præcordiorum nostrorum; unde sequitur: Ex abundantia enim cordis os loquitur. CHRYS. (hom. 43, in Matth.). Naturalis enim consequentia est ut cum intus abundet nequitia, affluent ore tenus verba nequam: unde cum audieris hominem inhonesta proferentem; non tantam in eo putes latere malitiam, quanta verbis exprimitur; sed conjecta fontem rivo esse uberiorem. BÈDE. Per oris etiam locutionem Dominus universa quæ dicto, vel factio, vel cogitatu de corde proferimus, insinuat: moris enim est Scripturarum verba pro rebus ponere.

Quid autem vocatis me: Domine, Domine, et non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, et audit sermones meus, et facit eos,

ostendam vobis cui similis sit: similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, et posuit fundamentum super petram: inundatione autem facta, illisum est flumen domui illi, et non potuit eam movere; fundata enim erat super petram. Qui autem audit et non facit, similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, in quam illisus est fluvius, et continuo cecidit, et facta est ruina domus illius magna.

BÈDE. Ne aliquis sibi frustra blandiretur ex eo quod dictum est: Ex abundantia cordis os loquitur, quasi verba solum, et non magis opera veri christiani quærantur, consequenter Dominus adjungit: Quid autem vocatis me: Domine, Domine, et non facitis quæ dico? Quasi diceret: Quid folia

bonne vie, vous qui ne produisez aucun fruit de bonnes œuvres? — S. CYR. — Ce nom et cette chose ne conviennent qu'à celui qui a le souverain domaine de toute la nature. — S. ATHAN. — Ce n'est donc point un homme qui parle ainsi, mais un Dieu qui montre qu'il sort du Père; car celui-là seul est Seigneur qui est né du Seigneur. Cependant, ne craignez point de dualité, car ils sont unis dans la même nature.

S. CYR. — Pour montrer l'utilité de l'observation des commandements et le malheur de ceux qui les violent, il ajoute : « Celui qui vient à moi et qui écoute mes paroles, est semblable à un homme qui bâtit sa maison sur la pierre. » — BÈDE. — Le Christ est la pierre; celui-là creuse profondément qui, par les préceptes de l'humilité, enlève du cœur des fidèles tout ce qui est terrestre, de peur qu'ils ne servent Dieu en vue d'un avantage temporel. — S. BAS. — Poser le fondement sur la pierre, c'est s'appuyer sur la foi du Christ, afin de persévérer dans l'adversité, qu'elle vienne des hommes ou de Dieu. — BÈDE. — Ou encore : le fondement de la maison est la résolution de bien vivre que l'auditeur parfait met fermement en lui-même pour accomplir les commandements du Christ. — S. AMB. — Ou encore : il enseigne que le fondement de toutes les vertus est l'obéissance aux commandements célestes, laquelle fait que la maison que nous bâtissons ne peut être ébranlée ni par le torrent des passions, ni par le débordement du mal spirituel, ni par la plaie du monde, ni par les disputes nébuleuses des hérétiques. D'où il suit : « Une inondation étant venue, etc. » — BÈDE. — Cette inondation arrive de trois manières : ou par les esprits im-

rectæ confessionis vos germinare jactatis, qui nullos operis boni fructus ostenditis? CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Convenit autem soli supernæ omnium naturæ dominationis et nomen et res. ATHAN. (in eadem *Catena græca* et in orat. *contra Sabellii gregales*). Non est ergo hoc verbum hominis, sed Dei ostendentis proprium ortum a patre : Dominus enim est qui natus est a solo Domino : non timeas autem dualitatem. Non enim secundum naturam separantur.

CYRIL. (ubi sup.). Quæ autem sit utilitas in mandatorum observatione, quodve damnum accidere possit ex inobedientia ostendit; subdens : Omnis qui venit ad me et audit sermones meos, similis est ædificanti domum suam supra petram. BÈDE. Petra Christus : fodit in altum qui præceptis humilitatis terrena omnia de cordibus fidelium

eruit, ne propter commodum temporale serviant Deo. BASIL. (in *principium Proverbiorum*). Ponere autem fundamentum super petram, hoc est inuiti fidei Christi; ut immobilis perseveret in adversis, sive humanitas, sive divinitus accidant. BÈDE. Vel fundamentum domus ipsa intentio bonæ conversationis, quod perfectus auditor in adimplendis Christi mandatis firmiter inserit. AMBR. Vel omnium fundamentum docet esse virtutum obedientiam coelestium præceptorum; per quam domus hæc nostra non profluvio voluptatam, non nequitia spiritualis incursu, non imbre mundano, non hæreticorum possit nebulosis disputationibus commoveri. Unde sequitur : Inundatione autem facta, etc. BÈDE. Inundatio tribus modis fit : vel immundorum spirituum; vel improborum hominum; vel ipsa mentis aut

mondes, ou par les hommes mauvais, ou par l'agitation de l'âme elle-même et de la chair. Or, quand les hommes se confient en leurs propres forces, ils succombent; au contraire, quand ils s'attachent à la pierre invincible, ils ne peuvent être renversés.

S. CHRYS. — Le Seigneur nous montre ensuite que la foi ne sert de rien si la vie est souillée; d'où il suit : « Celui qui écoute mes paroles sans les pratiquer est semblable à un homme qui bâtit sa maison sur la terre, sans aucun fondement, etc. » — BÈDE. — Le monde qui est posé sur le mal est la maison du diable, il la bâtit sur la terre, parce qu'il détourne du ciel vers la terre ceux qui lui sont soumis; il bâtit sans fondement, parce que le péché n'a point de fondement et ne subsiste point en lui-même; car le mal est sans subsistance; quel qu'il soit, il sort de la nature du bien. De plus, comme *fondement* vient de fond, nous pouvons encore le prendre dans le sens de ce mot; or, de même que celui qui tombe dans un puits s'arrête au fond, de même l'âme qui tombe s'arrête comme dans un fond si elle ne dépasse point une certaine mesure de péché; mais, comme elle ne peut se contenter du péché où elle tombe (devenant pire chaque jour), elle ne trouve, pour ainsi dire, point de fond qui l'arrête dans le puits où elle est tombée. Ainsi les méchants et ceux qui ne sont bons qu'en apparence deviennent pires à chaque tentation qui les assaille, jusqu'à ce qu'ils tombent dans le châtement éternel; d'où il suit : « Un fleuve se précipite sur elle, etc. » Par ce fleuve impétueux, on peut entendre la séparation du jugement dernier où, l'une et l'autre maison étant détruites, les impies iront dans le supplice éternel et les justes dans la vie éternelle. —

carnis inquietudine; et quantum propriis viribus homines fidunt, inclinantur; quantum vero invictissimæ illi petreæ adhærent, etiam labefactari nequeunt.

CHRYS. (hom. 25, in *Matth.*). Ostendit etiam nobis Dominus quod nullam parit fides utilitatem, si fœda sit conversatio. Unde sequitur : Qui autem audierit, et non facit, similis est ædificanti domum suam super terram sine fundamento, etc. BÈD. Domus diaboli, mundus qui in maligno positus est (1 Joan., 25); quam super terram ædificat, quia obsequentes sibi de cœlis ad terram detrahit; sine fundamento ædificat, quia omne peccatum fundamentum non habet, quia non ex propria natura subsistit; malum quippe sine substantia est; quod tamen quodcumque fit, in boni natura coalescit. Quia vero a fundo dicitur fundamen-

tum, possumus etiam fundamentum pro fundo positum non inconvenienter accipere: sicut ergo qui in puteum mergitur, putei fundo retinetur, sic anima corruens quasi in quodam fundi loco consistit, si se in aliqua peccati mensura continet; sed cum peccato in quod labitur, non potest esse contents (dum quotidie ad deteriora dejicitur), quasi in puteo in quem cecidit, fundum non invenit quo figatur. Ingruente autem qualibet tentatione, et vere mali et ficti boni peiores fiunt, donec ad extremum perpetuam labantur in pœnam. Unde sequitur : In quam illis est fluvius, etc. Potest etiam per impetum fluminis extremi iudicii discrimen intelligi, quando utraque domo consummata, ibunt impii in supplicium æternum, justi autem in vitam æternam (*Matth.*, 25). CYRIL. (ubi sup.). Vel super

S. CYR. — Ou encore : ceux-là bâtissent sur la terre sans aucun fondement, qui posent le fondement de l'édifice spirituel sur le sable du doute d'après des opinions; il ne faut que quelques gouttes de tentation pour le détruire.

S. AUG.—Saint Luc et saint Matthieu ont commencé de la même manière ce long discours du Sauveur, car l'un et l'autre ont dit : « Bienheureux les pauvres ; » la plupart des choses qui viennent ensuite sont racontées de la même manière ; enfin, la conclusion du discours se trouve tout-à-fait la même, savoir : l'homme qui bâtit sur la pierre ou sur le sable. On serait donc porté à croire que saint Luc a placé ici le même discours que saint Matthieu, en omettant certains enseignements que celui-ci avait rapportés, pour en rapporter lui-même d'autres que saint Matthieu avait omis ; mais on hésite, parce que saint Matthieu dit que le Seigneur, pendant ce discours, était assis sur une montagne, au lieu que saint Luc dit que le Seigneur était debout dans une plaine. Cependant, il est probable que ces deux discours eurent lieu à des époques peu éloignées, par la raison que les deux évangélistes racontent, avant et après, plusieurs choses semblables ou même identiques. Il a pu arriver que le Seigneur se soit d'abord trouvé sur une partie élevée de la montagne, seul avec ses disciples, lorsqu'il choisit les douze parmi eux ; et qu'ensuite il soit descendu avec eux de la montagne (c'est-à-dire du sommet de la montagne) dans les champs, c'est-à-dire dans une plaine qui était au flanc de la montagne et qui pouvait contenir une grande foule ; que là il se soit tenu debout

terram sine fundamento ædificant, qui super arenam dubietatis, quæ secundum opinionem est, ponunt fundamentum spiritualis fabricæ, quod paucæ stillæ tentationum dissiparunt.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 14). Hunc autem sermonem Domini prolixum sic exorsus est Lucas, sicut et Matthæus : uterque enim dixit : Beati pauperes : deinde multa quæ sequuntur in utriusque narratione, similia sunt ; et ad extremum sermonis ipsa conclusio prorsus eadem reperitur ; scilicet de homine qui ædificat super petram, et super arenam. Posset ergo facillime credi eundem Lucas Domini interposuisse sermonem ; aliquas tamen prætermisisse sententias, quas Matthæus posuit ; item alias posuisse, quas Matthæus non dixit, nisi

moveret quod Matthæus in monte dicit habitum sermonem a Domino sedente, Lucas autem in loco campestri a Domino stante : non tamen istos duos sermones longa temporis distantia separari hinc probabiliter creditur, quod et ante et postea quædam similia vel eadem ambo narrarunt : quanquam illud possit occurrere, in aliqua excelsiori parte montis primo cum solis discipulis fuisse Dominum, quando ex eis illos duodecim elegit ; deinde cum eis descendisse de monte (scilicet de ipsa montis celsitudine) in campestrum locum, id est, in aliquam æqualitatem, quæ in latere montis erat, et multas turbas capere poterat ; atque ibi stetisse donec ad eum turbæ congregarentur ; ac postea cum sedisset, accessisse propinquius discipulos suos, atque illis cæterisque turbis præsentibus, unum habuisse sermonem.

jusqu'à ce que la foule fût assemblée autour de lui, qu'ensuite il se soit assis et que, ses disciples s'étant approchés, il ait tenu le même discours devant eux et devant le reste de la foule.

CHAPITRE VII.

Après qu'il eut achevé tout ce discours devant le peuple qui l'écoutait, il entra dans Capharnaüm. Il y avait là un centenier dont le serviteur, qu'il aimait beaucoup, était fort malade, et près de mourir. Et, ayant ouï parler de Jésus, il lui envoya quelques-uns des sénateurs juifs, pour le supplier de venir guérir son serviteur. Etant donc venus trouver Jésus, ils l'en conjuraient avec grande instance, en lui disant : C'est un homme qui mérite que vous lui fassiez cette grâce, car il aime notre nation, et il nous a même bâti une synagogue. Jésus s'en alla donc avec eux. Et comme il n'était guère plus loin de la maison, le centenier envoya ses amis au devant de lui pour lui dire de sa part : Seigneur, ne vous donnez point tant de peine, car je ne mérite pas que vous entriez dans mon logis. C'est pourquoi je ne me suis pas même cru digne de vous venir trouver ; mais dites seulement une parole, et mon serviteur sera guéri ; car, quoique je ne sois qu'un homme soumis à d'autres, ayant néanmoins des soldats sous mes ordres, je dis à l'un : Allez là, et il y va, et à l'autre : Venez ici, et il y vient, et à mon serviteur : Faites cela, et il le fait. Jésus, l'ayant entendu parler, en fut dans l'admiration, et se tournant vers le peuple qui le suivait, il leur dit : Je vous dis en vérité que je n'ai point trouvé tant de foi dans Israël même. Et ceux que le centenier avait envoyés, étant retournés chez lui, trouvèrent ce serviteur, qui avait été malade, parfaitement guéri.

TITE. — Après avoir nourri ses disciples de ses enseignements su-

CAPUT VII.

Cum autem implexisset omnia verba sua in aures plebis, intravit Capharnaüm. Centurionis autem cujusdam servus, male habens, erat moriturus, qui illi erat pretiosus. Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores Judæorum, rogans eum ut veniret, et salvaret servum ejus. At illi cum venissent ad Jesum, rogabant eum sollicito, dicentes ei quia dignus est ut hoc illi præstes : diligit enim gentem nostram, et synagogam ipse ædificavit nobis. Jesus autem ibat cum illis. Et cum jam non longe esset a domo, misit ad

eum centurio amicos, dicens : Domine, noli vezari : non enim sum dignus ut sub lectum meum intres ; propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus ut venirem ad te ; sed dic verbo, et sanabitur puer meus : nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites ; et dico huic : Vade, et vadit ; et alii : Veni, et venit ; et servo meo : Fac hoc, et facit. Quo audito, Jesus miratus est, et conversus, sequentibus se turbis dixit : Amen dico vobis, nec in Israël tantam fidem inveni. Et reversi, qui

blimes, il va à Capharnaüm pour y opérer des prodiges ; d'où il est dit : « Ayant achevé tout ce discours, il entra à Capharnaüm. » — S. AUG. — Il faut entendre qu'il n'y entra qu'après avoir terminé ce discours, mais il n'est point dit combien de temps après il entra à Capharnaüm ; en effet, c'est dans cet intervalle que fut guéri le lépreux dont saint Matthieu parle en cet endroit. — S. AMB. — Après avoir donné ses commandements, il enseigne la manière de les accomplir ; car aussitôt on demande au Seigneur la guérison du serviteur d'un centurion qui était gentil ; d'où il suit : « Le serviteur d'un centurion, etc. » L'évangéliste ne s'est point trompé, en disant qu'il allait mourir ; il serait mort, en effet, si le Christ ne l'eût guéri. — Eus. — Ce centurion était vaillant dans les combats et commandait les soldats romains. Ayant son serviteur particulier malade à la maison et considérant les miracles que le Sauveur faisait pour d'autres en guérissant les malades, il jugea que ces miracles ne venaient point d'une puissance humaine, et il lui envoya comme à un Dieu, sans s'arrêter aux apparences du corps avec lequel il était parmi les hommes ; d'où il suit : « Ayant entendu parler de Jésus, il lui envoya quelques-uns des anciens, etc. » — S. AUG. — Comment saint Matthieu est-il vrai en disant : « Un centurion s'approche de lui, » puisqu'il ne vint pas lui-même ? Nous devons remarquer que saint Matthieu parle selon la manière usitée ; en effet, si on peut dire parvenir à quelqu'un par d'autres, à plus forte raison on peut dire s'approcher par d'autres ; ainsi, saint Matthieu a pu dire que le centurion s'approcha du Seigneur par d'au-

missi fuerant, domum, invenerunt servum qui languerat, sanum.

TITUS BOSTRENSIS. Cum perfectioribus documentis suos refecisset discipulos, vadit Capharnaum, ibi prodigiosa operaturus : unde dicitur : Cum autem impleisset omnia verba hæc, intravit in Capharnaum. AUG. *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 20). Hic intelligendum est quia non antequam hæc verba terminasset, intravit ; sed non esse expressum post quantum temporis intervallum, cum istos sermones terminasset, intraverit Capharnaum : ipso quippe intervallo leprosus ille mundatus est, quem suo loco Matthæus interponit. AMBR. Pulchre autem ubi præcepta complevit, formam docet suorum præceptorum exequi. Nam statim gentilis centurionis servus Domino curandus offertur : unde sequitur : Centurionis autem cu-

jusdam servus, etc. Quod moriturum dixerit Evangelista non fefellit : moriturus enim erat nisi fuisset sanatus a Christo. EUSEB. (in *Cat. græc. Patr.*). Stronius siquidem in bellis erat iste centurio, et militibus romanis præfectus. Quia vero specialis serviens ejus domi languens jacebat, considerans quales Salvator erga cæteros virtutes agebat sanando languidos, et judicans quod non secundum vires humanas hæc agebantur miracula, mittit ad eum ut ad Deum, non habito respectu ad apparens organum que cum hominibus conversabatur : unde sequitur : Et cum audisset de Jesu, misit ad eum seniores, etc. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 20). Quomodo ergo verum erit quod Matthæus narrat : Accessit ad eum quidam centurio, cum ipse non accesserit ? Nisi diligenter advertentes intelligamus Matthæum non deseruisse usitatum modum

tres; il a voulu exprimer en peu de mots qu'il s'était plus approché du Christ que ceux qu'il avait envoyés, parce que plus il a cru, plus il s'est approché. — S. CHRYS. — Pourquoi encore saint Matthieu lui fait-il dire : « Je ne suis pas digne que vous entriez dans ma maison, » tandis que saint Luc dit qu'il le priaient de venir? Il me semble que saint Luc a voulu nous représenter les flatteries des Juifs; en effet, il est probable que, le centurion voulant s'en aller, les Juifs l'en détournaient en le flattant et en disant : nous l'emmènerons : aussi leurs prières sont pleines d'adulations, car il suit : « Etant venus à Jésus, ils le priaient avec instance en disant : Il est digne. » Il leur convenait de dire que lui-même voulait venir supplier le Seigneur, mais qu'ils l'avaient empêché en voyant son malheur et le cadavre qui gisait dans sa maison, et de vanter ainsi l'étendue de sa foi; mais ils ne voulaient point, par envie, laisser éclater la foi de cet homme, de peur que celui à qui s'adressaient ces prières ne parût grand. Quant à ce que dit saint Matthieu, qu'il n'était point israélite, tandis que saint Luc dit : « Qu'il avait bâti une synagogue, » il n'y a aucune contradiction, car il pouvait n'être pas juif et avoir bâti une synagogue. — BÈDE. — Ceci nous montre que, comme nous faisons pour *église*, les Juifs avaient coutume d'appeler *synagogue*, non-seulement l'assemblée des fidèles, mais encore le lieu où ils s'assemblaient.

Eus. — Les anciens des Juifs demandent pour lui cette grâce, à cause des modiques sommes qu'il avait données pour construire une synagogue; or, le Seigneur ne se rendit point pour cela, mais pour un

loquendi; si enim ipsa perventio usitate dicitur per alios fieri, quanto magis accessus per alios fieri potest? Non ergo absurde Matthæus per alios facto accessu centurionis ad Dominum, compendio dicere voluit ipsum potius accessisse ad Christum, quam illos per quos verba sua misit; quia quo magis credit, eo magis accessit. CHRYS. [hom. 27, in Matth.]. Qualiter etiam Matthæus dicit quod ipse dixit : Non sum dignus ut intres sub tectum meum; Lucas autem hic dicit, quoniam rogat ut veniat? Sed mihi videtur quod Lucas significat nobis judaicas blanditias : credibile enim est ut cum vellet abire centurio, retraheretur a Judæis blandientibus, et dicentibus quia nos euntes adducemus eum : unde et eorum preces adulationibus plenæ sunt : sequitur enim : At illi cum venissent ad Jesum, rogabant sollicite dicentes quia dignus est : decebat si-

quidem ipsos dicere quoniam ipse volebat venire, et supplicare, nos autem detinimus eum, calamitatem videntes, et cadaver quod in domo jacebat; aut promere fidei ejus immensitatem; sed nolebant propter invidiam fidem viri detegere, ne magnus aliquis esse videretur cui preces porriguntur. Quod autem Matthæus significat ipsum Israelitam non esse, Lucas vero dicit : Quoniam ædificavit synagogam, non est contrarium : potuit enim et Judæus non esse, et synagogam construxisse. BÉDA. In hoc autem ostendunt quia sicut nos ecclesiam, sic etiam illi synagogam non conventum solummodo fidelium, sed etiam locum quo conveniebant, sint soliti appellare.

EUSEB. Et seniores quidem Judæorum pro modicis sumptibus ad opus synagogæ datis gratiam poscunt, sed Dominus, non propter hoc, sed pro majori causa, volens

motif plus grand, qui était d'engendrer la foi dans les hommes par sa puissance ; d'où il suit : « Jésus s'en allait donc avec eux. » — S. AMB. — Il agit ainsi, non qu'il ne pût guérir absent, mais pour nous donner un exemple d'humilité. Il ne voulut point aller au fils de Régulus, de peur qu'il ne parût avoir trop d'égard à ses richesses. Ici, il va pour ne point paraître mépriser l'humble condition du serviteur du centurion. Cependant, le centurion dépose la fierté militaire, il devient respectueux, il s'empresse de croire et de rendre hommage, d'où il suit : « Comme déjà il n'était plus loin, le centurion lui envoya dire : Ne prenez point tant de peine, je ne suis pas digne, etc. » Car il jugeait que ce n'était point par une puissance humaine, mais par celle de Dieu, que le Christ guérissait les hommes. Les Juifs avaient affirmé qu'il était digne, lui, au contraire, se dit indigne non-seulement du bienfait qu'il demande, mais encore de recevoir le Seigneur : « Je ne suis pas digne que vous entriez dans ma maison. » — S. CHRYS. — Après s'être délivré de l'ennui (de l'importunité) des Juifs, il envoie dire : « Ne pensez point que ce soit par tiédeur (par négligence) que je ne suis pas venu moi-même, mais, je me suis cru indigne de vous recevoir dans ma maison. »

S. AMB. — Saint Luc dit que le centurion envoya ses amis, afin qu'il ne parût point avoir déterminé le Seigneur par sa présence, et avoir provoqué sa bonté par ses avances ; d'où il suit : « C'est pourquoi je ne me suis pas cru digne d'aller moi-même vous trouver ; mais, dites seulement une parole et mon serviteur sera guéri. » — S. CHRYS. — Faites attention que le centurion a une juste opinion du

scilicet generare credulitatem in cunctis mortalibus per suam virtutem, seipsum exhibuit : unde sequitur : Jesus autem ibat cum illis. AMBROS. Quod utique non ideo faciebat, quia absens curare non poterat, sed ut formam tibi daret humilitatis imitandæ. Ad Reguli filium noluit pergere, ne videretur in reguli filio magis divitiis detulisse : hic ipse perrexit, ne videretur in centurionis famulo conditionem despexisse servilem. Centurio vero militari timore deposito reverentiam sumit, et ad fidem facilis, et ad honorificentiam promptus : unde sequitur : Et cum jam non longe esset, misit ad eum dicens : Noli vexari : non sum dignus, etc. Non enim hominis, sed Dei potestate conjecit dari a Christo hominibus sanitatem. Judæi quidem dignitatem ejus

prætenderunt ; iste vero indignum se asseruit, non solum beneficii, sed etiam susceptionis Domini : non enim dignus sum, ut sub tectum meum intres. CHRYS. (hom. 27, ut sup.). Postquam enim liberatus est a Judæorum tædio (vel molestia), tunc mittit dicens : Ne putes præ tædio (vel præ negligentia) me non venisse, sed indignum me reputavi te domi recipere.

AMBR. Bone autem Lucas in occursum amicos dicit esse a centurione transmissos, ne præsentia sua et gravare Domini reverentiam videretur, et officium officio provocasse : unde sequitur : Propter quod et me ipsum non sum dignus arbitratus ut venirem ad te, sed dic tantum verbo, et sanabitur puer meus. CHRYS. (hom. 27, in *Matth.* ut sup.). Ubi attende centurionem debitam opinionem

seigneur; en effet, il ne dit point *priez*, mais *ordonnez*; et, comme s'il craignait qu'il ne refusât par humilité, il ajoute : « Car je ne suis qu'un homme soumis à d'autres, etc. » — BÈDE. — Il dit qu'il n'est qu'un homme soumis à l'autorité du tribun ou du gouverneur, et que cependant il commande à d'autres qui sont au-dessous de lui, afin qu'on entende qu'à plus forte raison celui qui est Dieu peut faire ce qu'il veut, non-seulement par sa présence corporelle, mais encore par le ministère des anges. Il fallait, en effet, chasser les infirmités du corps ou les puissances ennemies par la parole du Seigneur et le ministère des anges.

S. CHRYS. — Il faut ici remarquer que cette parole, *faites*, exprime un ordre donné à un serviteur; c'est pourquoi, lorsque Dieu voulut créer l'homme, il ne dit point au Fils unique : « Faites l'homme, » mais « faisons l'homme, » pour marquer l'égalité de rang par la forme de ces paroles qui indiquent le concert. Or, parce qu'il considérait dans le Christ la souveraine puissance, il dit : « Dites une parole; car moi je dis à mon serviteur, etc. » Cependant le Christ, au lieu de le reprendre, le confirme dans sa pensée; d'où il suit : « Jésus ayant entendu ces paroles, l'admira. » — BÈDE. — Qui donc avait produit en lui cette foi, sinon celui qui l'admirait? Si un autre l'avait produite, pourquoi celui qui la connaissait d'avance l'eût-il admirée? Si donc le Seigneur admire, c'est pour nous faire admirer; car toutes ces émotions, attribuées à Dieu, ne sont point un signe du trouble de son âme, mais un enseignement de notre maître.

S. CHRYS. — Afin que vous ne doutiez point que le Seigneur parlait

habentem de Domino : non enim dixit, ora, sed tantummodo, jube, dubitans ne se humiliando renueret : subdit : Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, etc. BÈDE. Hominem se ut potestati, vel tribuni, vel præsidis subditum dicit, imperare tamen minoribus : ut subaudiatur eum multo magis qui Deus sit, non per adventum tantum corporis, sed per angelorum ministeria posse implere quod vellet : repellendæ enim erant vel infirmitates corporum, vel fortitudines contrariæ, et verbo Domini, et ministeriis angelorum.

CHRYS. (*De incomprehensibili Dei natura*, orat. 6). Est autem hic notandum quod hoc verbum, fac, imperium designat dictum servo : ob hoc Deus cum hominem vellet creare, non ait unigenito : Fac hominem,

sed, faciamus hominem, ut per formam consensus verborum, declaret honoris æquiparantiam. Quia ergo in Christo considerabat excellentiam dominii, ob hoc ait : Dic verbo : Nam et ego dico servo meo, etc. Christus autem non eum reprehendit, sed ejus intentionem roboravit : unde sequitur : Quo audito, Jesus miratus est. BÈDE. Sed quis in illo fecerat ipsam fidem, nisi ille qui admirabatur? Sed etsi alius eam fecisset, quid miraretur, qui præsciis erat? Quod ergo miratur Dominus, nobis mirandum esse significat : omnes enim tales motus cum de Deo dicuntur, non perturbati animi signa sunt, sed docentis magistri.

CHRYS. (*hom. 27, in Matth. ut sup.*). Ut autem liqueat tibi, quod Dominus hoc ideo dixit ut alios instruat, prudenter Evan-

ainsi pour instruire les autres, l'évangéliste a soin de le rendre évident en ajoutant : « Je vous le dis en vérité, je n'ai pas trouvé une si grande foi, même en Israël. »—S. AMB. — Si vous lisez ainsi : « Je n'ai trouvé chez personne autant de foi, même en Israël, » ce sens est simple et facile ; mais si vous lisez, d'après les Grecs : « Je n'ai pas trouvé une si grande foi, même en Israël, » alors cette foi sera mise au-dessus même des élus et de ceux qui voient Dieu (1). — BÈDE. — Il ne veut point parler de tous les patriarches et des prophètes passés, mais des hommes du temps présent, dont la foi est mise au-dessous de celle du centurion, parce qu'ils avaient reçu les enseignements de la loi et des prophètes, tandis que celui-ci avait cru de lui-même et sans que personne l'eût enseigné. — S. AMB. — Cependant, la foi du maître est confirmée, et la santé est rendue au serviteur ; d'où il suit : « Et ceux qui avaient été envoyés étant retournés à la maison trouvèrent guéri le serviteur qui était malade. » Ainsi, le mérite du maître peut profiter aux serviteurs, non-seulement le mérite de la foi, mais encore le zèle de la discipline. — BÈDE. — Saint Matthieu explique davantage ces circonstances, et comment, lorsque le Seigneur dit au centurion : « Allez, qu'il vous soit fait selon ce que vous avez cru, » à cette même heure le serviteur fut guéri. Telle est la coutume de saint Luc ; ce qu'il trouve suffisamment exposé dans les autres évangélistes, il l'abrège ou même il l'omet entièrement ; et, ce qu'ils ont omis ou touché légèrement, il le développe avec plus de soin.

S. AMB. — Dans un sens mystique, le serviteur du centurion représente le peuple des nations qui, retenu par les liens de la servitude du

(1) Les Grecs et les Latins disent la même chose ; saint Ambroise seul le prend ainsi.

gologista hoc aperiens, subdit : Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inveni. AMBR. Et quidem si sic legas : In nullo tantam fidem inveni in Israel, simplex intellectus et facilis est ; si vero juxta Græcos : Nec in Israël tantam fidem inveni, fides hujusmodi etiam electioribus et Deum videntibus antefertur. BEDA. Non autem de omnibus retro patriarchis et prophetis, sed de præsentis ævi loquitur hominibus ; quibus ideo centurionis fides antefertur, quia illi legis prophetarumque monitis edocti, hic autem nemine docente sponte credidit. AMBR. Probatur autem fides domini, et servi sanitas roboratur : unde sequitur : Et reversi, qui missi fuerant, domum, invenerunt servum

qui languerat, sanum. Potest ergo meritum domini et famulis suffragari, non solum fidei merito, sed et studio disciplinæ. BED. Plenius autem hæc explicat Matthæus, quod dicente Domino centurioni : Vade, sicut credidisti fiat tibi, sanatus sit puer ex illa hora : sed beato Lucæ moris est quæ plane viderit ab aliis evangelistis exposita, abbreviare ; vel etiam de industria præterire ; quæ vero ab eis omissa, vel breviter cognoverit tacta, dilucidare solertius.

AMBR. Mystice autem servo centurionis populus nationum, qui mundanæ servitutis vinculis tenebatur, æger lethalibus passionibus, beneficio Domini sanandus exprimitur. BEDA. Centurio autem cujus fides

monde, était malade de ses mortelles passions, et devait être guéri par un bienfait du Seigneur. — BÈDE. — Le centurion, dont la foi est préférée à celle d'Israël, représente les élus des Gentils, qui, entourés des vertus spirituelles comme d'une cohorte de cent soldats, sont sublimes de perfection; car le nombre cent, qui s'écrit de gauche à droite, est un signe de la vie céleste. Il faut de tels intercesseurs à ceux qui sont encore courbés dans la crainte par l'esprit de servitude; car nous, qui croyons au milieu des Gentils, nous ne pouvons aller nous-mêmes au Seigneur, que nous ne pouvons voir dans sa chair, mais nous devons nous approcher de lui par la foi; ensuite, nous devons envoyer les anciens des Juifs, c'est-à-dire conjurer d'être nos patrons les grands hommes de l'Église qui nous ont précédés auprès du Seigneur, afin que, nous rendant ce témoignage que nous cherchons à édifier l'Église, ils intercèdent pour nos péchés. Il est dit que Jésus n'était pas loin de la maison, parce que son salut est près de ceux qui le craignent, et que celui qui observe la loi naturelle, plus il fait le bien qu'il connaît, plus il s'approche de celui qui est le bien. — S. AMB. — Le centurion ne veut pas que Jésus se donne aucune peine, parce que le peuple des nations voudrait préserver de tout mal celui que le peuple juif a crucifié. Enfin (dans un sens mystérieux), il voyait que le Christ ne pénétrerait pas encore dans le cœur des Gentils. — BÈDE. — Les soldats et les serviteurs auxquels commande le centurion sont les vertus naturelles dont la plupart de ceux qui viennent au Seigneur portent l'abondance.

THEOPH. — Ou encore : ce centurion représente l'intelligence qui est le principe de beaucoup de mal, à cause qu'elle remplit le rôle prin-

Israëli præfertur, electos ex gentibus ostendit; qui quasi centenariio milite stipati virtutum spiritualium sunt perfectione sublimes. Numerus enim centenarius qui de læva transfertur ad dexteram, in coelestis vitæ significatione poni consuevit. Tales ergo pro his necesse est Domino supplicent, qui adhuc spiritu servitutis in timore premuntur; nos autem qui de gentibus credimus, non ipsi ad Dominum venire possumus, quem in carne videre non valemus; sed ad eum accedere debemus per fidem. Seniores autem Judæorum mittere, hoc est summos Ecclesiæ viros qui nos ad Dominum præcesserunt, suppliciter obsecrando patronos acquirere; qui nobis testimonium reddentes, quod Ecclesiam ædificare curemus, pro nos-

tris peccatis intercedant. Pulchre autem dicitur quod Jesus non longe erat a domo; quia prope timentes eum salutare ipsius; et qui naturali lege recte utitur, quo bona quæ novit operatur, eo illi qui bonus est appropriat. AMBR. Non vult autem Jesum vexari centurio, quia quem Judæorum populus crucifixit, inviolatum ab injuria manere desiderat populus nationum; et (quod ad mysterium spectat) vidit in pectora adhuc Gentilium non esse penetrabilem Christum. BÈD. Milites autem et servi qui centurioni obediunt, virtutes sunt naturales; quarum copiam multi ad dominum venientes deferent secum.

THEOPH. Vel aliter : centurio est intellectus qui multorum in malitia princeps

cipal dans cette vie (ou s'occupe de beaucoup de choses et d'affaires); elle a pour serviteur la partie sensible de l'âme (la sensibilité et la concupiscence); elle envoie à Jésus des intermédiaires de Juda, c'est-à-dire des pensées et des paroles de confession (1), et aussitôt son serviteur est guéri.

Le jour suivant, Jésus allait en une ville appelée Naïm, et ses disciples l'accompagnaient avec une grande foule de peuple. Et lorsqu'il était près de la porte de la ville, il arriva qu'on portait en terre un mort, qui était fils unique de sa mère, et cette femme était veuve et il y avait une grande quantité de personnes de la ville avec elle. Le Seigneur, l'ayant vue, fut touché de compassion envers elle, et il lui dit : Ne pleurez point. Et, s'approchant, il toucha le cercueil. Ceux qui le portaient s'arrêtèrent; alors il dit : Jeune homme, levez-vous, je vous le commande. En même temps, le mort se leva en son séant, et commença de parler; et Jésus le rendit à sa mère. Tous ceux qui étaient présents furent saisis de frayeur, et ils glorifiaient Dieu, en disant : Un grand prophète a paru au milieu de nous, et Dieu a visité son peuple. Le bruit de ce miracle qu'il avait fait se répandit dans toute la Judée, et dans tout le pays d'à l'entour.

S. CYR. — Le Seigneur opère prodige sur prodige, et tandis que dans ce qui précède il n'était venu qu'appelé, maintenant il vient sans être demandé; d'où il est dit : « Jésus allait en la ville de Naïm. » — BÈDE. — Naïm est une ville de Galilée, à deux milles du mont Thabor. Or, Dieu voulut qu'une grande foule suivit le Seigneur, afin qu'il y eût de nombreux témoins de ce grand miracle; d'où il suit : « Ses disciples l'accompagnaient avec une grande foule de peuple. » — S. GRÉG. de

[1] Allusion au mot *Juda*, qui veut dire en hébreu *confession*.

existit, dum multas in hac vita res habet (seu multis rebus vel negotiis occupatur). Habet autem servum, irrationabilem animæ partem (irascibilem et concupiscibilem dico). Et mittit ad Jesum mediatores Judæos, id est, confessionis cogitationes et verba, et confestim suscipit servum sanum.

Et factum est, deinceps ibat Jesus in civitatem quæ vocatur Naïm, et ibant cum eo discipuli ejus, et turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ civitatis, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ: et hæc vidua erat, et turba civitatis multa cum illa: quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi: Noli flere. Et accessit, et tetigit loculum: hi autem qui portabant, steterunt. Et ait: Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat

mortuus, et cepit loqui, et dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, et magnificabant Deum dicentes, quia propheta magnus surrexit in nobis, et quia Deus visitavit plebem suam. Et exiit hic sermo in universam Judæam de eo, et in omnem circa regionem.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Mira Dominus miris annectit, et supra quidem accersitus occurrit, hic vero non vocatus accedit: unde dicitur: Et factum est deinceps ibat Jesus in civitatem Naïm. BÈDE. Naïm est civitas Galilææ in secundo milliaro montis Thabor: divino autem nutu multa turba Dominum comitatur, ut multi essent tanti miraculi testes: unde sequitur: Et ibant cum illo discipuli ejus et turba copiosa. GRÉG. Nyss. (*Tract. de anima et resurrectione,*

Nysse. — Nous trouvons la preuve de la résurrection moins dans les paroles que dans les œuvres du Seigneur. Il commence par les moindres miracles afin de préparer notre foi aux plus grands; il commence à exercer le pouvoir de la résurrection sur la maladie désespérée du serviteur du centurion; ensuite, par un acte de plus grande puissance, il conduit les hommes à la foi de la résurrection en ressuscitant le fils d'une veuve qu'on portait dans le sépulcre; d'où il est dit : « Lorsqu'il fut près de la ville, il arriva qu'on portait en terre un mort, fils unique de sa mère. » — TIRE. — On pourrait dire du serviteur du centurion qu'il n'était pas mort, aussi pour réprimer ce langage téméraire, voilà qu'un jeune homme, fils unique d'une veuve, est porté mort devant lui; car il suit : « Cette femme était veuve, et il y avait avec elle une grande foule de la ville. » — S. GRÉG. de Nysse. — Ce peu de mots exprime l'intensité de sa douleur; cette mère était veuve, elle ne pouvait plus espérer d'autres enfants; elle n'en avait aucun autre sur lequel elle pût reporter ses tendres regards à la place de celui qui était mort, elle n'avait nourri que lui de son lait; lui seul était toute la joie de sa maison, lui seul était toute la douceur et tout le trésor de sa mère. — S. CYR. — Cette douleur était digne de compassion et bien capable d'exciter les pleurs et les larmes; d'où il suit : « Le Seigneur, l'ayant vue, fut ému de compassion pour elle et lui dit : Ne pleurez point. » — BÈDE. — Comme s'il disait : « Cessez de pleurer comme mort celui que vous allez voir ressusciter vivant. » — S. CHRYS. — Consolant ainsi la tristesse et faisant cesser les larmes, il nous enseigne à nous consoler de la perte de nos défunts par l'espoir de la résurrection.

post medium). Resurrectionis autem experimentum non ita verbis, sicut operibus a Salvatore didicimus, qui ab inferioribus inchoans opus miraculi, fidem nostram assuefacit ad majora : primo quidem in ægritudine desperata servi centurionis, resurrectionis incipit potestatem : post hæc altiori potestate ducit homines ad fidem resurrectionis, dum suscitavit filium viduæ, qui ferebatur ad monumentum : unde dicitur : Cum autem appropinquaret, ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ. TITUS Bost. Dicit enim aliquis de puero centurionis, quod moriturus non erat : ut igitur temerariam linguam compesceret, jam defuncto juveni Christum obviam ire fatetur, unico filio viduæ : nam sequitur : Et hæc vidua erat, et turba civitatis multa cum illa. GREG. Nyss. (*De homini opificio*).

Ærumnæ molem brevibus verbis explicuit : mater vidua erat, et non sperabat ulterius filios procreare ; non habebat in quem aspectum dirigeret vice defuncti ; hunc solum lactaverat, solus aderat alacritatis causa in domo ; quicquid matri dulce ac pretiosum, hic solus extiterat. CYRIL. (ubi sup.). Miserranda passio et ad fletum et ad lacrymas potens provocare : unde sequitur : Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit illi : Noli flere. BÈD. Quasi dicat : Desiste quasi mortuum flere, quem mox vivum resurgere videbis. CHRYS. (vel Titus in *Cat. græc. Patr.*). Jubens autem cessare a lacrymis qui consolatur mœstos, monet nos præsentibus defunctis consolationem recipere, resurrectionem sperantes : tenet autem feretrum vita obvians mortis unde sequitur : Et accessit, etc. CYRIL.

Cependant il touche le cercueil, lui qui est la vie, allant à la rencontre de la mort; d'où il suit : « Il s'approcha, etc. » — S. CYR. — Il n'opère point ce miracle par sa seule parole, mais il touche le cercueil, afin que vous reconnaissiez l'efficacité du corps sacré du Christ pour le salut des hommes. Il est, en effet, le corps de vie et la chair du Verbe tout puissant, dont il a la puissance; car, comme le fer mis au feu produit les effets du feu, ainsi la chair, étant unie au Verbe qui vivifie toutes choses, devient elle-même vivifiante et chasse la mort. — TITE. — Le Sauveur ne ressemble point à Élie pleurant le fils de la femme de Sarepta, ni à Élisée appliquant son corps au corps du défunt, ni à Pierre priant pour Tabithe; il est celui qui appelle ce qui est et ce qui n'est pas, qui peut interpeller les morts aussi bien que les vivants; d'où il suit : « Il dit : Jeune homme, etc. » — S. GRÉG. de Nysse. — Ces paroles : *jeune homme*, indiquent la fleur de l'âge, la première adolescence; celui qui peu de temps auparavant était la joie et la douceur des regards de sa mère, laquelle soupirait déjà après la joie de ses noces et le contemplait comme le propagateur de sa race, le rameau de sa postérité, le bâton de sa vieillesse.

TITE. — Celui auquel cet ordre s'adressait se leva tout aussitôt; car rien ne résiste à la puissance divine, elle ne connaît ni retard, ni instances; d'où il suit : « Le mort se leva sur son séant et se mit à parler, et Jésus le rendit à sa mère. » Voilà les signes d'une véritable résurrection, car un corps sans vie ne peut parler, et cette femme n'eût point repris dans sa maison son fils mort et inanimé. — BÈDE. — L'évangéliste nous représente le Seigneur ému d'abord de compassion

[ubi sup.]. Ideo autem, non solum verbo peragit miraculum, sed et feretrum tangit, ut cognoscas efficax esse sacrum Christi corpus ad humanam salutem; est enim corpus vitæ et caro Verbi omnipotentis cujus habet virtutem : sicut enim ferrum adjunctum igni perficit opus ignis, sic postquam caro unita est Verbo quod vivificat omnia, ipsa quoque facta est vivificativa et mortis expulsiva. TITUS (Bostrens.). Non autem Salvator similis est Eliæ deflentis filium Sareptanæ (3 Reg., 17), nec qualis Elisæus, qui proprium corpus applicavit corpori defuncti (4 Reg., 4), nec qualis Petrus, qui pro Thabita oravit (Act., 9), sed ipse est qui non entia velut entia vocat (Rom., 4), qui mortuos ut vivos alloqui potest : unde sequitur : Et ait : Adolescentem, etc. GREG. Nyss. (ut sup.). Qui dixit

adolemcentem, florentis significavit temporis horam primam producentem lanuginem; qui paulo ante suavis et pretiosus erat maternorum oculorum aspectui, jam spirans ad tempus sponsalium, virga generis, successione ramus, baculus senectutis.

TITUS Bostr. Incunetanter autem erectus est, cui sunt mandata directa : divina enim potestas est irrefragabilis; nulla mora, nulla orationum instantia : unde sequitur : Et resedit qui erat mortuus, et cœpit loqui; et dedit illum matri suæ : indioia sunt hæc veræ resurrectionis : corpus enim exanime loqui non potest; nec reportasset mulier ad domum defunctum filium et inanimatum. BÈDE. Pulchre autem Evangelista Dominum prius misericordia motum esse super matre, ac sic filium resuscitare testatur; ut in uno nobis exemplum imitandæ pietatis osten-

pour la mère, et ensuite ressuscitant le fils, afin de nous donner d'un côté un modèle de miséricorde, et de l'autre un motif de croire à sa puissance merveilleuse; d'où il suit : « Tous furent saisis de frayeur, et ils glorifiaient Dieu, etc. » — S. CYR. — Ce grand miracle se fit au milieu d'un peuple insensible et ingrat, car peu de temps après ils ne croyaient point que Jésus fût un prophète, ni qu'il fût venu pour le salut du peuple. Cependant ce miracle ne fut ignoré d'aucun des habitants de la Judée; d'où il suit : « La renommée s'en répandit dans toute la Judée, etc. »

S. MAX. — Il est à propos de remarquer que sept résurrections sont racontées avant celle du Seigneur. La première fut celle du fils de la veuve de Sarepta; la seconde, celle du fils de la Sunamite; la troisième, qui se fit par le corps d'Élisée; la quatrième, qui arriva à Naïm, comme il est ici raconté; la cinquième, celle de la fille du chef de la synagogue; la sixième, celle de Lazare; la septième, à la passion du Christ, où les corps d'un grand nombre de saints ressuscitèrent. La huitième est celle du Christ, qui, vainqueur de la mort, reste à jamais pour signifier que la résurrection générale qui viendra au huitième âge ne sera point sujette à la mort, mais restera indissoluble.

BÈNE. — Ce mort qui se leva sous les yeux de la foule, hors des portes de la ville, représente l'homme accablé par le mal de ses grandes fautes, et la mort de l'âme qui n'est pas encore gisante sur le lit du cœur, mais qui s'expose devant la foule par ses paroles et par ses œuvres (comme aux portes d'une ville); car chacun des sens de notre corps est comme la porte d'une ville. Il est dit : *fili unique*

deret, in altero fidem mirandæ potestatis astrueret : unde sequitur : Accepit autem omnes timor, et magnificabant Deum, etc. CYRIL. (ut sup.). Hoc magnum fuit in populo insensibili et ingrato : post modicum enim nec prophetam esse, nec ad utilitatem populi procedere ipsum existimavit. Neminem autem habitantium Judæam hoc miraculum latuit : unde sequitur : Et exiit hic sermo in universam Judæam, etc.

MAXIM. (in *Cat. græc. Patr.*). Idoneum autem est dicere quod septem resurrectiones ante dominicam narrantur : quarum prima est filii Sareptanæ (3 *Reg.*, 17); secunda filii Sunamitis (4 *Reg.*, 4); tertia quæ facta est in reliquiis Elisæi (4 *Reg.*, 3); quarta quæ facta est in Naïm, ut hic dicitur; quinta filie archisynagogi (Marc., 5); sexta Lazari (Joan., 50); septima in Christi pas-

sione, multa namque corpora sanctorum surrexerunt (Matth., 27); octava est Christi, qui expers mortis remansit ulterius in signum quod communis resurrectio quæ futura est in octava ætate, non tolletur morte, sed indissolubilis permanebit.

BÈNE. Defunctus autem, qui extra portam civitatis multis est intuitibus elatus, significat hominem lethali funere criminum soporatum, et animæ mortem, non cordis adhuc cubili tegentem, sed ad multorum notitiam per locutionis operisve indicium (quasi per civitatis ostia) propalantem. Portam enim civitatis puto aliquem de sensibus esse corporalibus; qui bene filius unicus matris suæ dicitur, quia una est ex multis personis collecta mater, Ecclesia : vidnam autem esse Ecclesiam omnis anima quæ se Domini morte redemptam meminit, agnoscit.

SUITE.—« La sagesse a été justifiée par tous ses enfants. »—S. AMB.— Le Fils est la sagesse de Dieu par nature et non par progrès ; elle est justifiée dans le baptême en ce qu'elle n'est pas repoussée avec endurcissement, mais reconnue par la justice comme un don de Dieu. Dieu est donc justifié en ce qu'il paraît avoir transporté ses dons, non aux indignes ni aux coupables, mais aux innocents et à ceux qui sont justes et saints par le baptême. — S. CHRYS. — Il nomme les sages *filis de la sagesse* ; car c'est la coutume de l'Écriture de désigner les méchants par leur péché plutôt que par leur nom, et d'appeler les bons *filis* de la vertu qui les caractérise. — S. AMB. — Il dit bien : « Par tous, » parce que la justice est réservée à tous, afin que les fidèles soient reçus et les infidèles chassés. — S. AUG. — Ou encore : quand il dit : « La sagesse a été justifiée par tous ses enfants, » il fait entendre aux *filis de la sagesse* que la justice ne consiste ni à s'abstenir, ni à manger, mais à supporter la pauvreté avec patience. Car ce n'est point l'usage, mais la concupiscence, qui est répréhensible ; il suffit de vous conformer, pour votre nourriture, à ceux avec lesquels vous devez vivre.

(1) Tiré de saint Paul, 1 Cor., 15, v. 33. Saint Paul a pris lui-même cette maxime de Ménandre.

dis corporibus : nec Sol justitiæ lædetur conversando cum pravis. Nemo autem conetur comparare propriam mensuram dignitatibus Christi ; sed quilibet propriam fragilitatem considerans, vitet consortia talium ; prava namque colloquia, mores corrumpunt bonos.

Sequitur : Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis. AMBR. Sapientia Dei Filius est per naturam, non per profectum ; quæ justificatur per baptismum, in eo quod, non per contumaciam refutatur, sed per justitiam Dei munus agnoscitur. In eo ergo justificatio Dei est, si non ad indignos et obnoxios, sed ad innocentes, per ablutio-nem sanctos et justos, videatur sua munere transtulisse. CHRYS. (in *Cat. grec. Patr.*

ex illius homiliis in psalmos). Filios autem sapientiæ dicit sapientes : consuevit enim Scriptura malos magis ex peccato quam ex nomine indicare, bonos autem filios appellare informantis eos virtutis. AMBR. Bene autem dicit : Ab omnibus ; quia circa omnes justitia reservatur ; ut susceptio fiat fidelium, et ejectio perfidorum. AUG., *De quæst. Evang.* (ubi sup.). Vel quod dicit : Justificata est sapientia ab omnibus filiis suis, ostendit filios sapientiæ intelligere, nec in abstinendo, nec in manducando esse justitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam : non enim usus, sed concupiscentia reprehendenda est ; dummodo congruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi videndum est.

Un pharisien ayant prié Jésus de manger chez lui, il entra en son logis et se mit à table. En même temps, une femme de la ville, qui était de mauvaise vie, ayant su qu'il était à table chez ce pharisien, y vint avec un vase d'albâtre plein d'huile de parfum; et se tenant derrière lui à ses pieds, elle commença à les arroser de ses larmes, et elle les essuyait avec ses cheveux; elle les baisait et y répandait ce parfum. Ce que le pharisien qui l'avait invité considérant, il dit en lui-même : Si cet homme était prophète, il saurait qui est celle qui le touche, et que c'est une femme de mauvaise vie. Alors Jésus, prenant la parole, lui dit : Simon, j'ai quelque chose à vous dire. Il répondit : Maître, dites. Un créancier avait deux débiteurs : l'un lui devait cinq cents deniers et l'autre cinquante. Mais comme ils n'avaient point de quoi les lui rendre, il leur remit à tous deux leur dette; lequel des deux l'aimera donc davantage? Simon répondit : Je crois que ce sera celui auquel il a plus remis. Jésus lui dit : Vous avez fort bien jugé. Et se tournant vers la femme, il dit à Simon : Voyez-vous cette femme? Je suis entré dans votre maison, vous ne m'avez point donné d'eau pour me laver les pieds; et elle, au contraire, a arrosé mes pieds de ses larmes, et les a essuyés avec ses cheveux. Vous ne m'avez point donné de baiser; mais elle, depuis qu'elle est entrée, n'a cessé de baiser mes pieds. Vous n'avez point répandu d'huile sur ma tête; et elle a répandu ses parfums sur mes pieds. C'est pourquoi je vous déclare que beaucoup de péchés lui sont remis, parce qu'elle a beaucoup aimé. Mais celui à qui on remet moins, aime moins. Alors il dit à cette femme : Vos péchés vous sont remis. Et ceux qui étaient à table avec lui commencèrent à dire en eux-mêmes : Qui est celui-ci qui remet même les péchés? Et Jésus dit encore à cette femme : Votre foi vous a sauvée; allez en paix.

BÈDE. — Après avoir dit précédemment : « Tout le peuple, l'ayant entendu, a justifié Dieu en recevant le baptême de Jean, » l'évangéliste établit par des faits ce qu'il avait exprimé par des paroles, c'est-à-dire

Rogabat autem illum quidam de pharisæis, ut manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix, ut cognovit quod Jesus accubisset in domo pharisæi, attulit alabastrum unguenti; et stans retro secus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus; et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguento ungebat. Videns autem pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se, dicens : Hic si esset propheta, sciret utique quæ et qualis est mulier quæ tangit eum; quia peccatrix est. Et respondens Jesus dixit ad illum : Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait : Magister, dic. Duo debitores erant cuidam scœnatori : unus debebat denarios quingentos, et alius quinquaginta; non habentibus illis unde redderent, donavit utrisque : quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit : Æstimo quia is cui plus donavit. At ille dixit

ei : Recte judicasti. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni : Vides hanc mulierem? Intravi in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti; hæc autem lacrymis rigavit pedes meos, et capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti. hmc autem ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti : hæc autem unguento unxit pedes meos : propter quod dico tibi : Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit nullum; cui autem minus dimittitur minus diligit. Dixit autem ad illam : Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se : Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

BÈDE. Quia superius dictum fuerat : Et omnis populus audiens, justificaverunt Deum baptizati baptisate Joannis; idem

que la sagesse a été justifiée par les justes et les pénitents. D'où il dit : « Un des pharisiens le pria, etc. » — S. GRÉG. de Nysse. — Ce récit renferme un sens utile ; en effet, la plupart d'entre eux se croient justes, parce qu'ils sont enflés par l'illusion de leurs vains sentiments ; avant la venue du véritable jugement, ils se séparent eux-mêmes comme des agneaux loin des boucs, et refusent de prendre leur nourriture avec la foule, ayant en abomination tous ceux qui ne vont pas aux extrêmes, mais tiennent le milieu du sentier dans leur vie. Or, saint Luc, médecin des âmes plus que des corps, nous montre Dieu lui-même et notre Sauveur visitant avec bonté tous les hommes ; d'où il suit : « Il entra dans la maison du pharisien et se mit à table, » non pour prendre quelque chose de ses vices, mais pour le faire participer à sa propre justice.

S. CYR. — Cependant, une femme de mauvaise vie, dans un élan de fidèle amour, vint au Christ comme pouvant la délivrer de toute faute et lui accorder le pardon de tous ses crimes ; car il suit : « Une femme pécheresse de la ville apporta un vase de parfums, etc. » — BÈDE. — L'albâtre est une espèce de marbre blanc nuancé de diverses couleurs qu'on a coutume de creuser pour contenir des parfums, parce qu'on dit qu'il les conserve sans corruption. — S. GRÉG. — Or, cette femme, considérant les souillures de son infamie, accourut pour se purifier à la source de la miséricorde et ne rougit point à cause des convives ; car elle était si honteuse en elle-même qu'elle ne compta pour rien d'avoir à rougir au dehors. Voyez quelle douleur la consume, puisqu'elle ne rougit point de pleurer au milieu d'un festin. — S. GRÉG.

evangelista quæ verbis proposuerat, etiam factis astruit justificatam, scilicet sapientiam a justis et pœnitentibus, dicens : Rogabat autem illum quidam de pharisæis, etc. GREG. Nyss. (in hom. *De muliere peccatrice*). Hæc conscriptio quemdam utilem intellectum sapit : sunt enim plerique eorum qui se justificant inflati suspitione vani sensus ; priusquam veniat verum iudicium, separantes se ipsos velut agnos ab hædis ; nec escis cum plerisque communicare volentes ; abominantes omnes quicumque non extremum, sed medium tenent callem in vita. Lucas ergo plus medicus animarum quam corporum, ostendit ipsum Deum et Salvatorem nostrum piissime alios visitantem : unde sequitur : Et ingressus domum pharisæi discubuit : non ut aliquid de vitiis

ejus sortiatur, sed ut impertiatur de justitia propria.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Mulier autem inhonestæ vitæ, promens autem fidelem affectum, venit ad Christum, quasi potentem liberare ab omni culpa et veniam criminum commissorum largiri : sequitur enim : Et ecce mulier quæ erat in civitate peccatrix attulit alabastrum unguenti, etc. BÈDE. Alabastrum est genus marmoris candidi variis coloribus interincti, quod ad vasa unguentaria cavari solet ; eo quod optime servare ea incorrupta dicatur. GREG., in hom. (32, in *Evang.*). Quia enim hæc mulier turpitudinis suæ maculas aspexit, lavanda ad fontem misericordiæ incurrit, convivantes non erubuit : nam quia semetipsam graviter erubescibat intus, nihil

de Nysse. — Pour montrer son indignité, elle se tenait derrière Jésus, les yeux baissés et les cheveux épars ; elle embrassait ses pieds et les inondait de larmes ; elle manifestait par ses actes la tristesse de son âme, implorant son pardon ; car il suit : « Se tenant derrière lui, elle commença à arroser ses pieds de larmes, etc. » — S. GRÉG. — Ses yeux avaient convoité les choses terrestres, mais maintenant elle les meurtrit par la pénitence et elle pleure ; elle avait fait servir ses cheveux à l'ornement de son visage, mais maintenant elle essuie ses larmes avec ses cheveux ; d'où il suit : « Elle les essuyait avec ses cheveux ; » sa bouche avait dit des paroles superbes, mais maintenant elle baise les pieds du Seigneur et elle applique ses lèvres sur les pieds du Rédempteur ; d'où il suit : « Elle baisait ses pieds. » Elle employait des parfums pour parfumer son corps, et ce qu'elle avait honteusement prodigué pour elle-même, maintenant elle l'offre généreusement à Dieu ; d'où il suit : « Elle répandait des parfums. » Ainsi, tout ce qui avait servi à ses jouissances, elle en fait autant d'holocaustes ; elle fait de ses crimes autant de vertus, afin que tout ce qui, en elle, avait outragé Dieu dans ses fautes fût consacré à Dieu dans sa pénitence. — S. CHRYS. — Ainsi, cette prostituée devient plus vertueuse que les vierges ; car elle s'est enflammée dans la pénitence et son amour pour le Christ est plus ardent. Tout ce qui est ici raconté se passait à l'extérieur, mais ce qui se passait en son cœur, et que Dieu seul voyait, était encore plus fervent.

S. GRÉG.—Cependant, le pharisien, voyant cette femme, la méprise, et il reprend non-seulement la pécheresse qui était venue, mais en-

esse credidit quod verecundaretur foris. Discite quo dolore ardet, quæ flere et inter epulas non erubescit. GREG. Nyss. (ut sup.). Indignitatem autem suam ostendens stabat post tergum dejectis luminibus, et effusa coma pedes amplectens, lacrymisque ees perfundens rebus tristem animum ostendebat, veniam implorans : sequitur enim : Et stans retro, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, etc. GREG., in hom. (33, in Evang.). Oculis enim terrena concupierat, sed hos jam per pœnitentiam conterens flebat ; capillos ad compositionem vultus exhibuerat, sed jam capillis lacrymas tergebatur : unde sequitur : Et capillis capitis sui tergebatur : ore superba dixerat, sed pedes Domini osculans, hoc in Redemptoris sui vestigia figebatur : unde sequitur : Et osculabatur pedes ejus. Unguentum sibi pro odore suæ

carnis exhibuit : quod ergo sibi turpiter exhibuerat, hoc jam Deo laudabiliter offerebat : unde sequitur : Et unguento ungebat. Quot ergo in se habuit oblectamenta, tot de se invenit holocausta : convertit ad virtutum numerum, numerum criminum, ut totum Deo serviret in pœnitentia quidquid ex se Deum contempserat in culpa. CHRYS. (hom. 6, in Matth.). Sic igitur meretrix effecta est honestior virginibus : postquam enim accensa est pœnitentia, exarsit in Christi amoræm : et hæc quidem quæ dicta sunt, agebantur exterius ; quæ vero revolvebat ejus intentio, multo ferventiora his erant quæ solus Deus inspiciebat.

GREG., in homil. (33, in Evang.). Hæc autem pharisæus intuens despicit, et non solum venientem peccatricem mulierem, sed etiam suscipientem Dominum reprehendit.

core le Seigneur qui l'avait reçue. D'où il suit : « Ce que voyant, le pharisien qui l'avait invité dit en lui-même : S'il était prophète il saurait quelle est cette femme qui le touche. » Voilà ce pharisien vraiment superbe en lui-même et faussement juste, qui reprend l'infirmes de son infirmité et le médecin de son secours. Sans doute, si cette femme fût venue aux pieds du pharisien, il l'eût chassée avec mépris, car il se serait cru souillé du péché d'autrui, parce qu'il n'était pas rempli de la véritable justice. C'est ainsi que plusieurs de ceux qui sont chargés du ministère sacerdotal, parce qu'ils font à l'extérieur quelques légers actes de justice, méprisent ceux qui leur sont soumis et dédaignent tous les pécheurs qui sont dans le peuple. Cependant, nous devons, en considérant tous les pécheurs, nous humilier d'abord nous-mêmes de leur malheur, parce que nous sommes peut-être tombés dans des fautes semblables, ou nous pouvons y tomber. Il faut aussi distinguer avec soin entre leurs vices, que nous devons juger, et leur personne à laquelle nous devons compatir; car, si le pécheur doit être puni, le prochain doit être nourri. De plus, quand le prochain châtié déjà lui-même, par la pénitence, ce qu'il a fait, alors il n'est plus pécheur, parce qu'il punit en lui-même ce que la justice divine condamne. Ce médecin était donc entre deux malades; l'un conservait le sens dans la fièvre, l'autre avait perdu le sens de son âme; celle-ci pleurait ses fautes, le pharisien, au contraire, fier de sa fausse justice, exagérait la force de sa santé.

TITE. — Cependant le Seigneur, qui sans entendre ses paroles voyait ses pensées, se montre le Seigneur des prophètes; d'où il suit : « Jésus

dit : unde sequitur : Videns autem Pharisæus qui vocaverat eum, ait intra se dicens : Hic si esset propheta, sciret utique quæ et qualis mulier est quæ tangit eum : ecce pharisæus veraciter apud se superbus et fallaciter justus ægram reprehendit de ægritudine, medicum de subventionem : quæ profecto mulier si ad Pharisæi pedes venisset, calcibus repulsa discederet : inquinari enim se alieno peccato crederet, quia hunc vera sua justitia non replebat. Sic et quidam sacerdotali officio præditi, si quid fortasse juste exterius vel tenuiter egerint, protinus subjectos despiciunt; et peccatores quosque in plebe positos dedignantur. Necesse est autem ut cum peccatores quosque conspiciamus, nosmetipsos prius in eorum calamitate defleamus; quia fortasse in similibus aut lapsi sumus, aut labi pos-

sumus. Oportet autem ut sollicitè discoernamus, quia distinctionem debemus vitii, compassionem vero naturæ. Si enim ferendus est peccator, nutriendus est proximus: cum vero jam per pœnitentiam percussit ipse quod fecit, jam noster proximus peccator non est; quia hic in se punit quod justitia divina reprehendit. Inter duos ergo ægros medicus aderat; sed unus in febre sensum tenebat, alter sensum perdidit mentis: illa quippe flebat quod fecerat; pharisæus autem de falsa justitia elatus, vim suæ valetudinis exaggerabat.

TIT. Bostrensis. Dominus autem, non verba ejus audiens, sed cogitationes inspiciens, Dominum se prophetarum ostendit: unde sequitur: Et respondens Jesus dixit ad illum: Simon, habeo tibi aliquid dicere. GLOS. Quod quidem dixit, ejus cogita-

lui répondit : Simon, j'ai quelque chose à vous dire. » — GLOSE. — Il parla ainsi, répondant à sa pensée, et le pharisien fut rendu plus attentif par ces paroles du Seigneur ; d'où il est dit : « Il répondit : Maître, dites. » — S. GRÉG. — Alors, il lui oppose la parabole des deux débiteurs, dont l'un doit plus et l'autre moins ; d'où il suit : « Un créancier avait deux débiteurs, etc. » — TITE. — Comme s'il disait : Vous n'êtes point vous-même sans aucune dette ; si donc vous devez quelque chose, ne vous enorgueillez point, puisque vous aussi avez besoin de pardon ; d'où il vient à parler de pardon en disant : « Comme ils n'avaient point de quoi rendre, il leur remit à tous deux. » — GLOSE. — Car nul ne peut par lui-même être délivré de la dette du péché s'il n'obtient le pardon de la grâce divine. — S. GRÉG. — Il demande au pharisien lequel des deux débiteurs à qui on a remis doit plus aimer son bienfaiteur, car il suit : « Lequel donc l'aimera davantage ? » Il répondit aussitôt : « Je crois que ce sera celui auquel il a plus remis. » Il faut remarquer ici que, tandis que le pharisien est convaincu par son propre jugement, comme un insensé, il porte la corde qui va le lier ; d'où il suit : « Jésus lui dit : Vous avez bien jugé. » Ensuite il lui énumère les bonnes actions de la pécheresse et les mauvaises actions du faux juste ; d'où il suit : « Se tournant vers la femme, il dit à Simon : Voyez-vous cette femme ? Je suis entré dans votre maison, vous ne m'avez point donné l'eau pour me laver les pieds ; elle, au contraire, a arrosé mes pieds de ses larmes. » — TITE. — Comme s'il disait : Il est facile de donner l'eau, il n'est pas facile de répandre des larmes ; vous ne m'avez point donné ce qui était facile, elle a répandu ce qui était difficile ; en lavant mes pieds de ses larmes, elle a lavé ses

tioni respondens : pharisæus autem ex verbis Domini attentior est factus : unde dicitur : At ille ait : Magister, dic. GRÆG. [hom. 33, in Evang.]. De duobus autem ei debitoribus paradigma opponitur ; quorum unus minus, alius amplius debet : unde sequitur : Duo debitores erant cuidam fœneratori, etc. TIT. Quasi diceret : Neque tu absque debito es : quid igitur ? Si in paucioribus teneris, non superbias ; quia tu quoque venia eges. Unde de venia subdit dicens : Non habentibus autem illis unde redderent, donavit utrisque. GLOS. Nullus enim potest per seipsum a debito peccati liberari, nisi divina gratia veniam consequatur. GRÆG., in hom. (33, in Evang.). Utrorumque autem debito dimisso, quis

amplius largitorem debiti diligit, pharisæus interrogatur : sequitur enim : Quis ergo plus eum diligit ? Quibus verbis protinus ille respondit : Æstimo quia is cui plus donavit. Qua in re notandum est quod dum sua sententia pharisæus convincitur, quasi phreneticus funem portat ex quo ligetur : unde sequitur : At ille dixit : Recte judicasti. Enumerantur autem ei bona peccatricis, enumerantur et mala falsi justi : unde sequitur : Et conversus ad mulierem dixit Simoni : Vides hanc mulierem ? intravi in domum tuam ; aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigavit pedes meos. TIT. Bostren. Quasi diceret : Facilis est usus aquarum, non est facilis lacrymarum effusio : tu promptis non es

propres souillures ; elle les a essuyés avec ses cheveux afin de s'approprier mes divines sueurs ; et ce qui lui servait à séduire la jeunesse lui a servi à obtenir la sainteté.

S. CHRYS. — De même qu'aussitôt que la pluie est tombée avec violence la sérénité revient, de même après les larmes le calme reparait et le nuage des fautes se dissipe ; et, de même que nous sommes régénérés par l'eau et l'Esprit, de même nous sommes purifiés par les larmes et la confession ; d'où il suit : « C'est pourquoi je vous dis que beaucoup de péchés lui sont remis parce qu'elle a beaucoup aimé. » Car ceux qui se sont mêlés aux méchants avec entraînement reviennent aussi avec entraînement parmi les bons, ayant la conscience des dettes qu'ils ont contractées. — S. GRÉG. — Donc la souillure du péché est d'autant plus consumée que le cœur du pécheur est enflammé d'un feu plus ardent de charité. — TIT. — Il arrive souvent que celui qui a beaucoup péché se purifie par la confession, tandis que celui qui a moins péché, à cause de son orgueil, n'a point recours au remède de la confession ; d'où il suit : « Celui à qui on remet moins aime moins. » — S. CHRYS. — Il faut donc avoir une âme fervente, car rien n'empêche l'homme de devenir grand. C'est pourquoi qu'aucun pécheur ne désespère et qu'aucun juste ne se relâche ; que l'un ne soit point présomptueux (car souvent une prostituée le précédera), et que l'autre ne se décourage point (car il lui est possible de s'élever même au-dessus des premiers) ; d'où il est ajouté : « Alors il dit à cette femme : Vos péchés vous sont remis. »

S. GRÉG. — Celle qui était venue malade au médecin est guérie,

usus, hæc effudit non prompta : lavans lacrymis pedes meos, lavit n. aculas proprias ; tersit comis, ut per eas sibi assumat sacros sudores ; et quibus venata est ad peccatum juventutem, venata est sanctitatem.

CHRYS. (hom. 6. in Matth.). Sicut autem ubi vehemens imber prorupit, fit serenitas, sic de lacrymis effusis, apparet tranquillitas, et perit caligo reatum ; et sicut per aquam et spiritum, sic per lacrymas et confessionem denuo mundamur : unde sequitur : Propter quod dico tibi : Remittuntur ei peccata multa quoniam dilexit multum. Nam qui vehementer se ingesserunt malis, rursus et bonis vehementer insistent ; conscii ad quot debita se obligaverunt. GREG. (hom. 33, in Evang.). Tanto ergo amplius peccati rubigo consumitur, quanto peccatoris cor magno chari-

tatis igne concrematur. TIT. Bostrens. Contingit autem sæpius eum qui multum peccavit, per confessionem purgari ; pauca vero peccantem ex arrogantia non venire ad confessionis remedium : unde sequitur : Cui autem minus dimittitur, minus diligit. CHRYS. (hom. 68, in Matth.). Opus est ergo vobis ferventi anima ; quia nihil impedit hominem fieri magnum. Nullus ergo constitutorum in peccatis desperet, nemo virtuosus dormitet : nec hic confidat (sæpe enim meretrix præcedet) ; nec ille diffidat (possibile namque est eum etiam primos superare) ; unde et hic subditur : Dixit autem ad illam : Remittuntur tibi peccata tua.

GREG. (hom. 33, in Evang.). Ecce quis ad medicum venerat ægra, sanata est, sed de salute ejus adhuc alii ægrotant : sequitur enim : Et cæperunt qui simul accumbe-

tandis que les autres sont plus malades, à cause de son salut ; car il suit : « Ceux qui étaient à table avec lui commencèrent à dire en eux-mêmes : Qui est celui qui remet même les péchés ? » Cependant le céleste médecin n'a point égard à ces malades qu'il voit devenir pires par son remède, tandis qu'il affermit par une sentence de sa miséricorde celle qu'il avait guérie ; d'où il suit : « Il dit à cette femme : Votre foi vous a sauvée ; » parce qu'elle n'a point douté qu'elle pût recevoir ce qu'elle demandait. — THÉOPH. — Or, après lui avoir remis ses péchés, il ne s'en tient pas à la rémission des fautes, mais il ajoute un bienfait ; d'où il suit : « Allez en paix » (c'est-à-dire en justice), car la justice est la paix de l'homme avec Dieu, de même que le péché est l'inimitié entre Dieu et l'homme. Comme s'il disait : Faites tout ce qui peut vous conduire à la paix de Dieu.

S. AMB. — La plupart sont dans l'anxiété sur ce passage et se demandent si les évangélistes ne sont point en contradiction. — GREC. — En effet, lorsque les quatre évangélistes disent qu'une femme répandit des parfums sur le Christ, il semble par la qualité des personnes, par la manière d'agir, par la différence des temps, que ce soit trois femmes différentes. Ainsi saint Jean raconte de Marie, sœur de Lazare, que six jours avant la pâque elle oignit les pieds de Jésus dans sa propre maison. Saint Matthieu, après que le Seigneur a dit : « Vous savez que la pâque se fera dans deux jours, » ajoute, qu'à Béthanie dans la maison de Simon le lépreux, une femme répandit des parfums sur la tête du Seigneur et non sur ses pieds comme Marie. Saint Marc s'accorde avec saint Matthieu. Enfin saint Luc rapporte ce trait au milieu de son évangile et non vers le temps de la pâque. Saint Chrysostôme dit que

bant dicere intra se : Quis est hic qui etiam peccata dimittit ? Sed cœlestis medicus ægros non respicit, quos etiam de medicamento fieri deteriores videt : eam autem quem sanaverat, per pietatis suæ sententiam confirmat : unde sequitur : Dixit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit : quia scilicet hoc quod petit, posse se accipere non ndubitavit. THÉOPH. Postquam autem ei peccata dimisit, non sistit in remissione peccati, sed adjicit operationem boni : unde sequitur : Vade in pace [id est, in justitia], quia justitia est pax hominis ad Deum, sicut peccatum est inimicitia inter Deum et hominem : quasi diceret : Operare omnia quæ ad pacem Dei te ducunt.

AMB. Hoc autem loco plerique pati vi-

dentur scrupulum quæstionis, utrum videantur evangelistæ discordasse de fide. GRÆCUS (nempe Severus Antiochenus in *Cat. græc. Patr.*). Quia enim quatuor evangelistæ dicunt Christum unctum fuisse unguento a muliere, tres puto fuisse mulieres ex personarum qualitate, ex modo agendi, ex differentia temporum. Joannes quidem narrat de Maria sorore Lazari quoniam sex diebus ante Pascha unxit pedes Jesu in propria domo ; at Matthæus, postquam Dominus dixerat : Scitis quia post biduum fiet Pascha, subdit, quod in Bethania in domo Simonis leprosi mulier fudit unguentum super Domini caput, non autem unxit pedes ut Maria : Marcus etiam Matthæo similiter : Lucas autem, non circa

ce sont deux femmes différentes, l'une qui se trouve dans saint Jean, l'autre dont les trois autres évangélistes font mention. — S. AMB. — Saint Matthieu dit que cette femme répandit le parfum sur la tête du Christ, c'est pour cela qu'il n'a pas voulu l'appeler *pécheresse*, car d'après saint Luc la pécheresse répandit le parfum sur les pieds du Christ. Il est donc possible que ce ne fut pas la même, et alors les évangélistes ne sont plus en contradiction. Pour résoudre cette question, on peut encore s'appuyer sur la différence de mérite et de temps et dire que l'une était encore pécheresse, tandis que l'autre était déjà parfaite. — S. AUG. — Je pense qu'il faut entendre que la même Marie a fait deux fois cette action; la première racontée par saint Luc, lorsque, s'approchant d'abord avec humilité et dans les larmes, elle mérita le pardon de ses péchés; c'est d'elle que saint Jean a parlé au commencement de la résurrection de Lazare avant que le Christ vint à Béthanie, en disant: « Marie était celle qui avait répandu des parfums sur le Seigneur et qui lui essuya les pieds avec ses cheveux; et Lazare, le malade, était son frère. » Ainsi Marie avait déjà fait cela. Ce qu'elle fit pour la seconde fois à Béthanie est un fait nouveau qui ne se rapporte point au récit de saint Luc, et qui est également raconté par les trois autres évangélistes.

S. GRÉG. — Dans un sens mystique, le pharisien qui présume de sa fausse justice représente le peuple juif, et la femme pécheresse qui vient pleurer aux pieds du Seigneur représente la conversion des Gentils. — S. AMB. — Ou encore: le lépreux est le prince de ce monde, et la maison de Simon le lépreux est la terre; or, le Seigneur est descendu d'en haut sur la terre parce que cette femme qui figure l'âme ou

tempus Paschæ, sed in medio Evangelii hoc refert. Chrysostomus autem binas asserit has mulieres fuisse: unam quidem quæ continetur in Joanne; alteram vero cujus mentio fit a tribus. AMBR. Hunc ergo mulierem inducit Matthæus supra caput Christi effundentem unguentum; et ideo noluit dicere peccatricem: nam peccatrix secundum Lucam supra pedes Christi effudit unguentum. Potest ergo non eadem esse, ne sibi contrarium evangelistæ dixisse videantur. Potest etiam quæstio, meriti et temporis diversitate dissolvi; ut adhuc illa peccatrix sit, jam ista perfectior. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 39). Eandem enim Mariam bis hoc fecisse arbitror intelligendum: semel scilicet quod Lucas narravit, cum primo accedens cum humilitate et lacrymis meruit remissionem peccato-

rum: unde Joannes, cum de Lazaro resuscitando cœpisset loqui, antequam veniret in Bethaniam, dicit (cap. 11): Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento, et tersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur: jam itaque hoc Maria fecerat: quod autem in Bethania rursum fecit, aliud est quod ad Lucæ narrationem non pertinet, sed pariter narratur ab aliis tribus.

GRÉG. (in homil. 33, in *Evang.*). Mystico autem intellectu pharisæus de falsa justitia præsumens, judaicum populum; peccatrix mulier, sed ad vestigia Domini veniens et plorans, conversam gentilitatem designat. AMB. Vel princeps hujus sæculi quidam leprosus est, domus autem Simonis leprosi terra est: ergo Dominus ex illis superioribus locis descendit in terram: ne-

l'Église ne pouvait être guérie si le Christ ne fût venu sur la terre; elle est sous la figure d'une pécheresse, parce que le Christ lui-même a pris la forme d'un pécheur. C'est pourquoi, supposez une âme fidèle qui s'approche de Dieu exempte de péchés honteux et obscènes, observant pieusement la parole de Dieu avec la confiance d'une chasteté immaculée, elle s'élèvera jusqu'à la tête du Christ, et la tête du Christ c'est Dieu. Que celui qui n'est point à la tête du Christ se tienne néanmoins à ses pieds; que le pécheur soit à ses pieds et le juste auprès de sa tête; car toute âme, même celle qui a péché, possède un parfum.

S. GRÉG.—Que figure ce parfum, sinon l'odeur d'une bonne renommée? Si donc nous faisons de bonnes œuvres dont nous répandions la renommée comme un parfum sur l'Église, n'est-ce point répandre un parfum sur le corps du Seigneur? Cette femme se tenait à côté des pieds du Seigneur; car nous étions contre ses pieds lorsque, vivant dans le péché, nous refusions d'entrer dans ses voies. Mais si après nos péchés nous nous convertissons à une sincère pénitence, alors nous sommes derrière lui à côté de ses pieds, et nous suivons ses traces dont nous nous éloignons auparavant.

S. AMB. — Vous donc, après vos péchés, livrez-vous à la pénitence; accourez partout où vous entendrez le nom du Christ; hâtez-vous d'entrer dans toute maison où vous savez que Jésus est entré; lorsque vous trouverez la sagesse ou la justice assise en quelque maison, accourez à ses pieds; c'est-à-dire, cherchez le premier degré de la sagesse et confessez vos péchés avec larmes. Peut-être le Christ ne lava point ses pieds afin que nous les lavions nous-mêmes avec nos

que enim sanari potuisset hæc mulier quæ speciem habet animæ vel Ecclesiæ, nisi Christus venisset in terram. Merito autem speciem accipit peccatricis, quia Christus quoque formam peccatoris accepit. Itaque si constituas animam fideliter appropinquantem Deo, non peccatis turpibus et obscenis, sed pie servientem Dei verbo, habentem immaculatæ fiduciam castitatis, ad ipsum Christi caput ascendit; caput autem Christi Deus est. [1 Cor., 11]. Sed qui caput non tenet Christi, ille pedes tenent; peccator ad pedes, justus ad caput: habet tamen etiam ea quæ peccavit, unguentum,

GRÉG. (homil. 33, in *Evang.*). Quid aliud unguento, nisi bonæ odor opinionis exprimitur? Si igitur recta opera agimus; quibus opinione boni odoris Ecclesiam resperga-

mus, quid nisi in corpore Domini unguentum fundimus; sed secus pedes mulier stetit: contra pedes enim Domini stetimus, cum in peccatis positi ejus itineribus renitebamur; sed si ad veram pœnitentiam post peccata convertimur, jam retro secus pedes stamus; quia ejus vestigia sequimur quæ impugnabamus. AMB. Defix et tu post peccata pœnitentiam: ubicunque audieris Christi nomen, accurre; in cujuscunque interiori domum Jesum intrasse cognoveris, et ipse festina; cum repereris sapientiam, cum repereris justitiam in aliquibus penetralibus recumbentem, accurre ad pedes, id est, vel extremam partem quære sapientiæ, lacrymis confitere peccata. Et fortasse ideo non lavit Christus suos pedes, ut eos lacrymis nos lavemus. Bonæ lacrymæ, quæ non solum nostrum possunt

larmes. Heureuses larmes qui peuvent non-seulement laver nos fautes, mais encore inonder la trace du Verbe divin, afin que ses pieds soient féconds pour nous! Heureuses larmes qui non-seulement rachètent les pécheurs, mais encore consolent les justes!—S. GRÉG. — Car nous arrosons de nos larmes les pieds du Seigneur lorsque nous nous inclinons avec une affectueuse compassion vers quelques-uns des membres du Seigneur; nous essuyons les pieds du Seigneur avec nos cheveux lorsqu'avec notre superflu nous exerçons la miséricorde envers ses saints (les secourant avec charité).—S. AMB. — Déroulez vos cheveux, offrez-lui tout ce qui sert à orner votre corps; les cheveux sont précieux puisqu'ils peuvent essuyer les pieds du Christ. — S. GRÉG. — Cette femme lui baise les pieds après les avoir essuyés, nous faisons la même chose si nous aimons bien ceux que nous avons secourus de nos largesses. Par les pieds du Sauveur on peut encore entendre le mystère de l'incarnation; ainsi nous baisons les pieds du Rédempteur lorsque nous nous attachons de tout notre cœur au mystère de son incarnation. Nous répandons nos parfums sur ses pieds lorsque nous annonçons la puissance de son humanité par la bonne renommée de la parole sainte. Cependant le pharisien voit cela avec envie, parce que lorsque le peuple juif voit la gentilité annoncer Dieu, sa malice s'irrite en lui-même; le pharisien est ainsi repris pour nous faire voir en lui ce peuple perfide; en effet, ce peuple infidèle ne donna jamais pour le Seigneur même ses biens extérieurs, tandis que la gentilité convertie non-seulement donna pour lui ses biens, mais encore répandit son sang; d'où il dit au pharisien : « Vous ne m'avez point donné l'eau

lavare delictum, sed etiam verbi cœlestis rigare vestigium, ut gressus ejus in nobis exuberent! Bonæ lacrymæ, in quibus, non solum redemptio peccatorum, sed etiam justorum refectio est! GRÉG. (homil. 33, in Evang.). Lacrymis enim Domini pedes rigamus, si quibuslibet ultimis membris Domini compassionis affectu iuclinemur; capillis pedes Domini tergimus, quando sanctis ejus (quibus ex charitate compatimur) ex his quæ nobis superfluunt miseremur. AMB. Expande etiam capillos, sterne ante eum omnes corporis tui dignitates: non mediocres capilli sunt, qui possunt pedes tergere Christi. GRÉG. [ut sup.]. Osculatur mulier pedes quos tersit; quod nos quoque plane agimus, si studiose diligimus quos ex largitate continemus. Potest quoque per pedes ipsum mysterium incarnationis ejus

intelligi: osculamur igitur Redemptoris pedes, cum mysterium incarnationis ejus ex toto corde diligimus. Unguento pedes unguimus, cum ipsam humanitatis ejus potentiam sacri eloquii bona opinione prædicamus: sed hoc etiam pharisæus videt et invidet; quia cum Judaicus populus Gentilitatem Deum prædicare conspicit, sua apud se malitia tabescit: sic autem pharisæus retunditur, ut per eum perfidus ille populus ostendatur; quia videlicet infidelis ille populus nec ea quæ extra se erant, unquam pro Domino tribuit; conversa autem Gentilitas pro eo, non solum rerum substantiam, sed etiam sanguinem fudit: unde pharisæo dicit: Aquam pedibus meis non dedisti, hæc autem lacrymis rigavit pedes meos: aqua quippe extra nos est, lacrymarum humor intra nos est. Infidelis etiam ille populus

pour mes pieds, elle, au contraire, a arrosé mes pieds de ses larmes. » Car l'eau est hors de nous, tandis que les larmes sont au dedans de nous. Ce peuple infidèle ne donna pas non plus de baiser à Dieu, parce qu'il ne voulut point l'aimer d'amour, mais le servit par crainte (car le baiser est le signe de l'amour). Au contraire, la gentilité, ayant été appelée, baise sans cesse les pieds de son Rédempteur, parce que sans cesse elle soupire d'amour pour lui. — S. AMB. — Il est grand le mérite de celle dont il est dit : « Depuis qu'elle est entrée elle n'a point cessé de baiser mes pieds ; » de sorte qu'elle ne parle que de la sagesse, elle n'aime que la justice, elle ne baise que la chasteté, elle n'embrasse que la pureté. — S. GRÉG. — Cependant il est dit au pharisien : « Vous n'avez point répandu l'huile sur ma tête, » c'est-à-dire que le peuple juif a négligé de célébrer par de dignes louanges même la puissance divine à laquelle il se vante de croire, « Mais elle a répandu des parfums sur mes pieds, » c'est-à-dire que la gentilité, en croyant au mystère de son incarnation, célébra par de solennelles louanges même ses humiliations.

S. AMB. — Heureux celui qui peut verser l'huile sur les pieds du Christ, plus heureux celui qui les oint de parfums ; car l'ensemble de la grâce répand les odeurs suaves de beaucoup de fleurs diverses ; et peut-être l'Église seule peut-elle offrir ce parfum, elle qui a des fleurs innombrables exhalant des parfums divers ; ainsi nul ne peut aimer comme elle qui aime par plusieurs. Dans la maison du pharisien, c'est-à-dire dans la maison de la loi et des prophètes, ce n'est pas le pharisien, mais l'Église, qui est justifié, car le pharisien ne crut point, tandis qu'elle croyait ; la loi n'a point de mystère pour purifier les choses cachées, c'est pourquoi ce qui manque à la loi est accompli

Deo osculum non dedit, quia ex charitate cum amare noluit, cui ex timore servivit (osculum quippe dilectionis est signum). Vocata autem Gentilitas Redemptoris sui vestigia osculari non cessat, quia in ejus continuo amore suspirat. AMB. Non mediocris autem hæc meriti est, de qua dicitur ; Ex quo intravit, non cessavit osculari pedes meos ; ut aliud nisi sapientem loqui nosciat, nisi justitiam diligere, nisi castitatem libare, nisi pudicitiam osculari. GREG. (homil. 33, in *Evang.*). Pharisæo autem dicitur : Oleo caput meum non unxisti ; quia ipsam quoque Divinitatis potentiam, in quam se judaicus populus credere spondit, digna laude prædicare neglexit : hæc

autem unguento unxit pedes meos ; quia dum incarnationis ejus mysterium Gentilitas credidit, summa laude ejus etiam ima prædicavit.

AMB. Beatus qui potest et oleo ungere pedes Christi, sed beatior qui ungit unguento : multorum enim florum in unum collecta gratia spargit varias odorum suavitates : et fortasse istud unguentum non posset alius nisi Ecclesia sola deferre, quæ diversis spiraminis innumerabiles habet flores ; et ideo nemo potest tantum diligere, quantum illa quæ in pluribus diligit. In domo autem pharisæi, id est, in domo legis et prophetæ, non pharisæus, sed Ecclesia justificatur : pharisæus enim non credidit ;

dans l'Église. Les deux débiteurs sont deux peuples obligés envers le créancier du céleste trésor : or, nous ne devons point à ce créancier un argent matériel, mais l'or de nos mérites et l'argent de nos vertus dont le prix résulte de la gravité de leur poids, de l'empreinte de la justice et du son de la confession. Il est d'un grand prix ce denier sur lequel est empreinte l'image de notre roi. malheur à moi si je ne l'ai point comme je l'ai reçu ! Ou bien, parce qu'il est très difficile que quelqu'un puisse payer toute sa dette à ce créancier, malheur à moi si je ne le supplie de me remettre ma dette ! Mais quel est ce peuple qui doit plus, sinon nous-mêmes à qui il a été donné davantage ? Aux autres furent donnés les oracles de Dieu, à nous ont été donnés Emmanuel, né d'une vierge (Dieu avec nous), la croix du Seigneur, sa mort et sa résurrection. Il est donc hors de doute que celui-là doit plus qui a plus reçu. Selon les hommes, celui qui doit plus est plus importun, mais ce sort est changé par la miséricorde de Dieu, de sorte que celui qui devait plus aime plus, si néanmoins il obtient la grâce. C'est pourquoi, n'ayant rien qui soit digne d'être offert à Dieu, malheur à moi si je n'aime ! Prodiguons donc l'amour pour notre dette ; car celui-là aime plus à qui il est plus donné.

ista credebat : lex mysterium non habet quo occulta mundantur ; et ideo quod in lege minus est, consummatur in Evangelio. Duo autem debitores, duo populi sunt ; fœneratori illi thesauri celestis obnoxii. Non materialem autem fœneratori huic debemus pecuniam, sed meritorum examinata, æra virtutum, quarum merita gravitatis pondere, justitiæ specie, sono confessionis expenduntur. Non mediocris autem est iste denarius, in quo regis imago formatur : vœ mihi si non habuero quod accepi ! aut quia difficile quisquam est, qui fœneratori huic debitum integrum possit exsolvere ! vœ mihi si non petiero concedi mihi debitum.

Sed quis est populus iste qui amplius debet, nisi nos quibus amplius creditum est ? Illis credita sunt eloquia Dei, nobis creditur Virginis partus Emmanuel (id est, nobiscum Deus), Domini crux, mors, resurrectio. Itaque non est dubium quod plus debet qui plus accipit : secundum homines plus fortasse offendit, qui plus debuerit. Sed per misericordiam Domini causa mutatur, ut amplius diligat qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur. Et ideo quoniam nihil est quod digne Deo referre possimus, vœ mihi et si non dilexero ! Reddamus ergo amorem pro debito : amplius enim diligit, cui donatur amplius.

CHAPITRE VIII.

Quelque temps après, Jésus allait de ville en ville, et de village en village, prêchant l'Évangile et annonçant le royaume de Dieu ; et les douze apôtres étaient avec lui. Il y avait aussi quelques femmes, qui avaient été délivrées des malins esprits et guéries de leurs maladies, entre lesquelles était Marie, surnommée Madeleine, de laquelle sept démons étaient sortis ; Jeanne, femme de Chuzza, intendant de la maison d'Hérode ; Susanne, et plusieurs autres qui l'assistaient de leurs biens.

THÉOPH. — Celui qui est descendu des cieux pour nous servir d'exemple et de modèle nous enseigne à instruire sans négligence ; d'où il est dit : « Quelque temps après, Jésus allait, etc. » — S. GRÉG. de Nazianze. — Il va de pays en pays, non-seulement pour en gagner un plus grand nombre, mais encore pour consacrer plus de lieux. Il dort et il travaille, afin de sanctifier le sommeil et le travail ; il pleure pour donner du prix aux larmes ; il annonce les choses du ciel afin d'exalter ceux qui l'écoutent. — TITE. — Celui qui est descendu du ciel sur la terre annonce le royaume céleste aux habitants de la terre, afin de changer la terre en ciel ; mais qui doit annoncer ce royaume, sinon le Fils de Dieu à qui il appartient ? Des prophètes nombreux sont venus ; cependant ils n'ont pas annoncé le royaume des cieux, car comment auraient-ils parlé des choses qu'ils n'avaient point vues ? — S. ISID. — Quelques-uns pensent que ce royaume de Dieu est quelque chose

CAPUT VIII.

Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat per civitates et castella prædicans et evangelizans regnum Dei ; et duodecim cum illo, et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malignis et infirmitatibus : Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem demonia exierant ; et Joanna, uxor Chuzæ, procuratoris Herodis, et Susanna, et aliz multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis.

THEOPH. Qui cœlitus descendit, ut exemplum fieret nobis et forma, intruit nos non pigritare in docendo : unde dicitur : Et factum est deinceps, et ipse iter facie-

bant, etc. GREG. Nazian. (in *Cat. græc. Patr.*). Vadit quippe de loco in locum, non solum ut plures lucretur, sed etiam ut multa dediceret loca. Dormit et laborat, ut somnum et laborem sanctificet : plorat, ut det pretium lacrymis ; prædicat cœlestia, ut audientes exaltet. TITUS Bostrensis. Qui enim de cœlo ad terram descendit, annuntiat habitantibus terram regnum cœleste, ut terram in cœlum convertat. Quis autem prædicare debeat regnum, nisi Filius Dei cuius est regnum ? Venerunt plures prophetæ ; non tamen prædicaverunt regnum cœlorum : nam qualiter eorum quæ non viderunt sermonem prætenderent ? ISID. Abbas (in

de meilleur et de plus élevé que le royaume céleste ; d'autres, au contraire, que c'est le même par essence, mais qu'on lui donne des noms différents ; ainsi, il est dit quelquefois *royaume de Dieu*, à cause de son roi ; et quelquefois *royaume des cieux*, à cause de ses sujets, les anges et les saints qui sont appelés *cieux*.

BÈDE. — Comme l'aigle qui excite ses petits à voler, le Seigneur élève insensiblement ses disciples vers les choses sublimes. Ainsi, il enseigne d'abord dans les synagogues, il fait des miracles, il choisit les douze qu'il nomme apôtres, ensuite il les prend seuls avec lui, en prêchant dans les villes et dans les bourgades ; d'où il est dit : « Les douze étaient avec lui. » — THÉOPH. — Ils n'enseignaient ni ne prêchaient, mais ils s'instruisaient auprès de lui. Cependant, afin que les femmes ne fussent point exclues de la suite du Christ, il est ajouté : « Il y avait aussi quelques femmes qui avaient été délivrées d'esprits mauvais ou de maladies ; Marie, nommée Madeleine, de laquelle sept démons étaient sortis. » — BÈDE. — Marie-Madeleine est celle dont il raconte la pénitence sans la nommer, dans le chapitre précédent. L'évangéliste la désigne sous ce nom célèbre dès qu'il rapporte qu'elle suivait le Sauveur, tandis que quand il en parle comme d'une pécheresse (pénitente), il l'appelle simplement une *femme*, de peur que l'infamie de ses premiers égarements ne flétrit un nom de tant de renommée. Il est dit que sept démons étaient sortis d'elle, pour montrer qu'elle avait été remplie de tous les vices. — S. GRÉG. — Que faut-il entendre, en effet, par sept démons, sinon tous les vices ? Car, comme tout temps se compose de sept jours, le nombre sept exprime l'uni-

cadem *Cat. græc.*). Hoc autem regnum Dei aliquibus videtur altius et inelius regno cœlesti; quibusdam vero unum et idem secundum essentiam, sed diversimode nominari; aliquando quidem regnum Dei a regnante; aliquando autem regnum cœlorum a subditis angelis et sanctis, qui cœli dicuntur.

BED. More autem aquilæ provocantis ad volandum pullos suos [*Deuteron.*, 32], Dominus pedetentim discipulos suos ad sublimitia erigit. Si quidem primo docet in synagogis et miracula facit: ex hinc duodecim quos apostolos nominat, eligit: postmodum eos solos per civitates et castella prædicans secum ducit: unde sequitur: Et duodecim cum illo. THEOPH. Non docentes aut prædicantes, sed instruendi ab eo. Ne autem

femineus sexus prohiberi videretur sequi Christum, subditur: Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus malis et infirmitatibus: Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant. BED. Maria Magdalene ipsa est cujus tacito nomine proxima lectio pœnitentiam narrat. Nam pulchre Evangelista, ubi eam cum Domino iter facere commemorat, noto hanc vocabulo manifestat; ubi vero peccatricem (sed pœnitentem) describit, mulierem generaliter dicit; ne nomen tantæ famæ prisoi erroris nota fuscaret, de qua dæmonia septem exiisse referuntur, ut universis vitiis plena fuisse monstretur. GRÉG. (in hom. 32, ut sup.). Quid enim per septem dæmonia, nisi universa vitia intelliguntur? Quia enim septem diebus omne tempus comprehen-

versalité. Marie eut donc sept démons, parce qu'elle fut remplie de tous les vices.

SUITE. — « Et Jeanne, femme de Chuza, procureur d'Hérode, et Suzanne, et plusieurs autres qui l'assistaient de leurs biens. » — S. JÉR. — Chez les Juifs c'était une coutume, et nullement condamnée, parce qu'elle était conforme aux usages anciens de cette nation, que les femmes donnassent de leurs biens pour nourrir et vêtir ceux qui les enseignaient. Saint Paul raconte qu'il abolit cet usage parce qu'il pouvait scandaliser les nations. Elles assistaient le Seigneur de leurs biens, afin qu'il reçût d'elles les choses temporelles pendant qu'elles recevaient de lui les spirituelles; non pas que le Seigneur eût besoin d'être nourri par les créatures, mais il voulait être le modèle de ceux qui enseignent, qui doivent se contenter de la nourriture et du vêtement de leurs disciples. — BÈDE. — Marie veut dire *mer amère*, à cause des mugissements de sa pénitence; Madeleine veut dire *tour*, à cause de cette tour dont il est dit: « Vous êtes devenu mon espérance, la tour de ma force contre mon ennemi; » Jeanne veut dire *grâce du Seigneur* ou miséricorde *du Seigneur*; c'est-à-dire que tout ce qui nous fait vivre est à lui. Si Marie, purifiée de la souillure de ses vices, représente l'Église des nations, pourquoi Jeanne ne désignerait-elle pas la même Église, autrefois soumise au culte des idoles? Car tout esprit mauvais qui travaille pour le royaume du diable est pour ainsi dire procureur d'Hérode. Suzanne veut dire *lis* ou *grâce*, à cause de la blancheur embaumée de la céleste vie et du feu d'or de la charité intérieure.

ditur, recte septenario numero universitas figuratur. Septem ergo dæmonia Maria habuit, quæ universis vitiis plena fuit.

Sequitur: Et Joanna, uxor Chusæ, procuratoris Herodis, et Susanna, et aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. HIER. (in *Matth.*, 27). Consuetudinis judaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, ut mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus darent: hoc quia scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abjecisse commemorat (1 *Cor.*, 9). Ministrabant autem Domino de substantia sua ut meteret earum carnalia, cujus ipsæ metebant spiritualia: non quod indigeret cibis Dominus creaturarum, sed ut typum ostenderet magistrorum, quod victu atque vestitu de discipulis de-

berent esse contenti. BÈD. Interpretatur autem Maria amarum mare propter pœnitentiæ rugitum; Magdalena turris, vel melius turrensis, a turre de qua dicitur (*Psal.* 66): Factus es spes mea, turris fortitudinis a facie inimici; Joanna Dominus gratia ejus, vel, Dominus misericors interpretatur; videlicet quia ejus est omne quod vivimus. Si autem Maria mundata a sorde vitiorum Ecclesiam de gentibus insinuat, cur non Joanna eandem designat Ecclesiam, quondam idolorum cultui subditam? nam quilibet malignus spiritus dum pro regno diaboli facit, quasi Herodis procurator existit. Interpretatur Susanna liliolum, aut gratia ejus, propter odoriferum cœlestis vitæ candorem, aureumque internæ dilectionis ardorem.

Or, le peuple s'assemblant en foule, et se pressant de sortir des villes pour venir vers lui, il leur dit en parabole : Celui qui sème est allé semer son grain, et une partie de la semence qu'il semait est tombée le long du chemin, où elle a été foulée aux pieds, et les oiseaux du ciel l'ont mangée. Une autre partie est tombée sur des pierres, et ayant levé, elle s'est séchée, parce qu'elle n'avait point d'humidité. Une autre est tombée au milieu des épines, et les épines croissant avec la semence l'ont étouffée. Une autre partie est tombée dans de bonne terre, et ayant levé, elle a porté du fruit, et a rendu cent pour un. En disant ceci, il criait : Que celui-là l'entende, qui a des oreilles pour entendre. Ses disciples lui demandèrent ce que voulait dire cette parabole. Et il leur dit : Pour vous, il vous a été donné de connaître le mystère du royaume de Dieu; mais pour les autres, il ne leur est proposé qu'en paraboles; afin qu'en voyant ils ne voient pas, et qu'en écoutant ils ne comprennent point. Voici ce que veut dire cette parabole : la semence, c'est la parole de Dieu. Ceux qui sont marqués par ce qui tombe le long du chemin sont ceux qui écoutent la parole; mais le diable vient ensuite, qui enlève cette parole de leur cœur, de peur qu'ils ne croient et ne soient sauvés. Ceux qui sont marqués par ce qui tombe sur des pierres sont ceux qui, écoutant la parole, la reçoivent avec joie; mais ils n'ont point de racine, parce qu'ils croient seulement pour un temps, et qu'au temps de la tentation ils se retirent. Ce qui tombe dans les épines marque ceux qui ont écouté la parole, mais en qui elle est ensuite étouffée par les inquiétudes, par les richesses, et par les plaisirs de cette vie, de sorte qu'ils ne portent point de fruit. Enfin ce qui tombe dans la bonne terre marque ceux qui, ayant écouté la parole avec un cœur bon et excellent, la retiennent et la conservent, et portent du fruit par la patience.

THEOPH. — Le Seigneur accomplit ici cette parole de David : « J'ouvrirai ma bouche en paraboles; » d'où il est dit : « Comme le peuple s'assemblait en foule et se pressait de sortir des villes pour venir à lui, il leur dit cette parabole. » Le Seigneur parle ainsi en paraboles : premièrement, pour rendre ses auditeurs plus attentifs; car les hommes

Cum autem turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem : Exiit qui seminat seminare semen suum. Et dum seminat, aliud cecidit secus viam, et conculcatum est, et volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, et simul exortæ spinæ suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam; et ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat : Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli ejus quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei; cæteris autem in parabolis; ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Est autem hæc parabola, semen est verbum Dei. Quod autem secus viam, hi

sunt qui audiunt; deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant. Nam quod supra petram, hi sunt qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum; et hi radices non habent, quia ad tempus credunt, et in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ euntes suffocantur, et non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia.

THEOPH. Quod David in persona Christi prædixerat (Psal. 77) : Aperiam in parabolis os meum, hic dominus implet : vnde dicitur : Cum autem turba plurima conveniret, et de civitatibus properarent ad eum,

s'appliquent davantage aux choses obscures et dédaignent celles qui sont trop claires; secondement, afin que les indignes ne comprissent point ce qui était dit d'une manière mystérieuse. — ORIG. — C'est pour cela qu'il est dit expressément : « Comme le peuple s'assemblait en foule, etc. » Car ce n'est point la foule, mais un petit nombre qui marche dans la voie étroite et qui trouve le chemin qui mène à la vie; d'où saint Matthieu dit qu'il enseignait en paraboles hors de la maison, mais que dans la maison il expliquait la parabole aux disciples (1).

S. EUS. — Le Christ propose sa première parabole à la multitude non-seulement de ceux qui sont présents, mais encore de ceux qui viendront après eux; et pour les exhorter à écouter ses paroles, il dit : « Le semeur sortit semer son grain. »

BÈDE. — Ce semeur ne peut être que le Fils de Dieu qui, sortant du sein de son Père (où les créatures n'ont aucun accès), est venu dans le monde pour rendre témoignage à la vérité. — S. CHRYS. — Celui qui est partout n'est point sorti d'une manière locale, mais il s'est approché de nous en revêtant la chair. Le Christ appelle avec raison sa propre venue une *sortie*, car nous étions exclus loin de Dieu et rejetés comme des rebelles condamnés par leur roi; celui donc qui veut les réconcilier sort vers eux au dehors et leur parle jusqu'à ce que, devenus dignes de paraître en présence du roi, il les introduise : ainsi a fait le Christ. — THÉOPH. — Il sort maintenant non pour perdre les la-

(1) Saint Matthieu ne dit ceci que de la parabole de l'ivraie.

dixit per similitudinem. Loquitur autem Dominus per similitudinem : primo quidem, ut attentiores faceret auditores : consueverunt enim homines in obscuris se exercitare, et spernere manifesta : deinde ut non carperent indigni, quæ mystice dicebantur. ORIG. (in *Cat. græc. Patr.*). Et ideo signanter dicitur : Cum turba plurima convenirent, et de civitatibus, etc. Non enim sunt multi, sed pauci qui per arctam viam incedunt, et qui inveniunt viam quæ ducit ad vitam : unde Matthæus dicit (c. 13) quod extra domum docebat per parabolas, sed intra domum parabolam discipulis exposuit.

EUSEB. (in eadem *Cat. græc.*). Satis autem congrue Christus primam proponit parabolam multitudini, non solum tunc assistantium, sed etiam futurorum post illos; inducens ad audientiam verborum suorum,

cum dicit : Exiit qui seminat seminare semen suum.

BÈD. Satorum istum nullum melius quam Filium Dei intelligere possumus, qui de sinu Patris (quo creaturæ non erat accessus) egrediens, ad hoc venit in mundum, ut testimonium perhiberet veritati (Joan., 19). CHRYS. (hom. 45). Exiit autem qui ubique est, non localiter, sed per amiotum carnis nobis appropinquavit. Decenter autem adventum proprium Christus exitum nominat : eramus enim exclusi a Deo; et sicuti condemnati et rebelles regis ejecti sunt; qui vero reconciliare vult eos, exiit ad ipsos extra cum eis loquitur, donec dignos jam factos aspectu regio, eos introducat; sic etiam Christus fecit. THÉOPH. Exiit autem nunc, non ut agricolas perderet aut combureret terram, sed exiit seminare : sæpe

boueurs ou pour brûler la terre, mais pour semer; car souvent le laboureur qui sème sort pour autre chose que pour semer. — Eus. — Plusieurs sortirent de la patrie céleste et descendirent parmi les hommes : ce n'était point pour semer, car ils n'étaient point semeurs, mais envoyés comme ministres de l'Esprit pour remplir une mission. Moïse lui-même, et les prophètes après lui, ne semèrent point parmi les hommes les mystères du royaume des cieux; mais, retirant les insensés de l'erreur du mal et du culte des idoles, ils cultivaient pour ainsi dire les âmes des hommes et les défrichaient. Le Verbe de Dieu, seul semeur de tous, est sorti pour jeter les nouvelles semences de l'Évangile, c'est-à-dire les mystères du royaume des cieux. — **THÉOPH.** — Le Fils de Dieu ne cesse point de semer dans nos cœurs; car, non-seulement quand il enseigne, mais encore quand il crée, il jette la bonne semence dans nos âmes. — **TITE.** — Il sortit pour semer sa semence, car il n'a point reçu la parole comme d'emprunt, étant lui-même par nature le Verbe du Dieu vivant. La semence de Paul ou de Jean n'est point leur propre semence, ils l'ont parce qu'ils l'ont reçue; le Christ, au contraire, a sa propre semence, il tire de sa nature son enseignement; d'où les Juifs eux-mêmes disaient : « Comment connaît-il les Écritures, ne les ayant point apprises? »

S. Eus. — Il enseigne qu'il y a deux degrés parmi ceux qui reçoivent la semence : le premier se compose de ceux qui sont devenus dignes de la vocation céleste, mais qui perdent la grâce par négligence et tiédeur; le second se compose de ceux qui multiplient la semence par de bons fruits. De plus, selon saint Matthieu, il établit trois diffé-

enim agricola qui seminat, ob aliam causam exit, non solum ut seminet. EUSEB. (ut sup.). Exiverunt autem nonnulli a patria cœlesti, et ad homines descenderunt, non tamen ut sererent; neque enim satores erant, sed administratorii Spiritus in ministerium missi (*ad Hebr.*, 1, vers. 14). Moyses etiam et prophetæ post eum non inseruerunt hominibus mysteria regni cœlorum, sed retrahendo insipientes ab errore nequitiae et idolorum cultu, quasi colebant animas hominum, et in novalia redigebant. Solus autem omnium sator Verbum Dei exivit evangelizaturus nova semina, scilicet mysteria regni cœlorum. **THÉOPH.** Non cessat autem Dei Filius semper in nostris animabus seminare : nam non solum cum docet, sed etiam cum creat, in nostris ani-

mabus seminat semina bona. **TIT.** Bostrens. Exiit autem ut seminaret semen suum; non autem accepit verbum quasi mutuum, cum ipse naturaliter sit Verbum Dei vivi. Non est igitur suum proprium semen Pauli, vel Joannis, sed habent eum acceperint : Christus autem habet proprium semen, proferens doctrinam ex sua natura : unde et Judæi dicebant (*Joan.*, 7, vers. 15) : Qualiter hic literas novit quas non didicit?

EUSEB. (ut sup.). Docet igitur duos esse gradus eorum qui recipiunt semina : primum quidem eorum qui digni facti sunt vocatione cœlesti, sed labuntur a gratia propter negligentiam et teporem; secundum vero multiplicantium semen in bonis fructibus. Ponit autem secundum Matthæum tres differentias in quolibet gradu. Nam qui

rences dans chaque degré; car tous ceux qui étouffent la semence n'ont pas la même manière de la rendre inutile, et ceux qui fructifient par elle ne la reçoivent pas avec la même abondance. Il montre dans quelles circonstances on perd la semence. Les uns, sans avoir péché, ont perdu la semence salutaire qui avait été jetée dans leurs âmes : elle est soustraite à leur attention et à leur mémoire par les esprits mauvais et par les démons qui volent dans l'air, ou par les hommes fourbes et astucieux qu'il appelle *des oiseaux*; d'où il suit : « Une partie de la semence qu'il semait tomba le long du chemin. » — THÉOPH. — Il ne dit pas que le semeur la jeta le long du chemin, mais que la semence y tomba. Car celui qui sème enseigne la bonne parole; mais cette parole tombe de diverses manières sur ceux qui l'entendent; de sorte que quelques-uns sont représentés par ce chemin, « où elle fut foulée aux pieds et où les oiseaux du ciel la mangèrent. » — S. CYN. — Tout chemin est aride et inculte, parce qu'il est foulé aux pieds, et que nulle semence ne germe en lui. Ainsi, les enseignements divins ne pénètrent point ceux qui ont un cœur indocile, et la louange des vertus ne peut y germer : ceux-là sont un chemin fréquenté par les esprits impurs. Il en est d'autres qui portent la foi en eux-mêmes avec légèreté, comme de simples paroles; leur foi manque de racines; c'est d'eux qu'il est dit : « Une autre partie tomba sur des pierres et, ayant levé, elle sécha parce qu'elle n'avait point de sève. » — BÈDE. — Il appelle *Pierre* un cœur dur et rebelle; au contraire, cette sève à la racine de la semence, qui dans une autre parabole est figurée par l'huile destinée à alimenter les lampes des vierges, représente l'amour et la persévérance dans la vertu. — S. EUS. — Enfin il en est d'autres encore

corrumpunt semen, non similem habent perditionis modum; et qui ab eo fructificant, non æquam recipiunt copiam. Sane occasiones perditionum semen ostendit. Quidam enim cum non peccaverint, suis animabus insita sibi semina salubria perdidērunt; subtracta ab intentione et memoria eorum per spiritus malignos et dæmones, qui volant per aerem; vel viros fallaces et callidos, quæ volatilia nuncupavit: unde subdit: Et dum seminatur, aliud cecidit secus viam. THEOPH. Non dixit quod seminans projecit aliud secus viam, sed quod semen cecidit; qui enim seminatur, docet rectum sermonem: sed sermo diversimode cadit in audientes, ut quidam eorum via dicantur: Et conculcatum est, et volucres

cœli comederunt illud. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Arida enim est et inculta quodammodo omnis via; eo quod a cunctis conculcatur, ac nihil ex seminibus humatur in ea. Sic igitur habentes cor indocile non penetrat divina monitio, ut possit laudem germinare virtutum; sed tales sunt via frequentata immundis spiritibus. Sunt iterum aliqui leviter gerentes fidem in se, quasi in verborum simplicitate: horum fides caret radice de quibus subditur: Et aliud cecidit supra petram, et natum aruit, quia non habebat humorem. BÈD. Petram dicit durum et indomitum cor: hoc est autem humor ad radicem seminis, quod juxta aliam parabolam oleum ad lampades virginum nutriendas (Matth., 25), id est, amor et per-

qui, par l'avarice, par le désir des voluptés et par les sollicitudes mondaines, que le Christ nomme *des épines*, étouffent la semence qui est jetée en eux; il est dit de ceux-là : « Une autre tomba au milieu des épines, etc. » — S. CHRYS. — Car comme les épines ne laissent point croître la semence, mais l'étouffent par leur épaisseur, ainsi les sollicitudes de la vie présente ne laissent point fructifier la semence spirituelle. Or le laboureur qui sèmerait sur les épines matérielles, sur la pierre et sur le chemin, serait répréhensible; car il est impossible que la pierre devienne terre, ou que le chemin ne soit pas chemin, ou que les épines ne soient pas épines. Mais il en est autrement des choses spirituelles; car il est possible que la pierre se change en bonne terre, que le chemin ne soit plus foulé aux pieds et que les épines soient arrachées.

S. CYR. — La terre bonne et fertile représente les âmes honnêtes et vertueuses qui reçoivent dans leur profondeur la semence de la parole, qui la retiennent et la font germer; c'est d'elles qu'il est dit : « Une autre partie tomba dans une bonne terre et, ayant levé, elle produisit du fruit au centuple. » En effet, lorsque la parole divine est jetée dans une âme exempte de tous les troubles, elle prend des racines profondes, elle germe comme des épis, et elle arrive à une parfaite maturité. — BÈDE. — *Le fruit au centuple* signifie le fruit parfait : en effet, le nombre dix exprime toujours la perfection, parce que l'accomplissement de la loi est dans les dix commandements; mais le nombre dix multiplié par lui-même produit le nombre cent, de sorte que le nombre cent exprime la plus grande perfection.

S. CYR. — Apprenons le sens de cette parabole de celui qui l'a com-

severantia virtutis. EUSEB. (ut sup.). Sunt etiam aliqui qui per avaritiam et appetitum voluptatum et mundanas sollicitudines, quas quidem spinas nuncupat immissum sibi semen suffocari fecerunt : de quibus subditur : Et aliud cecidit inter spinas, etc. CHRYS. (hom. 45, in Matth.). Sicut enim spinæ non permittunt oriri semen, sed ex condensatione suffocant immissum : sic sollicitudines vitæ præsentis, semen spirituale fructificare non sinunt. Increpandus autem esset agricola, qui super sensibiles spinas, et petram, et viam seminaret : non enim possibile est petram terram fieri; nec viam non esse viam, nec spinas non esse spinas. In rationalibus autem secus est : possibile est enim petram converti in terram pinguem, et viam non conculcari, et spinas dissipari.

pinguis et ferax animæ honestæ et bonæ, quæ in profundo suscipiunt verbi semina, et retinent, et fovent : et quantum ad hoc subditur : Et aliud cecidit in terram bonam; et ortum, fecit fructum centuplum; cum enim in mentem mundam ab omnibus perturbationibus verbum divinum infunditur, tunc immittit radices in profundum, et germinat tanquam spinas, et convenienter perficitur. BÈDE. Fructum enim centuplum fructum perfectum dicit : nam denarius numerus pro perfectione semper accipitur, quia in decem præceptis custodia legis (id est, ejus observatio) continetur : denarius autem numerus per semetipsum multiplicatus, in centenarium surgit; unde per centenarium magna perfectio significatur.

CYRIL. (ubi sup.). Quæ autem sit sententia parabolæ accipiamus per eum qui eam

posée; d'où il suit : « En disant ceci, il criait : Que celui-là entende qui a des oreilles pour entendre. » — S. BAS. — C'est l'intelligence qui entend; aussi le Seigneur excite par là leur attention à écouter ce qu'il dit. — BÈDE. — Chaque fois que cet avertissement est répété soit dans l'Évangile, soit dans l'Apocalypse de saint Jean, il annonce que ce qui se dit est mystérieux et que nous devons le méditer avec plus d'attention. C'est pour cela que les disciples ignorants interrogent le Sauveur; car il suit : « Ses disciples lui demandèrent, etc. » Cependant ne pensez pas que les disciples lui aient fait cette question aussitôt que la parabole fut finie, mais, comme dit saint Marc, « ils l'interrogèrent lorsqu'il fut seul. » — ORIG. — La *parabole* est le récit d'un fait imaginaire, qui n'est point arrivé comme il est raconté, mais qui est possible et qui signifie autre chose par l'application de ce qui est rapporté dans la parabole. L'*énigme* est la conséquence d'un récit imaginaire qui n'est ni arrivé ni possible, mais qui a un sens caché, comme ce qui est dit au livre des Juges, que « les arbres s'assemblèrent pour s'élire un roi. » Ainsi, ce qui est dit : « Le semeur sortit, » n'est point arrivé à la lettre comme le raconte l'évangéliste, quoique cela soit possible.

Eus. — Le Seigneur leur dit le motif pour lequel il parlait au peuple en paraboles; d'où il est ajouté : « Il leur dit : Pour vous, il vous a été donné de connaître le mystère du royaume de Dieu. » — S. GRÉG. de Nazianze. — Que ces paroles ne vous induisent point à imaginer des natures différentes, comme quelques hérétiques qui pensent que la nature des uns est de se perdre, que celle des autres est de se sauver, et que quelques-uns seulement deviennent pires ou meilleurs par leur

composuit : unde sequitur : *Ilæc dicens clamavit : Qui habet aures audiendi, audiat.* BASIL. (in *Cat. græc. Patr.*, ubi sup.). Audire pertinet ad intellectum : unde per hoc Dominus excitat ad exaudiendum attente intentionem eorum quæ dicuntur. BÈDE. Quoties enim hæc admonitio vel in evangelio vel in Apocalypsi Joannis interponitur, mysticum esse quod dicitur quærendumque a nobis intentius ostenditur. Unde discipuli ignorantes, Salvatorem interrogant : sequitur enim : Interrogabant autem eum discipuli, etc. Nemo tamen putet finita mox parabola discipulos hoc interrogasse, sed ut Marcus ait (cap. 4, vers. 10) : Cum esset singularis, interrogaverunt eum. ORIG. (in *Cat. græc. Patr.*). Est autem parabola sermo quasi facti, non autem facti juxta quod dicitur, possibilis autem fieri, rerum signi-

ficativus per transumptionem eorum quæ in parabola traduntur. *Ænigma* vero est processus sermonis in his quæ dicuntur quasi facta; quæ tamen non sunt facta, nec possibilia fieri; significat vero aliquid in occulto, sicut quod in libro dicitur *Judicium* (cap. 9) quod ligna iverunt ut ungerent sibi regem. Non autem ad litteram factum quod dicitur : *Exiit qui seminat*, sicut ea quæ narrat historia; possibile tamen fuit fieri.

EUSEB. (in *Cat. græc. Patr.*). Dominus vero docuit eos causam quare turbis per parabolas loquebatur : unde subditur : *Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei.* GREG. Nazian. (in eadem *Cat. græc.*). Cum hoc audis, non introduces diversas naturas secundum quosdam hæreticos, qui putant hos quidem esse pereuntis

volonté ; mais à ce qui est dit : « Il vous a été donné, » ajoutez : à vous qui voulez et qui êtes dignes. — THÉOPH. — Pour ceux qui sont indignes de si grands mystères, ils leur sont dits d'une manière obscure ; d'où il suit : « Mais, pour les autres, il leur est proposé en paraboles, afin qu'en voyant ils ne voient point et qu'en entendant ils ne comprennent point. » Car ils croient voir, mais ils ne voient point ; ils entendent, mais ils ne comprennent point. Or le Christ leur cache ces choses de peur qu'ils ne deviennent plus coupables si, après avoir connu les mystères du Christ, ils les méprisaient ; car celui qui comprend et qui méprise sera plus sévèrement puni. Ainsi, ceux-là entendent en paraboles qui ferment le sens de leur cœur et ne cherchent point à connaître la vérité, oubliant ce que le Seigneur a dit : « Que celui-là entende qui a des oreilles pour entendre. »

S. GRÉG. — Cependant le Seigneur daigna expliquer ce qu'il disait, afin que nous sachions trouver le sens même des choses qu'il ne nous a point expliquées lui-même ; car il suit : « Voici donc cette parabole : La semence est la parole de Dieu. » — S. EUS. — Il dit que la semence jetée dans les âmes est détruite par trois causes. Les uns détruisent la semence jetée en eux en écoutant par légèreté ceux qui veulent les tromper ; pour ceux-là, il ajoute : « Ce qui tombe le long du chemin figure ceux qui écoutent ; ensuite le diable vient et enlève la parole de leur cœur. » — BÈDE. — Ce sont ceux qui écoutent la parole et qui ne s'appliquent à la recevoir ni par la foi, ni par l'intelligence, ou qui du moins ne font aucune tentative pour l'appliquer dans leurs actions. — S. EUS. — D'autres, n'ayant pas reçu la parole

naturæ, hos vero salubris ; quosdam vero sic se habere ut eorum voluntas eos ducat ad pejus vel melius : sed addas ei quod dicitur, vobis datum est, id est, volentibus, et simpliciter dignis. THÉOPH. His autem qui sunt indigni tantis mysteriis, obscure dicuntur : unde sequitur : Cæteris autem in parabolis ; ut videntes non videant, et audientes non intelligant. Videre enim se putant, non vident autem ; et audiunt quidem, sed non intelligunt. Hujus ergo gratia hoc eis Christus abscondit ne majus eis præjudicium generetur, si postquam noverint Christi mysteria, contempserint : qui enim intelligit et postea spernit, gravior punietur. BÈD. Recte igitur in parabolis audiunt, quando clausis sensibus cordis, non curant cognoscere veritatem ; obli-

ejus quod Dominus dixerat : Qui habet aures audiendi, audiat.

GRÉG. (in hom. 15, in Evang.). Dominus autem dignatus est exponere quod dicebat, ut sciamus rerum significationes querere etiam in his quæ per semetipsum noluit explanare : sequitur enim : Est autem hæc parabola : semen est Verbum Dei. EUSÈB. (ubi sup.). Destruentium autem immissa semina suis animabus tres dicit esse causas. Quidam enim destruunt in se semen reconditum, dantes leviter auditum volentibus fallere : de quibus subdit : Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt ; deinde venit diabolus, et tollit verbum de corde eorum. BÈD. Qui scilicet verbum quod audiunt, nulla fide, nullo intellectu, nulla saltem tentandæ utilitatis actione percipere

de Dieu dans le fond de leur âme, la laissent périr quand vient l'adversité; pour ceux-là, il est dit : « Ce qui tombe sur des pierres représente ceux qui, écoutant la parole, la reçoivent avec joie; mais ils n'ont point de racine, ils croient pour un temps, et, au moment de la tentation, ils se retirent. — S. CYR. — Lorsqu'ils entrent dans l'Église, ils envisagent les divins mystères avec joie, mais avec une volonté légère; à peine sortis de l'Église, ils oublient les enseignements sacrés. Si la foi chrétienne est en paix, ils persévèrent; mais si la persécution la trouble, leur âme prend la fuite, parce que leur foi manque de racine. — S. GRÉG. — Beaucoup entreprennent de bien vivre; mais bientôt après avoir commencé, comme fatigués par l'adversité ou la tentation, ils abandonnent leur entreprise. Leur terre remplie de pierres n'avait donc point de sève, puisqu'elle n'a pu soutenir jusqu'à la persévérance des fruits ce qu'elle avait fait germer. — S. EUS. — D'autres, enfin, étouffent la semence jetée en eux dans les richesses et les plaisirs comme dans des épines épaisses; pour eux, il est ajouté : « Ce qui tombe dans les épines représente ceux qui ont écouté la parole, mais en qui elle est étouffée par les sollicitudes, par les richesses et par les plaisirs de la vie, etc. » — S. GRÉG. — Pourquoi donc le Seigneur compare-t-il les richesses à des épines? Les unes piquent, les autres réjouissent, et cependant ce sont des épines, parce qu'elles déchirent l'âme par leurs poignantes préoccupations, et, quand elles entraînent au péché, elles blessent, pour ainsi dire, et elles tourmentent. De plus, il joint encore deux choses aux richesses : les sollicitudes et les plaisirs, qui accablent de soucis, et dont l'excès fait mourir. Elles

dignantur. EUSEB. (ut sup.). Quidam vero cum in mentis profundo non susceperint verbum Dei, facile extinguuntur adveniente adversitate; de quibus subditur : Nam qui supra petram, hi sunt qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum; et hi radices non habent quia ad tempus credunt et in tempore tentationis reoedunt. CYRIL. (ubi sup.). Cum enim intrant Ecclesiam, lætanter attendunt divina mysteria, sed ex levi voluntate : ut autem egressi sunt Ecclesiam, obliviscuntur sacramentum disciplinaram : et si fides christiana non fluctuet, permanent; turbante vero persecutione, profugam habent mentem, quia fides eorum caret radice. GRÆG. (in hom. 15, ut sup.). Multi boni operis initia proponunt, sed mox ut fatigari adversitatibus vel tentationibus cœperint, inchoata derelinquunt. Petrosa ergo terra humorem non habuit, quæ hoc quod germinaverat, ad fructus perseverantiam non perduxit. EUSEB. (ut sup.). Quidam vero suffocant reconditum in eis semen divitiis et illecebris, quasi quibusdam suffocantibus spinis, de quibus subditur : Quod autem in spinis cecidit, hi sunt qui audierunt, et a sollicitudinibus, et divitiis, et voluptatibus vitæ suffocantur, etc. GRÆG. (in hom. 15, ut sup.). Mirum quomodo Dominus divitias spinas interpretatus sit; cum illæ pungant, istæ delectent : et tamen spinæ sunt quia cogitationum suarum punctioibus mentem lacerant; et cum usque ad peccatum pertrahunt, quasi inflicto vulnere cruentant. Duo autem sunt quæ divitiis jungit : sollicitudines et voluptates; quia per curam mentem opprimunt, et per affluentiam resolvunt.

étouffent la semence, parce qu'elles étranglent l'âme par leurs pensées importunes et ne laissent entrer aucun bon désir dans le cœur; elles tuent, pour ainsi dire, la respiration de la vie.

S. Eus. — Le Seigneur a annoncé ces choses par prévision, et elles sont vérifiées par les faits; car nul ne néglige le Verbe divin que selon l'une des manières qu'il a prédites. — S. CHRYS. — En résumé, les uns se désistent du bien par négligence à écouter la parole; d'autres par lâcheté ou par faiblesse; d'autres enfin parce qu'ils sont devenus esclaves de la volupté et des biens du monde. Tel est l'ordre naturel : un chemin, des pierres et des épines. En effet, il faut d'abord de la mémoire et de l'attention, puis du courage, et enfin du mépris pour les choses présentes. Il parle ensuite de la bonne terre qui fait à l'inverse du chemin, des pierres et des épines, quand il ajoute : « Ce qui tombe dans la bonne terre représente ceux qui, ayant écouté la parole avec un cœur bon et excellent, la retiennent, etc. » En effet, ceux qui sont le long du chemin ne retiennent pas la parole, mais le démon enlève leur semence; ceux qui sont dans les pierres ne soutiennent pas avec patience les assauts de la tentation à cause de leur faiblesse; enfin, ceux qui sont dans les épines ne portent point de fruit, mais étouffent la parole.—S. GRÉG. — Or la bonne terre produit du fruit par la patience, parce que nous ne faisons aucun bien si nous ne supportons avec patience même le mal que nous font nos proches. Ainsi, ils produisent du fruit par la patience, parce que, recevant humblement les épreuves, ils sont admis après les épreuves dans la joie du repos céleste.

Suffocant autem semen, quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant, et dum bonum desiderium intrare ad cor non sinunt, quasi aditum vitalis flatus necant.

EUSEB. (ut sup.). Hæc autem ex provisione a Salvatore prædicta sunt : sic autem se habere patefacit effectus : non enim aliter aliqui a verbo divini cultus deficiunt, nisi secundum aliquem modorum predictorum ab eo. CHRYS. (hom. 45, in Matth.). Et ut plura brevibus comprehendam, hi quidem tanquam negligentes audire; hi tanquam delicati et debiles; hi vero tanquam servi facti voluptatis et rerum mundi, a bono desistunt. Bonus etiam ordo viæ, petræ et spinarum : opus enim est primo memoria et cautela ; deinde fortitudinis ;

consequenter contemptus præsentium. Consequenter ponit bonam terram contrario modo se habentem ad viam, et petram, et spinas ; cum subdit : Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono et optimo verbum retinent, etc. Nam qui secus viam positi sunt, non retinent verbum, sed rapit eis semen diabolus ; qui vero sunt in petra, non sustinent in patientia tentationis insultum propter imbecillitatem ; qui vero sunt in spinis, non fructificant, sed suffocantur. GRÉG., in hom. 15 (ut sup.). Terra ergo bona fructum per patientiam reddit ; quia nulla sunt bona quæ agimus, si non æquanimitè etiam proximorum mala toleramus. Fructum ergo per patientiam reddunt, quia cum humiliter flagella suscipiunt, post flagella ad requiem sublimiter cum gaudio suscipiuntur.

Il n'y a personne qui, après avoir allumé une lampe, la couvre d'un vase, ou la mette sous le lit; mais on la met sur le chandelier afin qu'elle éclaire ceux qui entrent; car il n'y a rien de secret qui ne doive être découvert, ni rien de caché qui ne doive être connu, et paraître publiquement. Prenez donc bien garde de quelle manière vous écoutez; car on donnera encore à celui qui a déjà, et pour celui qui n'a rien, on lui ôtera même ce qu'il croit avoir.

BÈDE. — Après avoir dit aux apôtres : « Pour vous, il vous a été donné de connaître le mystère du royaume de Dieu; mais, pour les autres, il leur est proposé en paraboles, » il leur montre maintenant que le même mystère doit un jour être révélé par eux aux autres, en disant : « Il n'est personne qui, allumant une lampe, la couvre d'un vase ou la mette sous le lit, etc. »

S. EUS. — Comme s'il disait : De même qu'une lampe est allumée pour éclairer, et non pour être mise sous le boisseau ou sous le lit, de même les mystères du royaume des cieux, quoique racontés en paraboles et cachés à ceux qui sont étrangers à la foi, n'auront pas pour tous un sens inconnu; d'où il ajoute : « Car il n'y a rien de secret qui ne doive être découvert, ni rien de caché qui ne doive être connu et venir au jour. » Comme s'il disait : Quoique beaucoup de choses aient été dites en paraboles, afin que, voyant, ils ne voient point, et qu'entendant, ils ne comprennent point, à cause de leur incrédulité, cependant toute parole sera expliquée.

— S. CHRYS. — Ou encore : par cette comparaison, il enseigne la confiance de la prédication, afin que personne, redoutant les inconvénients charnels, ne cache la lumière de la science. En effet, par le vase et par le lit, il désigne la chair; et par la lampe, il

Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. Non est enim occultum quod non manifestetur, nec absconditum quod non cognoscatur, et in palam veniat. Videte ergo quid audiat : qui enim habet, dabitur illi; et quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.

BÈDE. Quia supra dixerat apostolis : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis; nunc ostendit per eos aliquando etiam cæteris idem mysterium esse revelandum, dicens : Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase aut subtus lectum ponit, etc.

EUSEB. (in *Cat. græc. Patr.*). Quasi diceret : Sicut lucerna accenditur ut luceat, non ut operiatur sub modio vel lecto; sic etiam secreta regni cælorum in parabolis edita, quamvis lateant alienos a fide, non tamen penes omnes inmanifestum habebunt sensum : unde subdit : Non enim est occultum quod non manifestetur; nec absconditum quod non cognoscatur, et in palam veniat : quasi diceret : Quamvis plurima in parabolis dicta sint, ut videntes non videant, et audientes non intelligant propter sui incredulitatem; totus tamen sermo patebit. AUG., *De quæst. Evang.* (ut sup.). Vel aliter : his verbis typice docet fiduciam prædicandi, ne quis timore carnalium incommodorum lucem scientiæ abscon-

désigne le Verbe. Or, celui qui le cache par crainte d'inconvénients charnels met la chair au-dessus de la manifestation de la vérité, et celui qui craint de prêcher couvre, pour ainsi dire, le Verbe avec sa chair. Celui-là, au contraire, pose la lampe sur le chandelier qui dévoue son corps au service de Dieu, de sorte que la prédication de la vérité soit au-dessus, et que le corps soit esclave au-dessous. — ORIG. — Celui qui veut poser sa lampe comme les meilleurs disciples du Christ nous persuadera par ce qui a été dit de Jean-Baptiste, qu'il était une lampe ardente et lumineuse. Celui donc qui allume dans son âme la lampe spirituelle ne doit point la cacher sous le lit où quelqu'un repose, ni sous aucun meuble, parce que celui qui fait ainsi ne pourvoit point à ceux qui entrent dans sa maison, et pour lesquels il prépare la lampe; mais il doit la placer sur un candélabre, c'est-à-dire sur toute l'Église.

S. CHRYS. — Il les engage par ces paroles à l'activité de la vie; il leur enseigne à être courageux, comme étant sous les regards de tous et combattant dans le monde, qui est semblable à un théâtre; comme s'il disait : Ne faites pas attention au petit espace du monde que nous habitons, car vous serez connus de tous; il est impossible qu'une si grande puissance reste cachée. — S. MAX. — Peut-être se désigne-t-il lui-même par cette lampe qui éclaire tous ceux qui habitent la maison, c'est-à-dire le monde. Étant Dieu par nature, et s'étant fait chair par miséricorde, il est semblable à la lumière d'une lampe, et il est retenu dans la terre de sa chair par le moyen de son âme, de même que le feu est retenu par la mèche dans le vase de terre d'une lampe.

dat : vasis enim et lecti nomine carnem, lucernæ autem vocabulo verbum designat, quod qui ob metum carnalium incommodorum occultat, ipsam carnem præponit manifestationi veritatis; et ea quasi operit verbum, qui prædicare trepidat : supra candelabrum autem ponit lucernam, qui corpus suum ministerio Dei subicit, ut superior sit prædicatio veritatis, et inferior servitus corporis.

ORIG. (in *Cat. græc. Patr.*). Sed et qui vult adaptare lucernam perfectioribus Christi discipulis, persuadebit nobis per ea que dicta sunt de Joanne, quoniam ipse erat lucerna ardens et lucens (Joan., 5) : non decet ergo eum qui lucernam rationalem accendit in animo, abscondere eam sub lecto, ubi quis requiescit, nec sub aliquo alio vase; quia qui facit hoc, non providet

intranctibus domum, quibus lucerna paratur; sed oportet superponere candelabro, id est, omni Ecclesiæ.

CHRYS. (hom. 15, in *Matth.*). Hoc autem dicens inducit eos ad vitæ diligentiam; docens eos strenuos esse, quasi expositos aspectibus omnium, ac pugnantes in mundo quasi in teatro : quasi dicat : Ne consideretis quod manemus in modica parte mundi; eritis enim omnibus noti, quia tantam virtutem impossibile est latere. MAXIM. (in *Cat. græc. Patr.*). Vel forsan seipsum appellat Dominus lucernam radiantem cunctis habitantibus domum, id est, mundum; cum sit naturaliter Deus, et factus dispensative caro; et sic quasi lux ad instar lucernæ retinetur in testa carnis per mediam animam, sicut per lychnum ignis in testa lucernæ. Vocat autem candelabrum Ecclesiam, su-

De plus, il appelle *candélabre* l'Église, au-dessus de laquelle brille le Verbe divin, qui l'éclaire des rayons de la vérité comme une lampe éclaire une maison. Enfin, il compare le culte matériel de la loi à un *vas* ou à un *lit* sous lequel il ne veut point être caché.

BÈDE. — Le Seigneur nous exhorte avec instance à être attentifs à la parole, afin que nous la méditions sans cesse en notre cœur, et que nous puissions la faire entendre aux autres; d'où il suit : « Voyez donc de quelle manière vous écoutez; car on donnera à celui qui a déjà, etc. » Comme s'il disait : Appliquez toute votre attention à la parole que vous entendrez, car celui qui aime la parole, il lui sera donné de comprendre le sens de ce qu'il aime; mais pour celui qui n'aime point à entendre la parole, eût-il du génie naturel, se fût-il exercé dans la connaissance des lettres, il ne goûtera aucune douceur de la sagesse. Car souvent le paresseux reçoit du génie pour être plus justement puni de sa négligence, parce qu'il néglige de connaître ce qu'il eût pu apprendre sans fatigue. Quelquefois aussi celui qui est studieux souffre de la lenteur de son intelligence, afin que sa récompense soit d'autant plus grande qu'il a travaillé avec plus de zèle pour apprendre.

Cependant sa mère et ses frères étant venus vers lui, et ne le pouvant aborder à cause de la foule du peuple, il en fut averti et on lui dit : Votre mère et vos frères sont là qui désirent vous voir. Mais il leur répondit : Ma mère et mes frères sont ceux qui écoutent la parole de Dieu, et qui la pratiquent.

TITE. — Le Seigneur, ayant quitté ses parents selon la chair, s'oc-

pra quam verbum divinum effulgens, quasi quamdam domum illuminat radiis veritatis. Dixit autem similitudinaria vas aut lectum corporalem cultum legis, sub quo contineri non vult.

BED. Instanter autem nos Dominus docet verbo auscultare; ut etiam et nostro illud pectore continere ruminare, et alieno eructare sufficiamus auditui; unde sequitur: Videte ergo quid audiat: qui enim habet, dabitur illi, etc. Quasi dicat: Tota intentione verbo quod auditis, operam date; quia qui amorem habet verbi, dabitur illi et sensus intelligendi quod amat; at qui verbi audiendi amorem non habet, etsi vel naturali ingenio vel litterario se callere putaverit exercitio, nulla sapientiæ dulcedine gau-

debit; sæpe enim desidiosus ingenium accipit, ut de negligentia justius puniatur; quia quod sine labore assequi potuit, scire contemnit; et nonnunquam studiosus tarditate intelligentiæ premitur, ut eo majora præmia retributionis inveniat, quo magis studio inventionis elaborat.

Venerunt autem ad illum mater et fratres ejus, et non poterant adire eum præ turba: Et nuntiatum est illi: Mater tua et fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens, dixit ad illos: Mater mea et fratres mei, hi sunt qui verbum Dei audiunt et faciunt.

TITUS BOSTRENS. (in *Cat. græc. Patr.*). De-

cupait des enseignements de son Père; cependant, comme ils regrettaient son absence, ils vinrent à lui; d'où il est dit : « Cependant sa mère et ses frères vinrent vers lui, etc. » En entendant parler des frères du Seigneur, souvenez-vous de sa miséricorde et comprenez sa bonté; car nul n'est frère du Sauveur selon la divinité (il est fils unique), mais, par sa miséricordieuse bonté, il a pris notre chair et notre sang, et étant Dieu par nature, il est devenu notre frère. — BÈDE. — Il ne faut pas croire que ceux qui sont appelés frères du Seigneur selon la chair fussent fils de la bienheureuse Marie mère de Dieu, comme le veut Helvidius; ni, comme d'autres pensent, qu'ils fussent fils de Joseph par une autre épouse; il faut plutôt entendre qu'ils étaient ses parents.

TITE. — Ses frères pensaient qu'en apprenant leur présence, il serait vaincu par l'amour maternel et qu'il laisserait le peuple par respect pour le nom de sa mère; d'où il suit : « On lui dit : Votre mère et vos frères sont dehors, etc. » — S. CHRYS. — Remarquez que le faire sortir, c'était l'enlever à tout le peuple qui était devant lui et qui, suspendu à ses lèvres, écoutait la suite de sa doctrine; aussi le Seigneur semble les reprendre; car il suit : « Il leur répondit : Ma mère et mes frères sont ceux qui écoutent la parole de Dieu, etc. » — S. AMB. — Ce bon maître donne lui-même l'exemple aux autres avant d'enseigner que celui qui ne quitte point son père ou sa mère n'est pas digne du Fils de Dieu. Il se soumet lui-même le premier à ce précepte, non qu'il viole les devoirs de la piété filiale (car il a fait ce commandement : « Quiconque n'honorera point son père ou sa mère sera puni de mort »),

relictis cognatis carnalibus, Dominus insistebat doctrinæ paternæ : quia vero desiderabatur propter absentiam, accedunt ad eum : unde dicitur : Venerunt autem ad illum mater et fratres ejus, etc. Si auditoris de fratribus Domini, adjice pietatem, et intelligo gratiam : nullus enim secundum Divinitatem Salvatoris frater est (nigentus enim est), sed pietatis gratia communicavit nobis in carne et sanguine, et factus est frater noster, cum esset naturaliter Deus. BÈDE. Fratres autem Domini qui secundum carnem dicuntur, non filii beatæ Mariæ genitricis Dei, secundum Helvidium, nec filii Joseph de alia uxore, secundum quosdam, putandi sunt, sed eorum potius intelligendi sunt esse cognati.

TITUS BOSTRENS. (ubi supra). Putabant autem fratres ejus quod cum eorum audi-

ret præsentiam, dimitteret populum reverentus maternum nomen, et flexus amore materno : unde sequitur : Et nuntiatum est illi : Mater tua et fratres tui stant foris, etc. CHRYS. (hom. 45, in Matth.). Considera quale erat astante ei toto populo, et ab ore ejus pendente jam inchoata doctrina, eum foras extrahere : ob hoc Dominus quasi increpando respondit. Sequitur enim : Qui respondens, dixit ad eos : Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt, etc. AMBR. Moralis magister, qui de se cæteris præbet exemplum, præscripturus cæteris quoniam qui non reliquerit patrem aut matrem suam, non est Filio Dei dignus. Sententiæ huic ipse primus se subjicit, non quod maternæ refutet pietatis obsequia (ipsius enim præceptum est, qui non honorificaverit patrem et matrem, morte

mais il sait qu'il doit plus aux mystères de son Père qu'à son affection pour sa mère. Ainsi, il ne repousse pas ses parents avec injure, mais il enseigne que le lien des âmes est plus sacré que celui des corps; il ne renie pas sa mère (comme quelques hérétiques l'ont subtilement prétendu), lui qui la reconnut du haut de la croix; mais il met l'accomplissement des devoirs célestes au-dessus des nécessités temporelles. — BÈDE. — Ceux donc qui écoutent et pratiquent la parole de Dieu sont appelés *mère de Dieu*, parce que chaque jour par leurs exemples ou leurs paroles ils l'engendrent dans les cœurs du prochain; ils sont encore ses frères, puisqu'ils font aussi eux-mêmes la volonté de son Père qui est dans les cieux.

S. CHRYS. — Il ne parle point ainsi à sa mère pour la réprimander, mais pour lui être utile; car s'il avait de la sollicitude pour tous afin de leur donner de lui une juste opinion, combien plus pour sa mère! Or, il ne l'aurait point élevée à ce degré de grandeur si elle eût pensé qu'il lui obéirait toujours comme un fils, et si elle ne l'eût regardé comme un Dieu. — THÉOPH. — Quelques-uns entendent ce passage dans ce sens que, pendant que le Christ enseignait, des envieux lui dirent pour le railler sur sa doctrine: « Votre mère et vos frères veulent vous voir, » comme pour lui rappeler l'obscurité de sa naissance; c'est pourquoi, connaissant leur pensée, il leur répondit qu'une humble famille n'avilit point, mais que si quelqu'un, étant d'humble condition, écoute la parole de Dieu, il le regarde comme son frère. Cependant, comme écouter ne suffit point pour sauver, mais plutôt condamne, il ajoute: « Ceux qui la pratiquent, » car il faut écouter et pratiquer.

moriatur], sed quia paternis se mysteriis amplius quam maternis affectibus debere cognoscit: neque tamen injuriose refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quam corporum: ergo hic non [ut quidam hæretici tendentias aucupantur] mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur; sed necessitudini corporali præscriptorum cælestium forma præfertur. BÈDE. Hi igitur qui verbum Dei audiunt et faciunt, mater Domini vocantur; eo quod illum quotidie suo exemplo vel dicto, quasi parturiunt in cordibus proximorum: fratres quoque sunt ejus, cum et ipsi faciunt voluntatem Patris ejus qui in cælis est.

CHRYS. (hom. 43, in Matth.). Non autem hoc dicit increpando matrem, sed eam plurimum adjuvando: nam si erga cæteros

sollicitus erat, ut generaret eis de se debitam opinionem, multo magis erga matrem: non autem elevasset eam ad illa fastigia, si semper expectaret honorari ab eo tanquam a filio, non autem eum Dominum reputaret. THÉOPH. Quidam vero hoc sic intelligunt, quod Christo docente quidam invidentes, et subsannantes eum super doctrina ejus, dixerunt: Mater tua et fratres tui stant foris volentes te videre; tanquam propter hoc ignobilem eum demonstrarent. Et ideo qui mentem eorum cognovit, sic eis respondit quoniam non nocet vilis consanguinitas, sed si ignobilis quis existat, audiat autem verbum Dei, ipsum consanguineum reputat: quia tamen audire solum neminem salvat, sed magis condemnat, subjungit: Et faciunt: decet enim audire et

Il appelle sa doctrine « la parole de Dieu, » parce que tout ce qu'il disait venait de son Père.

S. AMB. — Dans le sens mystique, celui qui cherche le Christ ne doit pas se tenir dehors; c'est pour cela qu'il est dit : « Approchez-vous de lui et vous serez illuminés. » Car ses parents eux-mêmes ne sont pas reconnus quand ils sont dehors, et peut-être est-ce pour nous servir d'exemple qu'ils ne sont pas reconnus : comment serions-nous reconnus par lui si nous restons dehors? On peut encore entendre que, sous la figure de ses parents, le Christ nous montre les Juifs dont il était issu selon la chair et qu'il déclare que l'Église doit être préférée à la synagogue. — BÈDE. — Car lui enseignant au dedans, ceux qui négligent d'entendre le sens spirituel de ses paroles ne peuvent entrer; cependant la foule les précède dans la maison, parce que, tandis que la Judée différait, la Gentilité accourut en foule vers le Christ. Or, ceux qui sont dehors veulent voir le Christ et, ne cherchant point le sens spirituel de la loi, mais s'arrêtant au dehors à observer la lettre, ils veulent pour ainsi dire contraindre le Christ à sortir pour leur enseigner les choses charnelles, plutôt que de consentir à entrer eux-mêmes pour apprendre les spirituelles.

Un jour étant monté sur une barque avec ses disciples, il leur dit : Passons à l'autre bord du lac. Ils partirent donc. Et comme ils passaient, il s'endormit, et un si grand tourbillon de vent vint tout-à-coup fondre sur le lac, que, leur barque s'emplit d'eau, ils étaient en péril. Ils s'approchèrent donc de lui, et l'éveillèrent, en lui disant : Maître, nous périssons. Jésus, s'étant levé, parla avec menace aux vents et aux flots agités,

facere. Verbum autem Dei dicit suam doctrinam : quæcunque enim ipse dicebat, Patris erant.

AMB. Mystice autem non debuit foris stare, qui Christum quærebat : unde et ille ait : Accedite ad eum, et illuminamini. Si enim foris stant, nec ipsi agnoscuntur parentes ; et propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum ; quemadmodum nos ab illo agnoscimur si foris stemus ? Illud quoque intelligere non abhorret, quia per figuram parentum demonstrat Judæos ex quibus est Christus secundum carnem (ad Rom.), Ecclesiamque synagogæ credidit præferendam. BÈD. Intus enim eo docente venientes intrare nequeunt, cujus spiritualiter intelligere dicta negligunt. Præoccupans autem turba intravit in domum, quia differente Judæa Gentilitas confluit ad Chris-

tum : foris autem stantes volunt Christum videre, qui spiritualement in lege sensum non quærentes, sese ad custodiam litteræ foris fixerunt, et quasi Christum potius ad docendum carnalia cogunt exire, quam se ad discenda spiritualia consentiant intrare.

Factum est autem in una dierum, et ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus, et ait ad illos : Transfretemus trans stagnum ; et ascenderunt. Et navigantibus illis, obdormiit, et descendit procella venti in stagnum, et compellebantur, et periclitabantur. Accedentes autem suscitaverunt eum dicentes : Præceptor, perimus. At ille surgens, increpavit ventum, et tempestatem aquæ ; et cessavit, et facta est tranquillitas. Dixit autem illis : Ubi est fides vestra ? Qui timentes

et ils s'apaisèrent ; et il se fit un grand calme. Alors il leur dit : Où est votre foi ? Mais eux, remplis de crainte et d'admiration, se disaient l'un à l'autre : Quel est donc cet homme qui commande de la sorte aux vents et aux flots, et à qui ils obéissent ?

S. CYR. — Les disciples voyant le Christ répandre des bienfaits sur tous, il convenait qu'eux-mêmes fussent aussi réjouis par les bienfaits du Christ ; car nul ne considère également ce qui est fait pour autrui et ce qui est fait en lui-même. C'est pourquoi le Seigneur exposa ses disciples à la mer et aux vents ; d'où il suit : « Un jour, étant monté sur une barque avec ses disciples, il leur dit : Traversons le lac ; et ils partirent. »

S. CHRYS. — Saint Luc, évitant la question qui pourrait lui être faite sur l'époque de ce miracle, dit que le Seigneur entra un jour dans une barque. Si le Seigneur eût veillé au moment de la tempête, les disciples n'auraient eu aucune crainte, ou bien ils n'auraient pas cru qu'il pût faire un si grand miracle ; c'est pourquoi il dort laissant le temps de craindre ; car il suit : « Comme ils naviguaient, il s'endormit et un vent de tempête vint fondre sur le lac. » — S. AMB. — Il est dit plus haut qu'il passait les nuits à prier : pourquoi dort-il ici pendant la tempête ? C'est pour exprimer la sécurité de la puissance qu'il dormait sans crainte pendant l'effroi de tous. Cependant, s'il dormait par le corps, il veillait par le mystère de sa divinité ; car rien ne se fait sans le Verbe.

S. CYR. — Il arriva par sa providence que ses disciples ne lui demandèrent point de secours aussitôt que la tempête assaillit la barque, mais seulement lorsque le danger fut plus grand, afin que la puissance de

mirati sunt ad invicem, dicentes : Quis putas hic est, quia et ventis et mari imperat, et obediunt ei ?

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Quia discipuli omnes beneficiatos a Christo videbant, decebat etiam ipsos sensim in beneficiis Christi delectare : non enim similiter quis considerat quæ fiunt in alienis corporibus et in suo : et ideo Dominus discipulos et mari et ventis exposuit : unde sequitur : Et factum est autem in una dierum, et ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus ; et ait ad illos : Transfrememus trans stagnum ; et ascenderunt. CHRYS. (hom. 29, in *Matth.*). Vitans quidem Lucas quæstionem quæ sibi fieri posset de temporum ordine, dicit eum in una dierum intrasse naviculam. Si autem

vigilante Domino accidisset tempestas, vel non timuissent discipuli, vel non credidissent eum posse tale aliquid facere : quapropter dormit, præstans tempus timori : sequitur enim : Navigantibus autem illis, obdormivit, et descendit procella venti in stagnum. AMBR. Supra habes quia pernoctabat in oratione : quomodo hic in tempestate dormit ? Sed exprimitur securitas potestatis, quomodo omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat ; sed quiescebat corporis somno, cum intenderet Divinitatis mysterio : nihil enim sine verbo fit.

CYRIL. (ut supra). Cum magna autem dispensatione videtur esse peractum, ne mox postquam tempestas invadere coepit naviculam, quærerent ab eo suffragium ; sed postquam malum invaluit, ut manifes-

sa majesté divine fût plus éclatante. D'où il est dit : « Ils étaient en péril. » Le Seigneur permit ceci pour leur bien, afin qu'après avoir confessé le péril, ils reconnussent la grandeur du miracle. Ainsi, lorsque la grandeur du péril les eut plongés dans une crainte intolérable, n'ayant plus d'autre espoir de salut que le seul Seigneur des vertus, ils l'éveillèrent.

SUITE. — « S'approchant de lui, ils l'éveillèrent en disant : Maître, nous périssons. » — S. AUG. — Saint Matthieu dit : « Seigneur, sauvez-nous, nous périssons. » Et saint Marc : « Maître, ne voyez-vous point que nous périssons? » C'est la même pensée d'éveiller le Seigneur et de vouloir être sauvés. Il n'est donc pas besoin de rechercher laquelle de ces choses le Seigneur a pu dire, ni s'il a dit une de ces trois choses, ou s'il en a dit d'autres qu'aucun évangéliste n'a rapportées; puisqu'elles sont équivalentes, quel intérêt y aurait-il? D'ailleurs il a pu arriver que plusieurs, voulant l'éveiller, aient dit tout cela de diverses manières.

S. CYR.—Cependant ils ne pouvaient périr ayant avec eux le Tout-Puissant. C'est pourquoi le Christ, qui a puissance sur toutes choses, se lève aussitôt et apaise subitement la tempête et l'impétuosité des vents : « Et la tempête cessa et il se fit un grand calme. » Il montre par là qu'il est le Dieu dont il est dit dans les Psaumes : « Vous dominez la puissance de la mer et vous apaisez les mouvements de ses flots. » — BÈDE. — Ainsi, dans cette navigation, le Seigneur fait voir les deux natures en une seule et même personne, puisque celui qui, comme homme, dort

tior fiat divinæ majestatis potestas. Unde dicitur : Et compellebantur, et periclitabantur. Quod quidem Dominus permisit exercitationis gratia, ut cum confessi fuerint periculum, cognoscant miraculi magnitudinem. Unde postquam magnitudo periculi in intolerabilem metum eos urgebat, tanquam aliam spem non habentes salutis, nisi solum ipsum Dominum virtutum, eum excitaverunt.

Sequitur : Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes : Præceptor, perimus. AUG., *De cons. Evang.* [lib. 2, cap. 24]. Matthæus quidem dicit : Domine, salva nos, perimus; Marcus autem : Magister, non ad te attinet, quia perimus? Eadem autem est sententia excitantium Dominum, volentiumque salvari. Nec opus est querere quid horum potius Christo dictum sit : sive enim aliquid horum trium dixerint, sive

alia verba quæ nullus evangelistarum commemoravit, tantumdem autem valentia, quid ad rem interest? Quanquam etiam hoc fieri potuerit, ut pluribus eum excitantibus omnia hæc, aliud autem ab alio diceretur.

CYRIL. (ubi sup.). Non autem erat possibile eos perire, existente cum eis Omnipotente; unde illico surgit Christus, qui habet omnium potestatem, et sedat confestim procellam et ventorum impetum; et cessavit tempestas; et facta est tranquillitas : in quo ostendit se Deum esse, qui in Psalmo dicitur (88, vers. 10) : Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas. BÈDE. Sic igitur in navigatione Dominus utramque unius ejusdemque personæ naturam ostendit, dum is qui ut homo dormit in navi, furorem maris ut Deus verbo coercet.

dans la barque, apaise, comme Dieu, la fureur de la mer par sa parole.

S. CYR. — Or, il apaise en même temps la tempête des eaux et la tempête des âmes; d'où il suit : « Il leur dit : Où est donc votre foi? » Il montre par cette parole que ce n'est point la tentation, mais la faiblesse de l'âme, qui produit la crainte; car comme le feu éprouve l'or, ainsi la foi est éprouvée par les tentations. — S. AUG. — Ceci est rapporté en termes différents dans les autres évangélistes. En effet, saint Matthieu fait dire par le Seigneur : « Que craignez-vous, hommes de peu de foi? » — Saint Marc dit : « Pourquoi craignez-vous, n'avez-vous pas encore la foi? » c'est-à-dire la foi parfaite qui ressemble au grain de sénévé. Celui-ci dit donc aussi : « Hommes de peu de foi, » tandis que saint Luc dit : « Où est votre foi? » Mais il a pu dire tout à la fois : « Pourquoi craignez-vous? où est votre foi? hommes de peu de foi! » et chacun aura rapporté une de ces choses.

S. CYR. — La tempête s'étant apaisée au commandement du Christ, les disciples, stupéfaits de ce miracle, chuchotaient entre eux; d'où il suit : « Ils furent saisis de crainte et d'admiration, etc. » Cependant les disciples ne parlaient pas ainsi entre eux par ignorance, car ils savaient que Jésus était Dieu et Fils de Dieu; mais ils admiraient l'étendue de sa puissance éternelle et la gloire de sa divinité, quoique devenue semblable à nous et visible selon la chair. D'où ils disent : « Quel est celui-ci? » c'est-à-dire quel est-il? qu'il est grand! quelles sont sa puissance et sa majesté? Car cette œuvre est faite avec empire, ce commandement est dominateur et ne ressemble pas à la supplication d'un

CYRIL. (ubi sup.). Simul autem cum tempestate aquarum solvit tempestatem animarum : unde sequitur : Dixit autem illis : Ubi est fides vestra? In quo verbo ostendit quod timorem non facit tentationum inductio, sed imbecillitas mentis. Sicut enim aurum probatur in igne, sic in tentationibus fides. AUG., *De cons. Evang.* (ubi sup.). Hoc autem ab aliis evangelistis aliis verbis dictum est. Matthæus enim dicit (cap. 8) eum dixisse : Quid timidi estis, modicæ fidei? Marcus autem ita dicit (cap. 4) : Quid timidi estis? necdum habetis fidem? id est, illam perfectam velut granum sinapis. Hoc ergo et ille ait : Modicæ fidei; Lucas autem : Ubi est fides vestra? Et totum quidem dici potuit : Quid timidi estis? ubi est fides vestra? Modicæ fidei : unde aliud hic, aliud ille commemorat.

CYRIL. (ubi sup.). Pacata igitur tempestate ad imperium Christi, discipuli stupefacti miraculo susurrabant adinvicem. Unde sequitur : Qui timentes, mirati sunt, etc. Non autem discipuli ut ignorantibus eum, hoc dixerunt adinvicem : noverant enim eum Deum esse et Filium Dei Jesum. Admirantur autem innatæ potestatis abundantiam, et Divinitatis gloriam, quamvis similis nobis esset, et visibilis secundum carnem : unde dicunt : Quis est hic? il est, qualis et quantus et in quanta virtute et majestate! imperiosum enim est opus. dominativum præceptum, non servilis petitio. BED. Vel non discipuli, sed naturæ, et alii mirantur qui in navi erant.

Allegorice autem marc, vel stagnum, tenebrosus est et amarus mundi æstus. Navicula arbor crucis, cujus beneficio fideles

serviteur. — BÈDE. — Ou encore, ce ne sont pas les disciples, mais les autres, qui étaient dans la barque, qui admirent sa puissance.

Dans un sens allégorique, cette *mer* ou ce *lac* représente l'agitation ténébreuse et amère du monde ; *la barque* représente l'arbre de la croix, par le secours de laquelle les fidèles traversent les flots du monde et parviennent au rivage de la patrie céleste. — S. AMB. — Or, le Seigneur, qui était venu dans le monde pour un divin ministère, quitte ses proches et monte dans la barque. — BÈDE. — Il appelle les disciples à y monter avec lui ; d'où il dit ailleurs : « Si quelqu'un veut venir après moi, qu'il se renonce lui-même, porte sa croix et me suive. » Pendant que les disciples naviguent, c'est-à-dire pendant que les fidèles foulent aux pieds le monde et méditent dans leur âme le repos du siècle futur ; pendant que, poussés par le souffle du Saint-Esprit, ou même par les efforts de leurs âmes, ils traversent à l'envi les vanités inconstantes du monde, le Seigneur s'endort ; c'est-à-dire que le temps de la passion du Seigneur arrive et que la tempête s'avance, parce que, durant le sommeil de la mort que le Seigneur subit sur la croix, les flots des persécutions se soulèvent excités par le souffle du démon. Cependant la patience du Seigneur n'est point troublée par ces flots ; mais la faiblesse des disciples en est ébranlée et troublée : ils éveillent le Seigneur de peur de périr durant son sommeil, c'est-à-dire qu'ayant vu sa mort ils attendent sa résurrection, et, si elle était différée, ils périraient à jamais. Aussi il se lève et menace le vent, c'est-à-dire que, par sa prompte résurrection de la mort, il détruit l'orgueil du démon, qui avait l'empire de la mort ; il fait cesser l'agitation des eaux, c'est-à-dire qu'en ressuscitant il fait tomber la rage des Juifs qui insultaient à sa mort. — S. AMB. — Il veut nous montrer que nul

adjuti emensis mundi fluctibus obtinent littus patriæ cœlestis. AMB. Itaque Dominus, qui se intelligit propter divinum in terras mysterium venisse, relictis navem ascendit parentibus. BÈD. Ascendunt autem et discipuli admoniti cum eo. Unde ipse ait (Matth., 16) : Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Discipulis navigantibus, id est, fidelibus seculum calcantibus, et futuri seculi quietem animo meditantibus, et per Sancti Spiritus flatum, vel etiam proprii remigii constatum infidos mundi fastus certatim post terga jactantibus, subito obdormivit Dominus : id est, advenit tempus dominicæ passionis, et descendit pro-

cella ; quia Domino somnum mortis in cruce subeunte, fluctus persecutionum dæmoniacis flatibus excitati exsurgunt : fluctibus autem non Domini patientia turbatur, sed discipulorum imbecillitas concutitur et trepidat : qui suscitaverunt Dominum, ne eo dormiente pereant, quia cujus mortem viderant, resurrectionem optant ; quæ si differretur, ipsi in perpetuum perirent. Unde surgens increpat ventum, quia celeri resurrectione per mortem destruit superbiam diaboli, qui habebat imperium mortis (ad Hebr., 2). Tempestatem autem aquæ facit cessare, quia rabiem Judæorum morti ejus insultantium resurgens labefacit. AMB. Ut advertas sine tentatione neminem posse hoc

ne peut traverser sans tentation le cours de cette vie, et que la tentation est l'épreuve de la foi. Nos âmes sont donc exposées aux tempêtes du mal; mais ayons soin d'éveiller le pilote de la barque qui ne cède pas aux vents et qui leur commande. S'il ne dort plus du sommeil de son corps, prenons garde que, pour nous, il ne dorme et ne se repose à cause du sommeil de notre corps. C'est avec raison que ceux qui craignaient ayant le Christ avec eux sont réprimandés; car celui qui s'attache à lui ne peut périr. — BÈDE. — Ceci se reproduit après sa mort, lorsque, apparaissant aux disciples, il leur reproche leur incrédulité, et qu'ayant apaisé l'agitation des abîmes, il manifeste à tous la puissance de sa divinité.

Ils abordèrent ensuite au pays des Geraséniens, qui est sur le bord opposé à la Galilée. Et lorsque Jésus fut descendu à terre, il vint au-devant de lui un homme qui depuis longtemps était possédé du démon, et qui ne portait point d'habit, ni ne demeurait point dans les maisons, mais dans les sépulcres. Aussitôt qu'il eut aperçu Jésus, il jeta un grand cri, et se vint prosterner à ses pieds, en lui disant à haute voix : Jésus, Fils du Dieu très haut, qu'y a-t-il entre vous et moi? Je vous conjure de ne me point tourmenter. Car il commandait à l'esprit impur de sortir de cet homme qu'il agitait avec violence depuis longtemps. Et quoiqu'on le gardât lié de chaînes, et les fers aux pieds, il rompait tous ses liens, et était poussé par le démon dans les déserts. Jésus lui demanda : Quel est ton nom? Il lui dit : Je m'appelle Légion, parce que plusieurs démons étaient entrés dans cet homme. Et ces démons le suppliaient qu'il ne leur commandât point de s'en aller dans l'abîme. Mais comme il y avait là un grand troupeau de pourceaux, qui paissaient sur une montagne, ils le suppliaient de leur permettre d'y entrer; ce qu'il leur permit. Les démons, étant donc sortis de cet homme, entrèrent dans les pourceaux, et aussitôt le troupeau courut avec violence se précipiter dans le lac où ils se noyèrent. Ceux qui les gardaient, ayant

vite curriculo demigrare; quia exercitium fidei tentatio est. Subjecti igitur sumus nequitie spiritualis procellis; sed quasi pervigiles nautæ gubernatorem excitemus, qui non serviat, sed imperet ventis; qui etsi jam non dormit sui corporis somno, caveamus tamen ne nostri corporis somno nobis dormiat et quiescat. Bene autem arguuntur qui præsentè Christo timebant, cum utique qui ei adhæret, perire non possit. BÈD. Qui simile est, quod post mortem discipulis apparens, exprobravit incredulitatem eorum (Marc., 16); et sic tumidis gurgitibus sedatis, patefacit cunctis potentiam suæ Divinitatis.

Et navigaverunt ad regionem Gerazenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum de navis egressus esset ad terram, occurrit illi vir

quidam qui habebat dæmonium jam temporibus multis, et vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is ut vidit Jesum, procidit ante illum, et exclamans voce magna, dixit : Quid mihi et tibi est, Jesu. Fili Dei altissimi? Obsecro te ne me torqueas : præcipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine : nullis enim temporibus arripiebat illum, et vinciebatur calenis, et compedibus custoditus, et ruptis vinculis agebatur a dæmonio in deserto. Interrogavit autem illum Jesus dicens : Quod tibi nomen est? At ille dixit : Legio : quia intraverant dæmonia multa in eum. Et rogaverunt illum ne imperaret illis, ut in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte : et rogabant eum ut permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo

nu ce qui était arrivé, s'enfuirent et s'en allèrent le dire à la ville et dans les villages, d'où plusieurs sortirent pour voir ce qui était arrivé, et étant venus à Jésus, ils trouvèrent cet homme, dont les démons étaient sortis, assis à ses pieds, habillé et en son bon sens, ce qui les remplit de crainte. Et ceux qui avaient vu ce qui s'était passé leur racontèrent comment le possédé avait été délivré de la légion de démons. Alors tous les peuples du pays des Geraséniens le prièrent de s'éloigner d'eux, parce qu'ils étaient saisis d'une grande frayeur. Il monta donc dans la barque pour s'en retourner. Et cet homme duquel les démons étaient sortis le suppliait qu'il lui permit d'aller avec lui, mais Jésus le renvoya, en lui disant : Retournez en votre maison, et publiez les grandes choses que Dieu a faites en votre faveur. Et il s'en alla par toute la ville, publiant les grâces que Jésus lui avait faites.

S. CYN. — Le Sauveur naviguant avec ses disciples vint au port; d'où il est dit : « Ils abordèrent au pays des Geraséniens, qui est vis-à-vis de la Galilée. » — TITE. — Les exemplaires les plus véridiques ne disent ni *Geraséniens* ni *Gadariens*, mais *Gergéséniens*; en effet, *Gadara* est une ville de Judée où l'on ne voit ni lac ni mer; *Gérasa* est une ville d'Arabie qui n'est voisine d'aucun lac ni d'aucune mer; mais *Gergésa*, d'où vient *Gergéséniens*, est une ville ancienne située sur les bords du lac de Tibériade, dans les environs de laquelle se trouve un rocher près du lac, où l'on montre l'endroit par lequel les démons précipitèrent les pourceaux. Néanmoins, comme *Gérasa* et *Gadara* touchent aux confins du pays des *Gergéséniens*, il est vraisemblable que les pourceaux avaient été amenés de là dans le pays de ceux-ci. — BÈDE. — *Gérasa* est une ville célèbre d'Arabie qui échut à la tribu de Manassès; elle est au-

daemonia ab homine, et intraverunt in porcos, et impetu abiit grex per præceps in stagnum; et suffocatus est. Quod ut viderunt factum qui pascebant, fugerunt, et nuntiaverunt in civitatem et in villas. Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Jesum; et invenerunt hominem sedentem a quo demonia exierant, vestitum, ac sanamente ad pedes ejus, et timuerunt. Nuntiaverunt autem illis et qui viderant quomodo sanus factus esset a legione. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerazenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens navim, reversus est. Et rogavit illum vir a quo demonia exierant, ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus, dicens: Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per universam civitatem, prædicans quanta illi facisset Deus.

CYRIL. [in Cat. græc. Patr.]. Salvator

navigando una cum discipulis ad portum pervenit: unde dicitur: Et navigaverunt ad regionem Gerazenorum quæ est contra Galilæam. TITUS BOSTRENSIS. [in Matth.]. Veraciora exemplaria, nec Gerazenorum habent, nec Gadarorum, sed Gergezenorum: est enim Gadara civitas in Judæa; stagnum autem vel mare nullatenus invenitur in ea; sed Geraza civitas Arabiæ est, nec stagnum nec mare juxta habens. Est autem Gergeza, a qua Gergezeni, urbs antiqua juxta Tiberiacum stagnum, circa quam est rupes stagno vicina, in quod ostenditur dejectos fuisse porcos a dæmonibus: quia tamen Geraza et Gadara confinium habent cum terra Gergezenorum, verisimile est inde ad horum terram porcos fuisse adductos. FED. Geraza enim urbs est insignis Arabiæ trans Jordanem, juncta monti Galaad, quam tenuit tribus Manasse; non longe a stagno Tiberiadis, in quo porci præcipitati sunt.

delà du Jourdain, près de la montagne de Galaad, non loin du lac de Tibériade, dans lequel les pourceaux se précipitèrent.

S. CHRYS. — Lorsque le Seigneur fut descendu à terre, il se présenta à lui un miracle plus étonnant ; car un possédé du démon, comme un serviteur en présence de son maître, confessa devant lui sa sujétion ; d'où il suit : « Lorsqu'il fut descendu à terre, il vint au devant de lui un homme, etc. » — S. AUG. — Saint Matthieu disant qu'il y avait deux possédés, tandis que saint Marc et saint Luc ne parlent que d'un seul, il faut entendre que l'un d'eux était une personne plus considérable et plus connue, dont le pays plaignait le sort et dont il voulait principalement la guérison. C'est ce qu'ont voulu signifier les deux évangélistes en ne parlant que de celui par lequel le bruit de ce miracle se répandit avec plus d'éclat. — S. CHRYS. — Peut-être encore saint Luc a-t-il choisi le plus furieux des deux ; c'est pourquoi il raconte plus tristement son infortune, en ajoutant : « Il n'avait point de vêtement et n'habitait point de maison, mais vivait dans les sépulcres. » Les démons fréquentent les sépulcres des morts pour inspirer aux hommes des doctrines dangereuses ; savoir, que les âmes des morts deviennent des *démons*. — S. CYR. — Il s'en allait nu dans les sépulcres des morts, ce qui est un signe de la furie du démon. La providence de Dieu permet que quelques-uns soient soumis aux démons, afin que nous voyions ce que les démons sont à notre égard et que nous refusions de nous soumettre à eux, et qu'ainsi le tourment d'un seul en édifie plusieurs.

S. CHRYS. — Comme les peuples le prenaient pour un homme, les démons vinrent publier sa divinité, que la mer, en s'apaisant, avait

CHRYS. (homil. 29, in *Matth.*). Cum autem Dominus descendisset a mari, occurrit ei aliud terribilius miraculum ; nam dæmoniacus tanquam servus videns dominum, servitatem confitetur. Unde sequitur : Et cum de navi egressus esset ad terram, occurrit ei vir quidam, etc. AUG., *De cons. Evang.* (ut sup.) Quod Mathæus duos dicit fuisse dæmoniacos, Marcus et Lucas unum commemorant, intelligas unum eorum fuisse personæ alicujus clarioris et famosioris ; quem regio illa maxime dolebat, et pro cujus salute plurimum satagebat. Hoc volentes significare duo evangelistæ solum commemorandum judicaverunt, de quo facti hujus fama latius præelariusque fragaverat. CHRYS. (homil. 29, ut sup.) Vel

Lucas elegit ex illis duobus eum qui sævior erat : unde flebilius narrat ejus infortunium, cum subdit : Et vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Visitant autem dæmones mortuorum sepulcra, volentes imbnere homines periculosa doctrina, quod scilicet mortuorum animæ dæmones fiunt. CYRIL. (ubi sup.). Quod autem nudus petebat defunctorum sepulcra, dæmoniacæ ferocitatis erat indicium. Permittit autem quosdam dispensative Deus subesse dæmonibus, ut nos perpendamus per eos quales sunt dæmones erga nos, ut renuamus eis subjici velle, et sic uno patiente ædificentur complures.

CHRYS. (homil. 29, ut sup.) Quia vero

aussi proclamée ; d'où il suit : « Aussitôt qu'il vit Jésus, il se prosterna devant lui et il s'écria, etc. » — S. CYR. — Remarquez ici la crainte jointe à l'audace et à un grand désespoir ; car le signe du désespoir du démon est de dire audacieusement : « Qu'y a-t-il entre vous et moi, Fils du Très-Haut ? » Au contraire, le signe de sa crainte est quand il supplie : « Je vous conjure de ne point me tourmenter. » Mais si tu reconnais qu'il est le Fils du Dieu très haut, tu confesses qu'il est le Dieu du ciel et de la terre et de tout ce qui y est contenu ; comment donc oses-tu parler de ce qui n'est pas à toi mais à lui ? pourquoi dis-tu : « Qu'y a-t-il entre vous et moi ? » Or, quel prince de la terre laisserait tourmenter par des barbares les sujets de son empire ? D'où il suit : « Il commandait à l'esprit impur de sortir de cet homme. » Il indique la nécessité de ce commandement en ajoutant : « Parce que depuis longtemps il le tourmentait, etc. » — S. CHRYS. — Ainsi, lorsque personne n'osait conduire ce possédé, le Christ lui-même vient à lui et lui parle.

SUITE. — « Jésus lui demanda : Quel est ton nom ? » — BÈDE. — S'il demande son nom, ce n'est pas qu'il l'ignore, mais afin qu'ayant déclaré le mal dont il souffre, la puissance de celui qui va le guérir éclate davantage. Ainsi les prêtres de notre temps, quand ils veulent chasser les démons par la grâce des exorcismes, ont coutume de dire que les possédés ne peuvent être guéris qu'après avoir confessé clairement tout ce qu'ils ont souffert des esprits immondes soit dans la veille, soit dans le sommeil, surtout lorsque, dans les illusions des sens, ils ont accompli avec eux l'œuvre de chair. C'est pourquoi il y a ici une confession :

hominem cum populi latebantur, accesserunt dæmones Divinitatem prædicantes ipsius, quam etiam mare sua tranquillitate clamaverat. Unde sequitur : Is ut vidit Jesum, procidit ante illum, et exclamavit voco magna, etc. CYRIL. (ubi sup.). Attendas hic timorem annexum audaciæ, et desperationi multæ : signum enim diabolicæ desperationis est in audendo dicere : Quid mihi et tibi est, Jesu, Fili Dei altissimi ? Timoris vero, cum precatur : Obsecro te ne me torqueas. Sed si nosti eum esse Filium Dei altissimi, fateris eum Deum cœli et terræ et eorum quæ continentur in eis. Qualiter igitur non tua imo sua usurpas, et dicis : Quid mihi et tibi ? Quis autem principum terrenorum omnino sustinebit a Barbaris lacessiri suo subjectos imperio ? Unde sequitur : Præcipiebat enim

spiritui immundo ut exiret ab homine : et necessitatem præcepti ostendit subdens : Multis enim temporibus arripiebat illum, etc. CHRYS. (homil. 29, ut sup.). Unde quia nemo audebat dæmoniacum tenere, ipse Christus ad eum vadit alloquens ipsum.

Sequitur : Interrogavit autem illum Jesus, dicens : Quod tibi nomen est ? BÈDE. Non veluti inscius nomen inquit, sed ut confessa peste quam tolerabat, virtus curantis sacerdotis, qui per exorcismi gratiam dæmones ejicere norunt, solent dicere patientes non aliter valere curari, nisi omne quod ab immundis spiritibus vigilantes dormientesve pertulerint, confitendo patenter exponant : et maxime quando corporis humani concubitum petere se ac patrare confingunt. Unde et hic confessio subditur : At ille

« Il lui dit : Je m'appelle *Légion* ; » parce que plusieurs démons étaient entrés dans cet homme.

S. GRÆG. de Nyssé. — A l'exemple des milices célestes et des légions des anges, quelquefois les démons s'appellent *légion*, de même que leur prince disait qu'il établirait son trône au-dessus des astres pour être semblable au Très-Haut.

S. CHRYS. — Le Seigneur étant venu triompher des démons qui troublaient les créatures de Dieu, ils pensaient, à cause des grandes choses qui s'accomplissaient, qu'il n'attendrait pas le temps de son supplice ; et, ne pouvant nier leur faute, ils supplient, afin que leur châtiment soit retardé ; d'où il suit : « Ils le supplièrent de ne point leur commander de s'en aller dans l'abîme. » — THEOPH. — Les démons font cette demande pour rester encore avec les hommes. — S. CYR. — Ceci nous fait voir que les phalanges ennemies de la majesté divine étaient poussées aux enfers par la puissance ineffable du Sauveur. — S. MAX. — Or, le Seigneur a établi un châtiment correspondant à chaque espèce de péché : le *feu de la géhenne* pour l'ardeur de la chair ; le *grincement des dents* pour les rires lascifs ; une soif intolérable pour la volupté et la débauche ; le *ver qui ne meurt pas* pour le cœur fourbe et méchant ; les *ténèbres éternelles* pour l'ignorance et la fausseté ; la *profondeur de l'abîme* pour l'orgueil. C'est pourquoi l'abîme est destiné aux démons superbes.

SUITE. — « Il y avait là un troupeau de pourceaux, etc. » — S. AUG. — Il n'y a point de contradiction entre saint Marc, qui dit que ce troupeau de pourceaux était « autour de la montagne, » et saint Luc, qui

dixit : Legio, quia introierant dæmonia multa in eum.

GRÆG. Nyss. (in *Cat. græc. Patr.*). Imitantes quidam dæmones supernas militias et legiones angelicas dicunt se legiones ; sicut et eorum princeps dicit se positurum thronum super astra, ut fiat Altissimo similis (Esai., 14).

CHRYS. (homil. 29, ut sup.). Postquam autem Dominus supervenerat, dæmonibus creaturam Dei perturbantibus, putabant eum propter excessum eorum quæ fiebant non expectare tempus supplicii ; et quia culpam diffiteri non poterant, instant ne cito sustineant pœnam. Unde sequitur : Et rogaverunt illum ne imperaret ut in abyssum irent. THEOPH. Quod quidem postulant dæmones volentes adhuc cum hominibus conversari. CYRIL. (ubi sup.). Hinc

autem palam est, quod æmulæ catervæ majestatis divinæ, ineffabili potentia Salvatoris detrudebantur ad inferna. MAX. (in *Cat. græc. Patr.*). Statuit autem Deus unicuique materiei peccatorum consonam pœnam, gehennam ignis, propter carnis incendium ; stridorem dentium, propter risum lascivum ; intolerabilem sitim, propter voluptatem et crapulam ; pervigilem vermem, propter obliquum et malignum cor ; caliginem perpetuam, propter ignorantiam et fallaciam ; lymbum abyssi, propter superbiam ; unde dæmonibus tanquam superbis abyssus delegatur.

Sequitur : Erat autem ibi grex porcorum, etc. AUG. (*De cons. Evang*, lib. 2, cap. 24). Quod Marcus dixit circa montem fuisse gregem porcorum, Lucas autem in monte, non repugnat. Grex enim porco-

dit « sur la montagne. » Le troupeau de pourceaux était si nombreux qu'une partie pouvait être sur la montagne et l'autre autour de la montagne; car il y avait deux mille pourceaux, ainsi que saint Marc le raconte. — S. AMB. — Cependant les démons ne pouvaient soutenir l'éclat de la lumière céleste, comme ceux qui ont les yeux malades ne peuvent supporter les rayons du soleil. — S. CYR. — C'est pourquoi la légion des esprits immondes demande à être envoyée dans un troupeau de pourceaux immondes, qui lui ressemblent. Car il suit : « Ils le supplièrent de leur permettre d'y entrer. » — S. ATHAN. — Si les démons n'ont aucun pouvoir sur ces pourceaux, à plus forte raison ne peuvent-ils rien contre les hommes faits à l'image de Dieu; ainsi, nous devons ne craindre que Dieu et mépriser les démons. — S. CYR. — Or, le Seigneur leur donna ce pouvoir, afin que cet événement devînt entre les autres une cause de salut et un motif d'espérance (ou de confiance). — SUITE. — « Il leur permit. » Considérez combien les démons sont mauvais, et le mal qu'ils font à ceux qui leur sont soumis; ce qui fut manifesté lorsqu'ils précipitèrent les pourceaux dans les eaux et les noyèrent. D'où il suit : « Les démons, étant donc sortis de cet homme, entrèrent dans les pourceaux, et le troupeau se précipita dans le lac, etc. » Le Christ leur accorde cette demande, afin que l'événement fit voir combien ils sont cruels. De plus, il fallait montrer que le Fils de Dieu avait la disposition de toutes choses aussi bien que le Père, afin qu'une égalité de gloire parût dans chacun.

TITE. — Cependant les pasteurs prirent la fuite, de peur de périr avec leurs pourceaux. D'où il suit : « Voyant ce qui était arrivé, ceux qui

rum tam magnus fuit ut aliquid ejus esset in monte, aliquid circa montem : erant enim duo millia porcorum, sicut Marcus expressit (cap. 5). AMB. Dæmones autem cœlestis luminis claritatem sustinere non poterant : ut qui oculos dolent radios solis ferre non possunt. CYRIL. (ubi sup.). Et ideo turba immundorum spirituum petit mitti in conformem sibi gregem immundorum porcorum. Sequitur enim : Et rogaverunt eum ut permitteret eos in illos ingredi. ATHAN. (in Vita Ant.). Quod si super porcos potestatem non habent, multo magis nullam habent dæmones contra homines factos ad imaginem Dei : oportet ergo Deum solum timere, contemnere autem illos. CYRIL. (ubi sup.). Dominus autem concessit eis potestatem ut hoc inter cætera fiat nobis causa salutis et roboris spes (vel fi-

ducia securitatis, ἀσφαλείης). Sequitur : Et permisit illis. Considerare ergo oportet quod dæmones pravi sunt, et hostiles his qui eis sunt subditi; et potest pater ex eo quod præcipitaverunt et suffocaverunt porcos in aquis. Unde sequitur : Exierunt ergo dæmonia ab homine, et intraverunt in porcos, et impetu abiit grex per præceptum in stagnum, etc. Et hoc concessit eis Christus petentibus, ut eventu appareat quam sint crudeles. Erat etiam necessarium ostendere Filium Dei providentiam rerum habere, non minus quam Pater, ut æqualitatis decor in utroque appareat.

TITUS Bostrens. (in Matth.). Fugam autem pastores arripiunt, ne cum porcis perirent. Unde sequitur : Quod ut viderunt factum, qui pascabant fugerunt, et nuntiaverunt in civitates et in villas, et hujus-

les gardaient s'enfuirent, et ils le publièrent dans les villes et dans les villages, et ils semèrent partout la crainte de cet événement; » or, le dommage qu'ils avaient subi les fit venir au Sauveur; car il suit : « Ils sortirent pour voir ce qui était arrivé, et ils vinrent à Jésus. » Remarquez ici qu'en punissant les hommes dans leurs biens, Dieu devient le bienfaiteur de leurs âmes; lorsqu'ils furent venus ils trouvèrent guéri celui qui était si cruellement tourmenté; car il suit : « Ils trouvèrent cet homme duquel les démons étaient sortis, assis à ses pieds, vêtu (jusque-là il était nu) et en son bon sens. » Il ne voulait pas quitter les pieds de celui qui l'avait guéri, de sorte qu'à la vue de ce signe, ils admirèrent la guérison de son mal, et furent remplis d'étonnement à cause de ce fait. Car il suit : « Ils furent remplis de crainte. » Ils virent une partie de cet événement, et l'autre leur fut racontée. — SUITE. — « Ceux qui avaient vu leur racontèrent comment il avait été délivré de la légion. » Cependant ils auraient dû supplier le Seigneur de ne point s'éloigner et de garder leur pays, afin que les démons n'eussent aucun accès près d'eux; mais, par crainte, ils perdirent leur propre salut, et ils prièrent le Sauveur de s'éloigner.

SUITE. — « Tous les peuples du pays des Géraséniens le prièrent de s'éloigner d'eux, parce qu'ils étaient saisis d'une grande frayeur. » — THÉOPH. — Ils craignaient de souffrir encore quelque dommage comme celui qu'ils avaient souffert par la submersion des pourceaux. — S. CHRYS. — Admirez la mansuétude du Christ; lorsque, après de si grands bienfaits, ils le renvoient, il ne résiste point, mais il se retire, quittant ceux qui s'étaient eux-mêmes déclarés (montrés) indignes de sa doctrine.

modi terrorem civibus intulerunt. Duxit autem eos ad Salvatorem damni necessitas. Sequitur enim : Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Jesum. Ubi considera quod dum Deus homines punit in rebus, confert beneficium animabus. Cum autem profecti essent, viderunt sanum eum qui jugiter vexabatur. Sequitur : Et invenerunt hominem sedentem a quo dæmonia exierant, vestitum (qui antea continuo nudus erat) ac sana mente ad pedes ejus : non enim discedit a pedibus a quibus est nactus salutem, et sic agnoscentes signum, mirati sunt passionis remedium, et obstupuerunt in facto. Sequitur enim : Et timuerunt. Hoc autem partim visu comperunt, partim verbis audiverant. Sequitur : Nuntiaverunt

autem illis qui viderant quomodo sanus factus est a legione. Oportebat autem eos supplicare Domino ne inde recederet, sed custos esset regionis, ne dæmones haberent accessum ad eos; sed præ timore propriam salutem amiserunt rogantes Salvatorem recedere.

Sequitur : Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerazenorum, ut discederet ab ipsis, quia timore magno tenebantur. THÉOPH. Timebant enim ne iterum damnum aliquod paterentur, sicut passi fuerant in submersione porcorum. CHRYS. (hom. 29, in *Matth.*). Attendas autem Christi humilitatem : postquam enim collatis a se talibus beneficiis emittebant eum, non obstat, sed discedit : eos qui seipos

SUITE. — « Il monta dans la barque pour s'en retourner. » — TITE. — Comme il se retirait, le possédé ne voulut point quitter le Sauveur; car il suit : « Cet homme duquel les démons étaient sortis le suppliait pour être avec lui. » — THEOPH. — Il craignait, comme il l'avait éprouvé, de retomber au pouvoir des démons, s'il s'éloignait de Jésus. Mais le Seigneur lui montra que, sans être présent à lui, il pouvait le protéger par sa puissance; car il suit : « Jésus le renvoya, en lui disant : Retournez dans votre maison, et racontez ce que Dieu a fait pour vous. » Il ne dit point : *que j'ai fait pour vous*, nous donnant un exemple d'humilité, afin que nous-même nous rapportions à Dieu nos bonnes actions.

TITE. — Cependant il ne viole point la loi de la vérité, car tout ce que fait le Fils, le Père le fait avec lui. Mais pourquoi lui, qui toujours disait à ceux qu'il délivrait de n'en parler à personne, après avoir délivré cet homme de la légion, lui dit-il : « Racontez ce que Dieu a fait pour vous? » C'est parce que tout ce pays plongé dans le culte des démons ne connaissait pas Dieu; ou mieux encore : quand il rapporte un miracle à son Père, il dit : « Racontez-le; » au contraire, lorsqu'il s'agit de lui-même, il dit de n'en parler à personne. Cependant celui qui avait été délivré des démons avait reconnu que Jésus était Dieu; c'est pourquoi il publia ce que Jésus avait fait pour lui. Car il suit : « Il s'en alla par toute la ville, etc. » — S. CHRYS. — C'est ainsi que, quittant ceux qui s'étaient montrés indignes de son enseignement, il établit docteur parmi eux celui qui avait été délivré des démons.

BÈDE. — Mystiquement, Gérasa représente les nations des Gentils

indignos sua doctrina promulgaverant (sive ostenderant) relinquens.

Sequitur : Ipse autem ascendens navim, reversus est. TITUS BOSTRENS. (*in Matth.*). Sed eo discedente, ille qui passus fuerat, a Salvatore non discedit. Sequitur enim : Et rogabat illum a quo dæmonia exierant, ut cum eo esset. THEOPH. Nam sicut expertus timebat ne forte elongatus a Jesu rursus dæmonibus esset paratus. Dominus autem ostendit ei quod quamvis non sit cum eo præsentialiter, tamen potest eum gratia sua protegere. Sequitur enim : Dimisit autem eum Jesus, dicens : Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus. Non autem dixit : Quanta tibi feci ego; formam præbens humilitatis, ut rectitudines nostras referamus in Deum. TITUS BOSTRENS. (*in Matth.*). Nec tamen prævaricatur in legem

veritatis : quicquid enim Filius operatur, Pater operatur. Cur autem qui ubique omnes liberatos monebat nulli dicere, huic liberato a legione dicit : Narra quanta tibi fecit Deus? Quia scilicet tota regio illa Deum ignorabat irretita cultibus dæmonum. Vel verius, quando quidem ad Patrem retorquet miraculum, dicit, narra; cum vero loquitur de seipso, monet nulli dicere. Ille autem qui liberatus est a dæmonibus, novit Deum esse Jesum; et ideo prædicavit quanta fecit illi Jesus. Sequitur enim : Et abiit per universam civitatem, etc. CHRYS. (*hom. 29, in Matth.*). Et sic illos qui se indignos sua doctrina promulgaverant, derelinquens, statuit eis eum in magistrum qui fuerat a dæmonibus liberatus.

BÈDE. Mystice autem Gerasa significat nationes gentium, quas post passionem et

que le Seigneur a visitées par ses prédicateurs après sa mort et sa résurrection. C'est pourquoi Gêrasa ou Gergésâ (comme lisent plusieurs) signifie *chasser l'habitant*, c'est-à-dire le diable qui auparavant l'habitait, ou encore *retour de l'étranger* qui auparavant était éloigné.

S. AMB. — Quoique le nombre de ceux qui furent guéris par le Christ soit différent dans saint Luc et dans saint Matthieu, néanmoins le mystère est le même (1). Car de même que dans celui-ci le possédé est la figure du peuple des Gentils, de même dans l'autre les deux possédés figurent aussi ce peuple; parce que, quoique Noé ait engendré trois fils, Sem, Cham et Japhet, la postérité de Sem fut seule appelée à la possession de Dieu, et des deux autres sortirent divers peuples et diverses nations. Or, il est dit que depuis longtemps il était possédé du démon, parce que, depuis le déluge jusqu'à la venue du Sauveur, ce peuple était sous sa domination. Il était nu, c'est-à-dire qu'il avait perdu l'ornement et les vertus naturelles. — S. AUG. — Il n'habitait point de maison, c'est-à-dire qu'il ne se reposait pas dans sa conscience; il demeurait dans les sépulcres, parce qu'il préférait les œuvres mortes (c'est-à-dire les péchés). — S. AMB. — Ou encore: que sont les corps des méchants sinon des espèces de sépulcres où n'habitent point les paroles de Dieu.

S. AUG. — Les entraves et les chaînes de fer qui liaient ses membres représentent les lois dures et pesantes des Gentils qui répriment aussi les crimes dans leurs républiques; les démons ayant rompu ces liens le poussaient dans le désert pour signifier que, lorsque ces lois sont transgressées, la passion conduit à des crimes qui surpassent les crimes

(1) Saint Matthieu dit qu'il y avait deux possédés, et saint Luc ne parle que d'un seul.

resurrectionem suam Dominus per prædicatorum visitavit. Unde Gerasa, vel Gergesa (ut quidam legunt) interpretatur colonum ejiciens, id est, diabolus, a quo prius incolebatur; vel advena propinquans, qui prius longe erat.

AMB. Licet autem discordet numerus curatorum a Christo secundum Lucam et Matthæum, tamen concordat mysterium. Ut enim iste qui habebat dæmonium, populi gentilis est figura, duo quoque illi similiter figuram populi gentilis accipiant; quoniam cum tres filios Noe generaverit, Sem, Cham et Japhet; Sem tantummodo familia in possessionem accita est Dei, et ex duobus illis diversarum nationum populi pullularunt; qui multis, inquit, temporibus habebat dæmonium; utpote, qui a diluvio

usque ad adventum Domini vexabatur. Nudus autem erat, quia tegumentum naturæ suæ et virtutis amisit. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 1, quæst. 14). In domo non habitabat: hoc est, in conscientia sua non requiescebat; in monumentis manebat, quia in mortuis operibus (hoc est, peccatis) delectabatur. AMB. Vel quid sunt corpora perfidorum, nisi quædam sepulcra in quibus Dei verba non habitant?

AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, quæst. 13). Quod autem compedibus ferreis et catenis ligabatur, significat graves et duras leges gentium, quibus etiam in eorum republica peccata cohibentur; quod autem vinculis talibus disruptis agebatur a dæmonibus in desertum, significat quod etiam ipsis transgressis legibus ad ea scelera cupiditate du-

ordinaires. La légion des démons qui était en lui figurait les nations qui servaient une multitude de démons ; or, il est permis à ces démons d'entrer dans les pourceaux qui paissaient sur les montagnes, pour figurer les hommes immondes et superbes qui sont soumis au démon par le culte des idoles. — S. AMB. — Car ceux-là sont des pourceaux qui, semblables à des animaux immondes, privés de raison et de la parole, souillent la beauté des vertus naturelles par les actes impurs de leur vie. — S. AUG. — Ils sont précipités dans la mer, pour signifier que l'Église est déjà purifiée, et que le peuple des Gentils étant délivré de la domination des démons, ceux qui n'ont pas voulu croire au Christ, submergés par une aveugle et profonde cupidité, s'en vont célébrer dans les abîmes leurs rites sacrilèges.

S. AMB. — Ils se précipitent avec impétuosité, parce qu'ils ne sont retenus par la considération d'aucun mérite ; mais, comme entraînés de haut en bas sur le penchant de la corruption, ils vont périr étouffés dans les flots de ce monde. En effet, ils ne peuvent recevoir aucun souffle vital de l'Esprit ceux qui sont battus dans les flots agités de la volupté. Nous voyons par là que l'homme est lui-même l'auteur de son malheur ; car s'il ne vivait point à la manière des pourceaux, jamais le démon n'eût reçu pouvoir sur lui, ou, s'il l'eût reçu, c'eût été pour l'éprouver et non pour le perdre. Peut-être aussi, depuis la venue du Seigneur, le démon, ne pouvant séduire les bons, ne cherche plus la ruine de tous les hommes, mais seulement des plus légers ; de même qu'un voleur n'attaque pas ceux qui sont armés, mais ceux qui n'ont point d'armes. Ceux qui gardaient les pourceaux, ayant vu ce qui était

cobatur, quæ jam vulgarem consuetudinem excederent. Quod vero in eo legio dæmonum erat, significatæ sunt gentes, quæ multis dæmonibus serviebant; quod in porcos pascentes in montibus dæmonia ire concessa sunt, significat etiam immundos et superbos homines, quibus dæmonia dominantur propter idolorum cultus. AMB. Porci enim hi sunt qui immundorum usu animalium vocis et rationis expertes, lutulentis vitæ suæ actibus naturalium coinquinaverunt ornamenta virtutum. AUG., *De quæst. Evang.* (ubi sup.). Quid autem in stagnum præcipitati sunt, significat quod jam clarificata est Ecclesia, et liberato populo gentium a dominatione dæmoniorum, in abditis agunt sacrilegos ritus suos qui Christo credere noluerunt, cæca et profunda curiositate submersi.

AMB. Impetu autem feruntur in præceps quoniam nullius meriti contemplatione revocantur; sed tanquam de superioribus ad inferiora per improbitatis proclive detrusi, inter fluentia mundi hujus intercluso pereunt spiritus commeatu. Neque enim in his qui fluido æstu voluptatis huc atque illuc feruntur, ullius spiritus potest esse vitale commercium. Videmus igitur quia homo ipse suus est auctor ærumnæ: nam nisi quis porci more vixisset, nunquam accepisset in eum diabolus potestatem; aut accepisset, non ut perderet, sed ut probaret: et fortasse diabolus, quia post Domini adventum bonos jam deprædari non poterat, non omnium hominum, sed levium quærit interitum; ut latro non armatis insidiatur, sed inermibus. Viderunt hoc magistri gregum et fugerunt. Neque enim, vel philosophiæ

arrivé, s'enfuirent. En effet, ni les philosophes, ni les chefs de la synagogue, ne peuvent porter remède aux peuples qui périssent, le Christ seul peut enlever les péchés des peuples. — S. AUG. — Ou encore : les pasteurs des porceaux qui s'enfuirent, et racontèrent ce qui était arrivé, représentent les rois impies qui n'observent point la loi chrétienne, mais qui néanmoins l'admirent et annoncent parmi les nations son étonnante puissance. Les Geraséniens, qui, apprenant ce qui s'était passé, sont saisis de crainte et prient Jésus de s'éloigner d'eux, représentent la multitude attachée à ses plaisirs qui honore la loi chrétienne, mais ne veut point l'embrasser, et qui dit ne pouvoir l'accomplir, tout en admirant le peuple fidèle guéri de l'état perdu où il était autrefois. — S. AMB. — Ou encore : la ville des Geraséniens peut représenter la synagogue; ils le priaient de s'éloigner, parce qu'ils étaient saisis de crainte; car l'esprit infirme ne peut entendre la parole de Dieu, ni soutenir le poids de la sagesse. C'est pourquoi le Sauveur ne leur est pas à charge plus longtemps, mais il monte sur les hauteurs, c'est-à-dire de la synagogue à l'Église. Il revient par le lac, car nul ne passe sans danger de salut de l'Église à la synagogue; pour celui qui veut passer de la synagogue à l'Église, qu'il porte sa croix, et il ne se perdra point. — S. AUG. — Par cet homme guéri qui voulait rester avec le Christ, et à qui il est dit : « Retournez en votre maison, et racontez ce que Dieu a fait pour vous, » il faut entendre que chacun, après la rémission de ses péchés, doit ainsi rentrer dans sa bonne conscience comme dans une maison, et suivre l'Évangile en s'occupant du salut des autres, afin de se reposer un jour avec le Christ, de peur

professores, vel principes synagogæ, pereuntibus populis possunt afferre medicinam : solus est Christus qui aufert peccata populorum. AUG., *De quest. Evang.* (lib. 2, q. 14). Vel quod porcorum pastores fugientes ista nuntiaverunt, significat quosdam primates impiorum, quanquam christianam legem fugientes, potentiam tamen ejus pergentes stupendo et mirando prædicare; quod autem Geraseni cognoscentes quod factum est, rogant Jesum, ut ab eis discederet, magno timore percussi, significat multitudinem vetusta suavitate delectatam, honorare quidem, sed nolle pati christianam legem, dum dicunt quod eam implere non possint; admirantes tamen fidelem populum a pristina perditâ conversatione sanatum. AMB. Vel in Gerazenorûm civitate species synagogæ videtur existere, qui ro-

gabant ut discederet, quia timore magno tenebantur : infirma enim mens non capit Dei verbum : nec potest pondus sustinere sapientiæ. Et ideo diutius molestus non fuit, sed ascendit ab inferioribus ad superiora; synagoga scilicet ad Ecclesiam; et regressus est per stagnum : nemo enim de Ecclesia ad synagogam sine periculo transit salutis : sed ille qui de synagoga ad Ecclesiam transire desiderat, crucem suam tollat, ut discrimen evadat. AUG., *De quest. Evang.* (ut sup.). Quod autem ille sanatus cupit jam esse cum Christo, et dicitur ei : Redi in domum tuam, et narra quanta tibi fecit Deus, sic intelligitur, ut sic quisque intelligat post remissionem peccatorum redeundum sibi in conscientiam bonam sicut in domum, et serviendum Evangelio, propter aliorum salutem; ut deinde cum Christo

qu'en voulant être avec le Christ avant le temps, il ne néglige le ministère de la prédication, institué pour la rédemption de nos frères.

Jésus étant revenu, le peuple le reçut avec joie, parce qu'il était attendu de tous. Alors il vint à lui un homme appelé Jaire, qui était un chef de synagogue; et se prosternant aux pieds de Jésus, il le suppliait de venir en sa maison, parce qu'il avait une fille unique âgée d'environ douze ans qui se mourait. Et comme Jésus s'en allait avec lui, et qu'il était pressé par la foule du peuple, une femme, qui était malade d'une perte de sang depuis douze ans, et qui avait dépensé tout son bien à se faire traiter par les médecins, sans qu'aucun d'eux l'eût pu guérir, s'approcha de lui par derrière, et toucha le bord de son vêtement : au même instant son sang s'arrêta. Et Jésus dit : Qui est-ce qui m'a touché? Mais tous assurant que ce n'étaient pas eux, Pierre et ceux qui étaient avec lui lui dirent : Maître, la foule du peuple vous presse et vous accable, et vous demandez qui vous a touché? Mais Jésus dit : Quelqu'un m'a touché, car j'ai reconnu qu'une vertu est sortie de moi. Cette femme, se voyant ainsi découverte, s'en vint toute tremblante, se jeta à ses pieds, et déclara devant tout le peuple ce qui l'avait portée à le toucher, et comment elle avait été guérie à l'instant. Et Jésus lui dit : Ma fille, votre foi vous a guérie : allez en paix.

S. AUG. — Après avoir raconté le miracle opéré chez les Geraséniens, il passe à celui de la fille du chef de la synagogue, en disant : « Jésus étant revenu, le peuple le reçut avec joie, parce qu'il était attendu de tous. » — THEOPH. — Ils l'attendaient pour sa doctrine et pour ses miracles. — S. AUG. — Cependant ce qui suit : « Un homme, appelé Jaire, » n'arriva point aussitôt; mais il faut placer auparavant ce qui regarde le repas des publicains, comme le raconte saint Matthieu, qui réunit ces deux faits, afin qu'on ne puisse en mettre aucun autre après

requiescat, ne cum præpropere vult esse cum Christo, negligat ministerium prædicationis, fraternæ redemptioni accommodatum.

Factum est autem cum rediisset Jesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui nomen Jairus, et ipse princeps synagogæ erat, et accedit ad pedes Jesu, rogans eum ut intraret in domum ejus, quia unica filia erat et sere annorum duodecim, et hæc moriebatur. Et contigit dum iret a turbis comprimebatur. Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari. Accessit retro, et tetigit simbriam vestimenti ejus; et confestim stetit fluxus sanguinis ejus. Et ait Jesus: Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit

Petrus, et qui cum illo erant: Præceptor, turbæ te comprimunt et affligunt, et dicis: Quis me tetigit? Et dixit Jesus: Tetigit me aliquis: nam et ego novi virtutem de me exisse. Vilens autem mulier quia non latuit, tremens venit et procidit ante pedes ejus; et ob quam causam tetigerit eum, indicavit coram omni populo, et quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei: Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 28). Post narratum apud Gerasenos miraculum, transit ad narrandum de archisynagogi filia dicens: Factum est autem cum rediisset, excepit illum turba: nam omnes eum expectabant. THEOPH. Simul quidem propter doctrinam et propter miracula. AUG., *De cons. Evang.* [ubi sup.]. Quod vero adjungit: Et ecce vir cui nomen Jairus, non continuo

celui-ci. — TITE. — Jaïre est nommé à cause des Juifs qui commencent alors ce qui se passa, afin que son nom soit une preuve du miracle. Ce ne fut point un malade quelconque qui s'approcha, mais un chef de la synagogue, afin de mieux fermer la bouche aux Juifs; d'où il suit : « Il était chef de la synagogue. » Il vint au Christ par nécessité, car c'est quelquefois la douleur qui nous pousse à bien faire, selon cette parole du psaume : « Serrez avec le mors et le frein la bouche de ceux qui ne veulent point s'approcher de vous. » — THÉOPH. — Ainsi, pressé par la nécessité, il se prosterna à ses pieds; car il suit : « Il se prosterna aux pieds de Jésus. » Il aurait dû, sans y être contraint par la nécessité, se prosterner à ses pieds et reconnaître qu'il était Dieu. — S. CHRYS. — Mais considérez son ignorance : il demande au Christ de venir dans sa maison; car il suit : « Il le suppliait de venir dans sa maison. » C'est-à-dire qu'il ignorait qu'il pût guérir sans être présent. En effet, s'il l'avait su, il eût dit comme le centurion : « Dites une parole, et ma fille sera guérie. » — GRÆC. — La cause pour laquelle il est venu est indiquée quand il est dit : « Parce qu'il avait une fille unique, » l'espoir de sa maison, la perpétuité de sa race; « âgée d'environ douze ans, » c'est-à-dire à la fleur de l'âge; « qui se mourait, » au lieu du lit nuptial, elle allait être portée au tombeau. — S. CHRYS. — Or, le Seigneur n'était pas venu pour juger le monde, mais pour le sauver; c'est pourquoi il n'a point égard à la dignité de celui qui l'implore, et il poursuit tranquillement son œuvre, sachant qu'il arriverait quelque chose de plus grand que ce qui lui était demandé. En effet, on l'ap-

factum accipiendum est, sed prius illud de convivio publicanorum, sicut narrat Matthæus; cui rei sic conjungit hoc, ut non possit aliud factum consequenter intelligi. TITUS BOSTRENS. (*in Matth.*). Est autem positum nomen, Judæorum causa, qui tunc noverant quod accidit, ut nomen demonstratio miraculi fiat. Accessit autem non aliquis infimorum, sed princeps synagogæ, ut magis obturarentur Judæorum ora : unde sequitur : Et ipse princeps synagogæ erat; accessit autem ad Christum causa necessitatis. Urget enim aliquando dolor ad agendum ea quæ decent; secundum illum psalm. 31 : In chamo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. THEOPH. Unde necessitate instante, cecidit ad pedes ejus. Sequitur enim : Et cecidit ad pedes Jesu; decebat autem ut absque necessitate cogente caderet ad pedes ejus, et cognosceret ipsum Deum esse. CHRYS. (*hom. 32, in Matth.*) et TITUS (*in Cat. græc.*). Sed considera ejus incertiam : quærit enim a Christo ut in domum veniat : sequitur enim : Rogans eum ut intraret in domum ejus : ignorans scilicet quod absens poterat liberare : nam si scivisset, dixisset sicut centurio (*Matth., 8*) : Dic verbo, et curabitur filia mea. GRÆC. (*vel Asterius, in Cat. græc.*). Causa autem adventus ejus ponitur, cum subditur : Quia unica filia erat illi; domus fundamentum, successio generis; fere annorum 12, in ipso scilicet flore ætatis; et hæc moriebatur, pro thalamis efferenda ad tumulum. CHRYS. (*cum Tito, in Cat. græc. Patr.*). Advenerat autem Dominus, non ut judicaret mundum, sed ut salvaret, quapropter non examinat dignitatem petentis, sed æquanimiter arripit opus, sciens quod majus erat futurum eo

pelait pour guérir une malade, mais il connut qu'il allait ressusciter une morte, et semer sur la terre l'espérance ferme de la résurrection.

S. AMB.—Avant de ressusciter cette morte, il guérit l'hémorroïsse pour exciter la foi du chef de la synagogue. C'est ainsi que nous célébrons la résurrection temporelle dans la passion du Seigneur pour faire croire à la résurrection éternelle. « Comme il y allait, il était pressé par la foule. » — S. CYR. — Ceci était une grande preuve qu'il avait revêtu une chair véritable et qu'il foulait aux pieds tout orgueil, car on ne le suivait pas de loin, mais on l'entourait.

GRÆC. — Cependant une femme, atteinte d'une grave maladie, dont l'infirmité avait épuisé le corps, et dont les médecins avaient épuisé la fortune, ne trouve pour espoir dans un si grand découragement que de se précipiter vers le Seigneur ; d'où il suit : « Une femme qui depuis douze ans avait un flux de sang, etc. » Combien elle est digne de louanges cette femme qui, dans l'épuisement des forces de son corps par ce flux continu de son sang, au milieu de tout le peuple qui entoure le Seigneur, soutenue par son désir et par sa foi, traverse la foule, et, se cachant par derrière, touche la frange de son vêtement.

SUITE. — « Elle toucha la frange de son vêtement. » — S. CYR. — Car il n'était point permis aux impurs de toucher ceux qui étaient purs, ni de s'approcher d'un homme saint. — S. CHRYS. — Selon la loi, cette maladie était regardée comme une grande souillure. Du reste, elle n'avait pas encore une juste idée du Sauveur, car elle n'eût pas pensé se pouvoir cacher ; cependant, elle s'approcha, espérant être guérie.

quod quærebatur : vocabatur enim ad remedium ægrotantis : novit autem se suscitaturum jam mortuam, et inserturum terrenis firman spem resurrectionis.

AMB. Suscitaturus autem mortuam, ad faciendam fidem archisynagogo, hæmorrhœissam ante curavit : sic et resurrectio temporalis in passione Domini celebratur, ut perpetua illa credatur. Et contigit dum iret, a turba comprimebatur. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Quod maximum erat indicium, quod veram carnem induerat, et omnem conculcasset superbiam : neque enim a longe sequebantur, sed eum circumdabant.

GRÆC. (vel Asterius ut jam supra). Quædam autem mulier gravi morbo detenta, cujus infirmitas corpus, medici vero omnes divitius consumpserant, solam spem in tanta diffidentia reperit, ut procideret Domino :

de qua sequitur : Et mulier quæ erat in fluxu sanguinis ab annis 12, etc. TIT. Bostr. (in *Matth.*). Qualiter autem non est digna præconio hæc mulier, quæ viribus extinctis corporeis ob continuum sanguinis fluxum, et tanto populo concurrente circa ipsum, affectu roborato et fide petierat populum, et retro latens tetigerat fimbriam vestimenti.

Sequitur : Tetigit fimbriam ejus. CYRILLUS (ubi supra). Neque enim licebat immundis vel tangere quemquam sanctorum, vel appropinquare viro sancto. CHRYS. (hom. 32, in *Matth.*). Ritu enim legis hujusmodi passio reputabatur immunditia magna : aliter etiam : nondum enim nec ipsa habebat dignam opinionem de eo ; non enim putavisset latere, sed tamen confisa de sanitate, accedit.

THEOPH. Sicut autem cum aliquis ocu-

THÉOPH. — Comme l'œil est aussitôt frappé par une vive lumière, ou comme les épines s'embrasent au feu, ainsi quiconque vient avec foi à celui qui peut le guérir obtient aussitôt sa guérison ; d'où il est dit : « Aussitôt son flux de sang s'arrêta. » Cette femme ne fut pas sauvée par les vêtements seuls (car les soldats aussi les tirèrent au sort entre eux), mais elle fut guérie par le sentiment de sa foi (1). — **THÉOPH.** — Elle crut, et elle fut sauvée ; comme il devait être, elle toucha d'abord le Christ spirituellement, et ensuite corporellement.

GRÆC. — Cependant le Seigneur entendit les pensées muettes de cette femme, il délivra sans proférer aucune parole celle qui le priaient en silence, se laissant dérober sa guérison. Mais ensuite il publie ce miracle ; car il suit : « Jésus dit : Qui m'a touché ? » — **S. CYR.** — Le Seigneur n'ignorait point le miracle qu'il venait d'opérer ; mais, connaissant toutes choses, il interrogea comme s'il ne savait rien. — **S. GRÉG.** — Or, les disciples, ne sachant pas ce qu'il demandait et pensant qu'il voulait parler d'un simple contact, répondent à la question du Seigneur ; d'où il suit : « Tous niaient l'avoir touché ; alors Pierre dit : La foule vous presse de toutes parts, et vous dites : Qui m'a touché ? etc. » C'est pourquoi, dans sa réponse, le Seigneur s'expliqua sur cet attouchement ; car il suit : « Jésus leur dit : Quelqu'un m'a touché. » Il disait dans le même sens : « Que celui-là entende qui a des oreilles pour entendre, » quoique tous aient les oreilles du corps, parce que ce n'est pas entendre véritablement que d'entendre sans intelligence ; et de même, toucher sans foi n'est pas toucher. — **S. CYR.** — Il pro-

(1) Il ne sert de rien pour le salut de toucher les vêtements du Christ, si on ne le fait avec une foi véritable.

lum lucernæ lucenti adhibet, aut igni spinas, statim operantur ; sic quidem qui fidem affert potenti curare, statim curationem consequitur : unde dicitur : Et confestim statim fluxus sanguinis ejus. **CHRYS.** (in *Cat. græc. Patr.*). Non autem sola vestimenta ipsius mulierem salvaverunt [nam et milites sortiti sunt ea inter se], sed fidei ejus intentio. **THÉOPH.** Credidit enim, et salvata est, et ut congruum fuit, primo tetigit Christum intellectualiter, deinde corporaliter.

GRÆC. [vel Asterius ubi supra]. Audivit autem Dominus tacitas mulieris considerationes, et tacens liberavit tacentem, passus sua sponte sanitatis rapinam ; sed postea miraculum publicat : nude sequitur : Et

ait Jesus : Quis est qui me tetigit ? **CYRIL.** (ubi sup.). Non enim latuit Dominum perpetratum miraculum, sed qui cuncta cognoscit, quasi nesciret, interrogat. **GRÆC.** (id est, Victor Antiochenus in *Cat. græc. Patr.*). Nascientibus autem discipulis quod quærebatur, sed putantibus eum de simplici quodam tactu dicere, Domini quæstioni respondent. Sequitur enim : Negantibus autem omnibus dixit Petrus : Turbæ te comprimunt, et dicis ? Quis me tetigit, etc. Et ideo Dominus tactum sua responsione distinguit. Sequitur enim : Et dixit illis Jesus : Tetigit me aliquis : sicut etiam dicebat : Qui habet aures audire, audiat ; quamvis omnes habeant hujusmodi corporalem auditum ; sed non

clame ensuite ce qui est arrivé en disant : « Car j'ai reconnu qu'une vertu est sortie de moi. » Il répond dans un sens matériel pour se conformer à la pensée de ceux qui l'écoutent; néanmoins, il nous manifeste ici qu'il est véritablement Dieu, soit par le prodige qu'il vient d'opérer, soit par ses paroles; car il est au-dessus de notre nature (et peut-être au-dessus de la nature angélique) de produire une vertu par sa propre essence : cela ne convient qu'à la nature suprême, parce qu'aucune créature ne porte en elle-même la puissance de guérir ou de faire tout autre miracle de ce genre, mais elle la reçoit de Dieu. Or, ce n'est pas par ambition de gloire qu'il ne voulut point que cette manifestation de la puissance divine demeurât cachée, lui qui souvent avait dit de taire ses miracles; mais il pensait à ceux qui sont appelés à la grâce par la foi. — S. CHRYS. — Premièrement, il apaise la crainte de cette femme, afin que sa conscience ne lui reprochât point d'avoir, pour ainsi dire, dérobé la grâce; secondement, il la reprend d'avoir cru se pouvoir cacher; troisièmement, proclame sa foi devant tous, afin que d'autres l'imitent. Ainsi, en montrant que toutes choses lui sont connues, il fait éclater un miracle non moins grand que celui de l'étanchement du sang. — S. CYR. — De plus, il amenait le chef de la synagogue à croire indubitablement qu'il arracherait sa fille des liens de la mort.

S. CHRYS. — Le Seigneur n'avait pas dévoilé tout de suite cette femme, afin qu'après avoir montré que tout lui était possible il fit publier par elle ce qui était arrivé, et qu'ainsi le miracle ne pût être mis en doute; d'où il suit : « Cette femme, se voyant découverte, vint en

est vere audire, si audiatur incante; nec vere tangere, si infideliter tangatur. CYRIL. (ubi sup.). Propalat autem consequenter quod factum est, cum subditur : Nam et ego novi virtutem de me exisse. Materius respondet secundum opinionem audientium : hic tamen nobis manifestatur quod ipse verus est Deus, et ex eo quod prodigialiter factum est, et etiam ex sermonibus : transcendit enim naturam nostram (et forsitan angelicam) posse quemquam virtutem emittere quasi a propria natura : convenit autem hoc soli supremæ naturæ : nulla namque creaturarum aliquam gerit sanandi potestatem, vel etiam aliqua alia similia miracula faciendi, sed divinitus præstitam : non autem ambitione gloriæ non permisit latere divinæ virtutis ostensionem, qui multoties præceperat taceri sua miracula ; sed

quia spectabat ad utilitatem eorum qui vocantur per fidem ad gratiam. CHRYS. (hom. 32, in Matth.). Primo enim solvit feminineum metum, ne remorsum conscientiæ pateretur quasi surripiens gratiam ; secundo corrigit eam, quia latere putaverat ; tertio fidem ejus exprimit cunctis, ut alii imitentur ; proditque non minus miraculum restrictione sanguinis, dum ostendit sibi cuncta patere. CYRIL. (ubi supra). Insuper principem synagogæ persuadebat indubitabiliter credere, quod a laqueis mortis eripiet filiam ejus.

CHRYS. (nt sup.). Ob hoc autem Dominus non statim eam manifestaverat, ut ostenso quod omnia sibi liquent, faciat mulierem prædicare quod factum est, ut suspicione miraculum careat. Unde sequitur : Videns autem mulier quia non latret eum,

tremblant, etc. » — ORIG. — Cependant le Sauveur confirme par sa parole la guérison que cette femme avait obtenue par son attouchement; d'où il suit : « Il lui dit : Votre foi vous a sauvée, allez en paix, » c'est-à-dire *soyez guérie de votre infirmité*. Ainsi, il guérit d'abord l'âme par la foi, et ensuite le corps. De plus, il l'appelle sa *filie* après qu'elle a été guérie à cause de sa foi, parce que la foi nous obtient la grâce de l'adoption.

EUS. — On dit que cette femme, retirée à Panéade (Césarée de Philippe, d'où elle était originaire), y éleva un monument insigne du bienfait qu'elle avait reçu du Sauveur. Il y avait au seuil de sa porte, sur une haute base, une statue d'airain représentant une femme à genoux, les mains jointes, dans l'attitude de la prière; de l'autre côté se dressait une autre statue de même matière, représentant un homme vêtu d'un manteau et les mains étendues vers la femme; à ses pieds, sur la base elle-même, naquit une plante exotique qui montait jusqu'au bord du manteau d'airain, et qu'on prétendait être un remède pour toutes les douleurs. On disait que cette statue, que Maxime détruisit, représentait le Christ.

S. AMB. — Mystiquement, le Christ avait quitté la synagogue chez les Geraséniens, et celui que les siens n'avaient pas reçu, nous qui sommes étrangers nous le recevons. — BÈDE. — Ou encore : le Seigneur reviendra à la fin des temps au milieu des Juifs, et ils le recevront par la confession de la foi. — S. AMB. — Mais qui pensons-nous que puisse être ce chef de la synagogue, sinon la loi, en considération de laquelle le Seigneur n'abandonne pas entièrement la synagogue?

tremens venit, etc. ORIG. (in *Cat. græc. Patr.*). Eandem autem sanitatem quam nacta est mulier ex contactu, verbo confirmavit Salvator. Unde sequitur : At ipse dixit illi : Fides tua te salvam fecit. Vade in pace, id est, esto sana a tuo flagello. Et sanat quidem primo per fidem animam, deinde vero corpus. TIT. Bostr. (in *Matth.*). Vocat autem filiam jam fidei causa sanatam : fides enim gratiam adoptionis impetrat.

EUSEB., in *Eccl. hist.* (lib. 7, cap. 14). Dicunt autem hanc mulierem in Panéade (que est Cæsarea Philippi, unde fuit oriunda) statuisset triumphos insignes collati sibi beneficii a Salvatore : stabat namque super altam basim ad limina domus ejus æneum simulacrum mulieris flexis genibus, manibusque junctis, quasi precaretur ; ex cujus

opposito aliud erectum simulacrum ad instar viri, ejusdemque materiæ, amictum diploide et inanum versus mulierem extendens, ante cujus pedes super ipsam basim aliena species plantæ orta, quæ usque ad æneæ diploidis oras pertingens medicina omnium passionum esse forebatur. Hanc autem statuam dicebant representare Christum, quam Maximinus destruxit.

AMBR. Mystice autem reliquerat in Gerasenis synagogam Christus, et quem sui non receperant, nos recipimus alieni. BÈD. Vel in fine seculi Dominus est ad Judæos rediturus, atque ab eis per fidei confessionem liber excipiendus. AMBR. Quem autem putamus synagogæ principem esse nisi legem ? cujus contemplatione Dominus synagogam non penitus dereliquerit. BÈD. Vel princeps synagogæ Moyses intelligitur. Unde

— BÈDE. — Ou encore : par ce chef de la synagogue il faut entendre Moïse. C'est pourquoi il se nomme *Jaire* (c'est-à-dire *qui illumine* ou *illuminé*); car celui qui est chargé de nous donner les paroles de vie illumine les autres et, à cause de cela, est illuminé lui-même par l'Esprit-Saint. Le chef de la synagogue se prosterna aux pieds de Jésus, parce que le législateur et toute la famille des patriarches connurent que le Christ qui devait venir dans la chair leur serait de beaucoup supérieur. Car si Dieu est la tête du Christ, les pieds doivent représenter son incarnation, par laquelle il a touché à la terre de notre mortalité. Il l'a prié d'entrer dans sa maison, parce qu'il désirait voir sa venue. De plus, sa fille unique représente la synagogue, qui seule est établie par une institution légale; elle mourait à douze ans (c'est-à-dire lorsque le temps de sa puberté approchait), parce que, après avoir été noblement élevée par les prophètes, lorsqu'elle était parvenue à l'âge de la raison, et devait engendrer à Dieu des fruits spirituels, elle fut abattue par le mal des erreurs, elle négligea d'entrer dans la voie de la vie spirituelle et, si le Christ ne fût venu à son secours, elle aurait succombé dans la mort. Le Seigneur allant guérir cette jeune fille est pressé par la foule, parce que, tandis qu'il présente aux Juifs les enseignements du salut, il est entravé par les mœurs des peuples charnels.—S. AMB.—Or, pendant que le Verbe de Dieu s'avancait vers cette fille du chef de la synagogue pour sauver les enfants d'Israël, la sainte Église, formée des Gentils et languissante par le mal de ses crimes honteux, obtint par sa foi la guérison qui était préparée pour d'autres.

— BÈDE. — Ce flux de sang peut s'entendre de la prostitution de l'i-

bene Jairus (id est, illuminans, vel, illuminatus) vocatur; quia qui accipit verba vitæ dare nobis, et per hoc cæteros illuminat, et ipse a Spiritu Sancto illuminatur. Cecidit autem archisynagogus ad pedes Jesu, quia legislator cum tota Patrum progenie Christum in carne apparentem longe sibi præferendum esse cognovit. Si enim caput Christi Deus (1 ad Cor., 11), convenienter pedes accipiendi sunt incarnatio, qua terram nostræ mortalitatis tetigit. Rogavit autem intrare in domum ejus, quia ejus videre desiderabat adventum. Filia autem unica ejus est synagoga, quæ sola legali est institutione composita; quæ duodacimo ætatis anno (hoc est, tempore pubertatis appropinquante) moriebatur, quia nobiliter a prophetis educata, postquam ad intelligibiles

annos pervenerat, in quibus spirituales Deo fructus gignere debebat, subito errorum languore consternata, spiritualis vitæ viam ingredi omisit: et, si Christus non succurreret, corruisset in mortem. Ad puellam autem sanandam pergens Dominus a turba comprimitur, quia genti Judææ salutaria monita præbens carnalium populorum est consuetudine gravatus. AMBR. Ad hanc autem principis filiam dum properat Dei Verbum, ut salvos faceret filios Israel, sancta Ecclesia ex gentibus congregata, quæ inferiorum lapsu criminum deperibat, paratam aliis fide præripuit sanitatem. BÈD. Duplîciter autem sanguinis fluxus potest intelligi, hoc est, et super idololatriæ prostitutione, et super his quæ carnis et sanguinis oblectatione patrantur. AMBR. Quid autem sibi

dolâtrie ou de ceux qui se livrent aux jouissances de la chair et du sang. — S. AMB. — Mais pourquoi cette fille du chef de la synagogue mourant à douze ans, et cette femme affligée d'un flux de sang depuis douze ans, sinon pour faire entendre que, tant que la synagogue fut dans sa vigueur, l'Eglise languit? — BÈDE. — Car à peine la synagogue était née depuis un siècle chez les patriarches que l'idolâtrie des Gentils souilla leur nation.

S. AMB. — De même que cette femme avait épuisé tous ses biens pour les médecins, de même le peuple des Gentils avait perdu tous les dons de la nature. — BÈDE. — Par ces *médecins* il faut entendre, soit les faux théologiens, soit les philosophes et les docteurs des lois temporelles qui, dissertant beaucoup sur les vertus et les vices, promettaient de donner aux hommes des enseignements utiles à leur vie; ou encore : il faut entendre les démons qui, comme s'ils étaient la providence des hommes, se faisaient adorer à la place de Dieu; or, plus la gentilité avait mis de volonté et de facultés naturelles à les entendre, moins elle avait pu être guérie de la souillure de son iniquité. — S. AMB. — Mais, apprenant que le peuple juif était malade, elle commença à espérer sa guérison, elle reconnut que le temps était arrivé où un médecin viendrait du ciel; elle se leva pour aller à sa rencontre, confiante par foi, timide par pudeur. Car c'est le propre de la pudeur et de la foi que de reconnaître son infirmité et de ne pas désespérer du pardon. Elle vint donc craintive toucher le bord de son vêtement; fidèle, elle s'approcha; religieuse, elle crut; sage, elle reconnut qu'elle était guérie. Ainsi le peuple saint des Gentils qui crut à Dieu rougit de son péché pour en sortir, embrassa la foi pour croire, montra sa piété pour prier,

vult quod hæc principis filia annorum duodecim moriebatur, et mulier isto fluxu sanguinis ab annis duodecim laboravit, nisi ut intelligatur, quia quoadu synagoga vigit, laboravit Ecclesia? BÈD. Una enim pene seculi ætate synagoga in patriarchis nasci cœpit, et Gentilium nationem idololatria fœlavit.

AMB. Sicut autem illa in medicos erogaverat omnem substantiam suam, ita congregatio gentium amiserat omnia dona naturæ. BÈD. Medicos autem intellige sive falsos theologos, sive philosophos, legumque doctores secularium, qui multa de virtutibus vitiisque disserentes, utilia se vivendi instituta mortalibus dare promittebant, seu ipsos immundos spiritus, qui velut ho-

minibus consulendo, se pro Deo colendos ingerebant; quibus audiendis, Gentilitas, quanto magis naturalis industriæ vires expenderat, tanto minus potuit ab iniquitatis suæ sorde curari. AMB. Audiens autem ægrotare populum Judæorum, sperare cœpit salutis suæ remedium; tempus venisse cognovit, quo medicus adesset de cœlo; surrexit ut occurreret, fide promptior, pudore cunctantior. Hoc enim est pudoris et fidei, agnoscere infirmitatem, non desperare veniam. Verecunda ergo fimbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanata se esse cognovit; sic sancta plebs gentium quæ Deo credidit, peccatum erubuit ut desereret, fidem detulit ut crederet, devotionem exhibuit ut rogaret, sapientiam in-

revêtit la sagesse pour ressentir en lui-même sa guérison, et prit confiance pour avouer qu'il avait soustrait ce qui était destiné à d'autres. Le Christ est touché par derrière, parce qu'il est écrit : « Vous suivrez le Seigneur votre Dieu. » — BÈDE. — Et lui-même a dit « Si quelqu'un me sert, qu'il me suive. » — Ou encore : parce que celui qui ne voit pas Dieu présent dans sa chair, s'il pratique les sacrements de sa miséricorde temporelle, commence à suivre ses traces par la foi.

S. GRÉG. — Tandis que la foule presse notre Rédempteur, une seule femme le touche, parce que dans l'Église tous ceux qui sont charnels, quoiqu'ils le pressent, en sont éloignés, et ceux-là seuls le touchent qui lui sont véritablement unis par l'humilité. Ainsi la foule le presse sans le toucher, parce qu'elle est importune par sa présence et absente par sa vie. — BÈDE. — Ou encore : une femme fidèle touche seule le Seigneur, parce que, tandis qu'il est affligé par le désordre de diverses hérésies, il n'est cherché que par le cœur fidèle de l'Église catholique. — S. AMB. — Car ceux-là ne croient point qui le pressent; ceux-là seuls croient qui le touchent; c'est par la foi qu'on touche le Christ, c'est par la foi qu'on le voit. Enfin, pour exprimer la foi de celle qui le touche, il dit : « J'ai reconnu qu'une vertu est sortie de moi. » Ceci est une preuve évidente que la divinité n'est pas bornée par les organes de la nature humaine ni par la prison du corps, mais que sa puissance éternelle déborde au-delà des limites de notre médiocrité; car le peuple des Gentils n'est pas délivré par une opération humaine, mais la grâce de Dieu réunit les nations qui, par une foi encore imparfaite, inclinent la miséricorde éternelle. En effet, si nous considérons quelle est notre

duit ut sanitatem suam ipsa sentiret, fiduciam sumpsit ut fateretur quod præripisset alienum. Retro autem tangitur Christus, quia scriptum est [Deuter., 13] : Post Dominum Deum tuum ambulabis. BÈDE. Et ipse ait [Joan., 13, vers. 26] : Si quis mihi ministrat, me sequatur : sive quia præsentem in carne Dominum non videns, per actis dispensationis temporariæ sacramentis per fidem cepit ejus vestigia subsequi.

GRÉG., 3 Moral. (cap. 11). Premente autem turba una Redemptorem nostrum mulier tetigit; quia carnales quique in Ecclesia eum comprimunt a quo longe sunt, et soli tangunt qui huic veraciter humiles adjunguntur. Turba igitur premit, et non tangit; quia et importuna est per præsentiam, et absens per vitam. BÈDE. Vel una credula mulier Dominum tangit; quia qui de

diversis hæresibus inordinate affligitur, solo catholicæ Ecclesiæ corde fideliter quæritur. AMBR. Non enim credunt qui comprimunt; credunt qui tangunt : fide tangitur Christus, fide videtur. Denique ut fidem tangentis exprimeret, dicit : Ego cognovi virtutem de me exisse, quod est evidentius indicium, quia non intra possibilitatem conditionis humanæ, atque intra corporis claustrum Divinitas coarcta est, sed ultra fines nostræ mediocritatis virtus exundat æterna. Non enim humana ope plebs gentium liberatur, sed Dei munus est congregatio nationum, quæ etiam brevi fide misericordiam inclinat æternam. Nam si consideremus quanta sit fides nostra, et intelligamus quantus sit Dei Filius, videmus quia comparatione ejus fimbriam tantummodo tangimus superiora vero vestimenti ejus nequimus

foi, et combien le Fils de Dieu est grand, nous verrons par cette comparaison que nous ne touchons que le bord de son vêtement, et que nous ne pouvons en atteindre le haut. Si donc nous aussi voulons être guéris, touchons par la foi le bord du manteau du Christ. Nul ne le touche qu'il ne le sache. Heureux celui qui touchera la moindre partie du Verbe; car qui peut le comprendre tout entier?

Comme il parlait encore, quelqu'un vint dire au chef de synagogue : Votre fille est morte, ne donnez point davantage de peine au Maître. Mais Jésus, ayant entendu cette parole, dit au père de la jeune fille : Ne craignez point, croyez seulement et elle vivra. Etant arrivé au logis, il ne laissa entrer personne que Pierre, Jacques et Jean, avec le père et la mère de la fille. Et comme tous ceux de la maison la pleuraient, en se frappant la poitrine, il leur dit : Ne pleurez point, cette fille n'est pas morte, mais seulement endormie. Et ils se moquaient de lui, sachant bien qu'elle était morte. Jésus, la prenant donc par la main, lui cria : Ma fille, levez-vous. Et son âme étant retournée dans son corps, elle se leva à l'instant : et il commanda qu'on lui donnât à manger. Alors son père et sa mère furent remplis d'étonnement. Et il leur commanda de ne dire à personne ce qui était arrivé.

S. CIRRYS. — Le Seigneur voulait attendre la mort de la jeune fille, afin de rendre plus éclatant le miracle de sa résurrection; c'est pourquoi il marche lentement, et parle longtemps avec cette femme, afin que la fille du chef de la synagogue expirât, et que la nouvelle en fût apportée. D'où il est dit : « Comme il parlait encore, quelqu'un vint dire au chef de la synagogue : Votre fille est morte, etc. » — S. AUG. — Lorsque saint Matthieu raconte que le chef de la synagogue dit au Seigneur, non que sa fille allait mourir, mais qu'elle était morte, tandis que

attingere. Si igitur et nos curari volumus, fide tangamus fimbriam Christi. Non autem latet eum quicumque tetigerit. Beatus qui extremam partem verbi tetigerit; nam totum quis potest comprehendere?

Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ, dicens ei, quia mortua est filia tua, noli vexare illum : Jesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ : Noli timere, crede tantum, et salva erit. Et cum venisset domum, non permisit secum intrare quemquam, nisi Petrum, et Jacobum, et Joannem, et patrem, et matrem puellæ. Flebant autem omnes et plangebant illam. At ille dixit : Nolite flere, non est mortua puella, sed dormit; et deridebant eum, scientes quod mortua esset. Ipse autem tenens

manum ejus, clamavit dicens : Puella, surge. Et reversus est spiritus ejus, et surrexit continuo : et jussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes ejus, quibus præcipit ne alicui dicerent quod factum erat.

CIRRYS. (hom. 32, in Matth.). Opportuno Dominus expectabat puellæ mortem, ut propalaretur resurrectionis miraculum : propter quod et tardius incedit, et loquitur cum muliere diutius, ut archisynagogi filia expiraret, et hujus nuntii advenirent. Unde dicitur : Adhuc illo loquente, venit quidam ad principem synagogæ dicens ei, quia mortua est filia tua, etc. AUG. (*De cons. Evang.*, lib. 2, cap. 28). Sed cum Matthæus archisynagogum non mortuam filiam suam

saint Luc et saint Matthieu disent qu'elle n'était pas encore morte, si bien qu'ils ajoutent qu'on vint ensuite annoncer sa mort, il ne faut point y voir une contradiction; mais il faut croire que, pour abréger, saint Matthieu a voulu dire tout d'abord que le Seigneur fut prié de faire ce qu'il a manifestement fait, c'est-à-dire de ressusciter la jeune fille morte. Car saint Matthieu ne s'occupe point des paroles du père, mais (ce qui est plus important) de son intention. Sans doute, si les deux autres évangélistes ou l'un d'eux avait fait dire au père ce que dirent ceux qui vinrent de la maison, de ne plus tourmenter Jésus, parce que la jeune fille était morte, le récit de saint Matthieu contredirait sa pensée, mais on ne lit pas que lui-même se soit joint aux envoyés pour empêcher le maître de venir. Aussi le Seigneur ne lui reproche point de défiance, mais affermit sa foi; d'où il suit : « Jésus ayant entendu cette parole dit au père de la jeune fille : Croyez seulement, etc. » — S. ATHAN. — Le Seigneur exige la foi de ceux qui l'invoquent, non qu'il ait besoin du secours d'autrui (car lui-même est le Seigneur et le donateur de la foi), mais pour ne point paraître faire acception de personnes en distribuant ses dons; il montre qu'il favorise ceux qui croient, afin qu'ils reçoivent ses bienfaits avec foi, et qu'ils ne les perdent point par infidélité. Car il veut que la grâce de ses bienfaits soit durable, et que, quand il guérit, la guérison persévère tout entière.

THEOPH. — Avant de ressusciter cette morte il éloigna tout le monde pour nous apprendre qu'il est sans vaine gloire, et qu'il ne fait rien par ostentation; et que, lorsque quelqu'un veut faire des miracles, il ne doit point être dans la foule, mais solitaire et séparé de

narrat Domino nuntiasset, sed omnino defunctam, Lucas autem et Marcus nondum mortuam, usque adeo ut dicant venisse postea qui mortuam nuntiarent, considerandum est ne repugnare videatur. Et intelligendum est brevitatis hoc causa Matthæum potius dicere voluisse rogatum esse Dominum ut faceret quod eum fecisse manifestum est, ut scilicet mortuam suscitaret. Attendit enim, non verba patris de filia sua, sed (quod est potissimum) voluntatem. Sane si alii duo vel quisquam eorum patrem commemorasset dixisse, quod venientes de domo dixerunt, ut jam non vexaretur Jesus, quia puella mortua fuisset, repugnarent ejus cogitationi verba quæ posuit Matthæus : nunc vero illud nuntiantibus et prohibentibus ne magister veniret, non legitur quod ipse consenserit. Unde

Dominus non diffidentem reprehendit, sed credentem robustius confirmavit. Unde sequitur : Jesus autem, audito hoc verbo, respondit patri puellæ : Crede tantum, etc. ATHAN. (in *Cat. græcor. Patr.*). Fidem Dominus exigit ab invocantibus eum, non quia indiget adminiculo aliorum (ipse namque et Dominus et largitor est fidei), sed ne videretur ex acceptione personarum sua dona conferre, ostendit quod credentibus favet, ne sine fide accipiant beneficia, et ea per infidelitatem aboleant. Vult enim beneficentis durare gratiam, et sanans, inconcussum permanere remedium.

THEOPH. Mortuam autem suscitaturus ejecit omnes quasi nos docens absque inani gloria esse, et nihil ad demonstrationem facere; quod cum quis debet miracula perpetrare, non decet ipsum esse in medio plu-

tous. D'où il suit : « Étant arrivé à la maison, il ne laissa entrer personne que Pierre, Jacques et Jean. » Il admit ces seuls disciples comme étant les premiers et capables de tenir secret le miracle ; car il ne voulait point qu'il fût révélé à la foule avant le temps, peut-être à cause de l'envie des Juifs. C'est ainsi que, lorsque quelqu'un nous porte envie, nous ne devons pas lui révéler nos actes de justice, de peur de lui donner une occasion de plus grande envie. — S. CHRYS. — Il ne prit point les autres disciples, afin de les exciter à un plus grand zèle, et aussi parce que leurs dispositions n'étaient pas encore parfaites. Il prit avec lui Pierre et les fils de Zébédée, pour exciter les autres à imiter ceux-ci. Il prit aussi pour témoins les parents, afin que personne ne pût nier la preuve de la résurrection. Remarquez encore, à ce sujet, qu'il exclut de la maison ceux qui pleurent, et qu'il les montre indignes d'un tel spectacle ; car il suit : « Tous pleuraient et se lamentaient sur elle. » Mais s'il les exclut alors, combien plus maintenant ; car alors il n'était pas encore aussi évident que la mort eût été changée en sommeil. Que nul donc ne se méprise, faisant injure à la victoire, par laquelle le Christ a vaincu la mort et l'a changée en sommeil. Pour l'évidence de cette vérité, il est ajouté : « Il dit : Ne pleurez point, cette fille n'est pas morte, mais elle dort, etc. » Il montrait que tout lui est facile, et qu'il lui rendrait la vie comme il la réveillerait du sommeil. Cependant ils se moquaient de lui. Car il suit : « Et ils se moquaient de lui. » Il ne les reprit point, ni ne réprima point leur dérision, afin que cette dérision même fût une preuve de la mort ; car comme le plus souvent les hommes persévèrent dans l'incrédulité après les mi-

rimorum, sed solitarium, et ab aliis separatum. Unde sequitur : Et cum venisset domum, non permisit intrare quemquam, nisi Petrum, Jacobum et Joannem. Solos autem hos intromisit tanquam discipulorum vertices, et potentes miraculum occultare ; non enim volebat ipsum ante tempus pluribus revelari, forte propter invidiam Judæorum. Sic et cum quis nobis invidet, non debemus justitias nostras ei revelare, ne ei majoris invidiæ occasio tribuatur. CHRYS. (hom. 32, in Matth.). Cæteros autem discipulos non assumpsit, provocans eos ad appetitum majorem ; ob id quoque, quod nondum erant plene dispositi. Assumpsit autem Petrum et cum illo filios Zebedæi, ut et alii istos imitentur. Assumpsit etiam parentes in testes, ne quis dicere posset fallax esse resurrectionis indicium. Ad hoc

etiam illud nota quod fientes exclusit a domo, et indignos ostendit hujusmodi visione. Sequitur enim : Flebant autem omnes, et plangebant illam. Quod si tunc exclusit, multo magis nunc : tunc enim nondum patuerat mortem in somnum fuisse conversam. Nullus ergo de cætero se contemnat, injuriam inferens Christi victoriæ, qua superavit mortem, et eam in somnum convertit. Ad cujus ostensionem subditur : At ille dixit : Nolite flere non est mortua, sed dormit, etc. Ostendens singula sibi fore in promptu, et quod eam vivificaret, quasi suscitaret a somno : nihilominus tamen deridebant eum. Sequitur enim : Et deridebant eum, etc. Quos non objurgavit, nec derisionem repressit, ut etiani derisio fiat mortis indicium : nam quia ut plurimum post acta miracula homines perseverant in-

racles, il les dispose par leurs propres paroles. Or, afin de préparer leurs yeux à la foi de la résurrection, il prit la main de la jeune fille. D'où il suit : « La prenant par la main, il lui cria : Ma fille, levez-vous. » Et dès qu'il l'eut prise, il la ressuscita. D'où il suit : « Et son âme revint, et elle se leva à l'instant ; » car il ne mit point en elle une autre âme, mais il lui rendit la même qui était expirée. Non-seulement il ressuscita cette jeune fille, mais il commande qu'on lui donne à manger. — SUITE. — « Et il commanda de lui donner à manger ; » afin que ce qui était arrivé ne parût point fantastique. Ce n'est pas lui qui lui présente à manger, mais il le commande aux autres ; de même à la résurrection de Lazare il dit : « Déliez-le, » et ensuite il le fit mettre à table.

GREC. — Ensuite il contient les parents stupéfaits de ce miracle et prêts à pousser des exclamations, afin qu'ils ne publient point ce qui était arrivé. Car il suit : « Les parents furent dans la stupeur, et il leur recommanda de ne dire à personne ce qui était arrivé. » Il montrait ainsi qu'il répand les bienfaits sans être envieux de gloire, et qu'il donne tout sans rien recevoir. Celui, au contraire, qui recherche la gloire donne d'un côté et reçoit de l'autre.

BÈDE. — Mystiquement, à peine la femme est-elle guérie du flux de sang, qu'on annonce la mort de la fille du chef de la synagogue, parce que, lorsque l'Église fut purifiée de ses vices, aussitôt la synagogue expira de perfidie et d'envie ; de perfidie, parce qu'elle ne voulut point croire au Christ, et d'envie, parce qu'elle s'affligea de la foi de l'Église.

S. AMB. — Cependant les serviteurs du chef de la synagogue étaient encore incrédules au sujet de la résurrection que Jésus a annoncée dans

creduli, verbis propriis eos prævenit : ut autem quasi per visum disponeret ad resurrectionis fidem, tenet manum puellæ. Unde sequitur : Ipse autem tenens manum ejus, clamavit dicens : Puella, surge. Cumque tenuisset, suscitavit eam. Unde sequitur : Et reversus est spiritus ejus, et surrexit continuo. Non enim infudit aliam animam, sed illam eandem, quæ expiraverat, restituit. Nec solummodo suscitavit puellam, imo jubet illam cibari : sequitur : Et jussit illi dare manducare : ne scilicet phantasticum esse videatur quod factum est : nec ipse propinat, sed aliis mandat ; sicut et in Lazaro dixit (Joan. 11) : Solvite eum ; ac deinde participem mensæ fecit.

GREC. (vel Severus Antiochenus, in *Cat. græc. Patr.*). Deinde stupefactos miraculo,

et pene clamantes parentes cohibet ne factum prædicent. Sequitur enim : Et stupuerunt parentes ejus, quibus præcepit ne alicui dicerent quod factum erat. Ostendens quod largitor honorum est ; non autem cupidus gloriæ ; datque totum, nihil recipiens. Qui vero venatur operum gloriam, aliquid quidem exhibuit, aliquid vero recipit.

BED. Mystice autem salvata a fluxu sanguinis muliere, mox filia principis mortua nuntiatur ; quia dum Ecclesia a vitiorum labe mundata est, continuo synagoga perfidia atque invidia soluta est : perfidia quidem, quia in Christum credere noluit ; invidia vero, quia Ecclesiam credidisse doluit.

AMB. Adhuc autem et servuli principis increduli erant ad resurrectionem, quam Jesus in lege prædixit (*psalm. 15*), in Evangelio complevit : unde dicunt : Noli vexare

la loi et qu'il a accomplie dans l'Évangile, d'où ils disent : « Ne l'importunez point, » comme s'il lui était impossible de ressusciter celle qui était morte. — BÈDE. — Peut-être encore aujourd'hui parlent-ils ainsi, ceux qui voient l'état de la synagogue tellement déchu qu'ils ne croient pas qu'elle puisse être restaurée et qui à cause de cela n'estiment point qu'on doive prier pour sa résurrection; mais ce qui est impossible aux hommes est possible à Dieu. D'où le Seigneur lui dit : « Ne craignez point, croyez seulement et elle vivra. » Le père de la jeune fille représente l'assemblée des docteurs de la loi, si elle veut croire, la synagogue qui lui est soumise sera aussi sauvée.—S. AMB.— Étant venu dans la maison, il ne prit que quelques témoins de la résurrection qu'il allait opérer; car la résurrection n'a pas été crue d'abord par un grand nombre. Mais quelle est la cause d'une manière d'agir si différente? Précédemment il a ressuscité publiquement le fils d'une veuve; maintenant il éloigne la foule des témoins. Je pense que le Seigneur manifeste ainsi sa bonté, parce que cette veuve mère d'un fils unique ne pouvait souffrir aucun retard; de plus, sa sagesse figurait dans le fils de la veuve la foi prompte de l'Église, tandis que dans la fille du chef de la synagogue il figurait le petit nombre de ceux qui devaient croire dans la foule des Juifs. Enfin le Seigneur disant : « Cette fille n'est pas morte, elle dort, » on se moquait de lui : car quiconque ne croit pas se moque. Que ceux-là donc pleurent leurs morts qui les croient morts sans retour : avec la foi de la résurrection il n'y a plus de mort, mais un sommeil. Ainsi la synagogue qui a perdu la joie de l'époux par lequel elle pouvait vivre est couchée pour ainsi dire au milieu de ceux qui la pleurent sans même comprendre

illum, quasi sit ei impossibile suscitare mortuam. BÈD. Vel per eos etiam hoc hodie dicitur qui adeo destitutum synagogæ statum vident ut restaurari posse non credant, ideoque pro suscitatione illius supplicandum esse non æstiment : sed quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum [Luc., 18, vers. 27]. Unde Dominus ei dixit : Noli timere, crede tantum, et salva erit. Pater puellæ cœtus doctorum legis accipitur : qui si credere voluerit, etiam subjecta ei synagoga salva erit. AMB. Itaque cum venisset in domum, paucos futuræ resurrectionis arbitros ascendit : non enim a multis continuo est credita resurrectio. Quæ tamen tantæ divinitatis est causa? Supra publice filius

viduæ suscitatur; hic remouentur plures arbitri : sed puto quod pietas ibi Domini declaratur; quia vidua mater unici filii non patiebatur moras : est etiam forma sapientiæ, in filio viduæ cito Ecclesiam credituram : in archisynagogi filia credituros quidem Judæos, sed ex pluribus pauciores : denique dicente Domino : Non est mortua puella, sed dormit, deridebant eum : quicumque enim non credit, irridet. Fleant igitur mortuos suos, qui putant mortuos : ubi resurrectionis fides est, non mortis species, sed quietis est. Synagoga etiam quia sponsi lætitiâ qua vivere possit, amisit, quasi inter plangentes mortua jacens, nec hoc ipsum quare plangatur intelligit. AMB. Tenens autem Dominus manum puellæ,

pourquoi ils pleurent. — S. AMB. — Cependant le Seigneur prenant la main de la jeune fille la ressuscita : heureux celui dont la sagesse prend la main pour l'introduire dans sa maison et commander qu'on lui donne à manger ! Car le Verbe de Dieu est un pain céleste ; c'est pourquoi cette sagesse, qui a rempli les autels des aliments du corps et du sang de Dieu, a dit : « Venez, mangez mes pains et buvez le vin que j'ai préparé pour vous. » — BÈDE. — Aussitôt la jeune fille ressuscita, parce que dès que le Christ soutient sa main, l'homme revient de la mort de l'âme. Or, il en est qui se donnent la mort par la seule pensée secrète du mal ; et c'est pour signifier qu'il les vivifie que le Seigneur ressuscite la fille du chef de la synagogue. D'autres, faisant le mal dans lequel ils se complaisent, portent leur mort pour ainsi dire hors des portes ; et c'est pour montrer qu'il les ressuscite qu'il a ressuscité le fils de la veuve hors des portes de la ville. D'autres, enfin, par l'habitude du péché, se corrompent pour ainsi dire et s'ensevelissent ; et la grâce du Sauveur peut encore les relever. C'est pour le déclarer qu'il ressuscita Lazare qui était déjà depuis quatre jours dans le tombeau. Or, plus est grave la mort de l'âme et plus doit être vive la ferveur de la pénitence ; c'est pourquoi il parle doucement pour ressusciter la jeune fille couchée dans sa maison, il parle plus fort pour ranimer le jeune homme qu'on portait dans la ville ; et pour ressusciter celui qui était mort depuis quatre jours, il frémit en esprit, il versa des larmes et il poussa un grand cri. Il faut aussi remarquer que les fautes publiques ont besoin d'un remède public, tandis que les péchés secrets, qui sont plus légers, sont effacés par la pénitence ; ainsi la jeune fille couchée dans sa maison est ressuscitée devant un petit nombre de témoins, le jeune

sanavit eam : beatus enim cujus manus sapientia tenet, ut inducat in penetralia sua, jubeat dari manducare : panis enim cœlestis est Dei verbum : inde et illa sapientia quæ Dei corporis et sanguinis altaria replevit alimentis : Venite, inquit (*Prov.*, 9), edite panes meos, et bibite vinum quod miscui vobis.

BEDA. Surrexit autem puella continuo ; quia Christo manum confortante, homo a morte animæ respicit. Sunt enim nonnulli qui latente tantum cogitatione peccati sibi mortem consciscunt ; sed tales se vivificare significans Dominus, suscitavit filium archisynagogi. Alii vero ipsum malum quo delectantur agendo, mortuum suum

quasi extra portas efferunt ; et hos se suscitare demonstrans, suscitavit filium viduæ extra portas civitatis : quidam vero etiam peccati consuetudine se quasi sepeliendo corrumpunt ; et ad hos etiam erigendos adest gratia Salvatoris, ad quod intimandum resuscitavit Lazarum quatuor dies habentem in monumento. Quanto autem gravior est mors animæ, tanto acrior pœnitentis fervor insistat. Unde jacentem in conclavi mortuam levi voce resuscitat, delatum foras juvenem pluribus dictis corroborat ; ad quadriduanum vero suscitandum infremuit spiritu, lacrymas fudit, et voce magna clamavit. Sed et hic notandum quod publica noxa publico eget remedio ; levia peccata secreta quærunt pœnitentia deleri. Puella

homme est ressuscité hors de la maison au milieu de la foule, et Lazare est rappelé du tombeau en présence d'une multitude de peuples.

CHAPITRE IX.

Jésus, ayant appelé ses douze apôtres, leur donne puissance et autorité sur tous les démons, et le pouvoir de guérir les maladies. Puis il les envoya prêcher le royaume de Dieu, et rendre la santé aux malades. Et il leur dit : Ne portez rien dans le chemin, ni bâton, ni sac, ni pain, ni argent, et n'ayez point deux habits. En quelque maison que vous soyez entrés, demeurez-y, et n'en sortez point. Lorsqu'il se trouvera des personnes qui ne voudront pas vous recevoir, sortant de leur ville, secouez même la poussière de vos pieds, afin que ce soit un témoignage contre eux. Etant donc partis, ils allaient de village en village, annonçant l'Évangile, et guérissant partout les malades.

S. CYR. — Il convenait que les ministres institués pour répandre la sainte doctrine pussent faire des miracles et qu'on reconnût à leurs œuvres qu'ils étaient les ministres de Dieu, d'où il est dit : « Jésus, ayant appelé ses douze apôtres, leur donna puissance et autorité sur

in domo jacens paucis arbitrīs resurgit, juvenis extra domum turba multa comitante | suscitatur; Lazarus de monumento vocatus multis populis innotuit.

CAPUT IX.

Convocatis autem Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem et potestatem super omnia dæmonia, et ut languores curarent. Et misit illos prædicare regnum Dei et sanare infirmos. Et ait ad illos : Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque palem, neque pecuniam; neque duas tunicas habeatis : et in quamcunque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem pedum vestrorum excutite in testimonium supra illos.

Egressi autem circuibant per castella evangelizantes et curantes ubique.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Decēbat institutos ministros sacrarum doctrinarum posse mira peragere, et per ipsos effectus credi quod essent Dei ministri : unde dicitur : Convocatis autem Jesus duodecim apostolis, dedit illis virtutem super omnia dæmonia, etc. In quo elatum supercilium diaboli flectit, qui dicebat aliquando (Esaias, 10) : Non est qui contradicere

tous les démons, etc. » Ainsi il abaisse la hauteur superbe du diable qui autrefois avait dit : « Nul ne peut me contredire. » — S. EUS. — Afin de conquérir par eux le genre humain, il leur donne la puissance non-seulement de chasser les esprits mauvais, mais encore de guérir en son nom toute infirmité; d'où il suit : « Et de guérir les maladies. » — S. CYR. — Remarquez ici la puissance divine du Fils qui est bien supérieure à la nature corporelle; en effet, les saints ne faisaient pas de miracle par nature, mais par la participation de l'Esprit-Saint; de plus, il n'était nullement en leur pouvoir de donner à d'autres cette puissance, car comment une nature créée pourrait-elle disposer en souveraine des dons de l'Esprit? Au contraire, notre Seigneur Jésus-Christ étant Dieu par nature donne cette grâce à qui il veut, et il n'invoque point sur eux une vertu étrangère; il la verse de ses propres trésors. — S. CHRYS. — Lorsqu'il se furent assez fortifiés dans sa compagnie et eurent acquis une assez grande preuve de sa vertu, il les envoya. D'où il suit : « Il les envoya prêcher le royaume de Dieu. » Remarquez qu'ils ne sont pas chargés d'annoncer quelque chose de temporel comme Moïse et les prophètes; car ceux-ci promettaient la terre et les biens terrestres; eux, au contraire, promettent le royaume et tout ce qu'il renferme.

S. GRÉG. de Nazianze. — Le Seigneur, envoyant ses disciples pour la prédication, leur enjoignit beaucoup de choses dont l'abrégé est d'être si vertueux, si constants et modestes, (en un mot) si célestes, que la doctrine évangélique ne fût pas moins propagée par leur manière de vivre que par leur parole. C'est pour cela qu'ils étaient envoyés sans

valeat. EUSEB. (in eadem *Cat. græc.*). Et ut per eos venetur genus humanum, non solum dat eis ut pravos spiritus pellant, sed etiam quamlibet infirmitatem sanent ex ejus imperio : unde sequitur : Et ut languores curarent. CYRIL. (ubi sup. et in *Thesaur.*, lib. 14, cap. 14). Attendas hic divinam Filii potestatem naturæ corporali non convenientem : agere namque miracula aderat sanctis, non natura, sed participatione Spiritus Sancti. Super hoc autem aliis concedere potestatem prorsus alienum erat ab eorum virtute : qualiter enim posset natura creata super spiritus dona possidere dominium? At Dominus noster Jesus Christus tanquam naturaliter Deus existens, impartitur hujusmodi gratiam quibus vult; non invocans in eos alienam virtutem, sed infundens ex promptuariis propriis. CHRYS.

(hom. 23, in *Matth.*). Postquam autem satis confortati fuerant ex ejus comitiva, et competens nacti sunt argumentum virtutis ejus, mittit eos. Unde sequitur : Et misit illos prædicare regnum Dei : ubi considera quod non committitur eis aliquod sensibile dicere; sicut Moyses et prophetæ : nam illi quidem terram et bona terrena promittabant; hi vero regnum, et quæcunque continentur in eo.

GREG. Nazian. (in *Cat. græc. Patr.*). Mittens autem discipulos ad prædicandum, Dominus multa eis injunxit, quorum summa est, sic eos virtuosos esse, sic constantes atque modestos, et (ut breviter loquar) celestes, ut non minus propter eorum modum vivendi, quam propter verbum evangelica doctrina propagaretur. Et ideo cum æris et baculi carentia et amictus sin-

argent ni bâton et avec un seul vêtement; d'où il ajoute : « Il leur dit : Ne prenez rien pour le chemin, ni bâton ni sac, etc. » — S. CHRYS. — Il pourvoyait ainsi à plusieurs choses; premièrement, il mettait ses disciples à l'abri de tout soupçon; secondement, il les délivrait de toute sollicitude, afin qu'ils donnassent tout leur zèle à la prédication de la parole; troisièmement, il leur enseignait sa propre vertu. Cependant quelqu'un dira peut-être : Tout le reste est conforme à la raison, mais pourquoi prescrit-il de n'avoir en chemin ni sac, ni deux tuniques, ni bâton? Il voulait les exciter à toute fidélité et, pour ainsi dire, les changer d'hommes en anges, les séparant de tous les soucis de la vie, afin qu'ils n'eussent de sollicitude que pour répandre la doctrine. — S. EUS. — C'est donc pour les soustraire à tout attachement terrestre et à toutes les préoccupations de la vie qu'il leur fait cette recommandation. Il voulait cette preuve de leur foi et de leur zèle, qu'ayant reçu le commandement de vivre dans l'extrême pauvreté, ils ne reculassent point devant cette obligation; car il convenait qu'ils fissent un échange et que, recevant des vertus salutaires, ils donnassent comme compensation leur obéissance aux commandements. Ainsi, pour les instituer soldats du royaume de Dieu, il les ceint pour le combat contre ses ennemis, en leur recommandant de pratiquer la pauvreté, car nul de ceux qui combattent pour Dieu ne doit s'impliquer dans les affaires du siècle.

S. AMB. — C'est ainsi que les préceptes évangéliques nous disent comment doit être celui qui évangélise le royaume de Dieu; savoir, qu'il ne doit point rechercher l'appui des secours humains, et que, confiant dans sa foi, il doit croire que moins il les recherchera plus il les

gularitate mittebantur. Et ideo subdit : Et nit ad illos : Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque, etc. CHRYS. (ubi sup.). Plurima quidem per hoc constituebat : primo quidem insuspectos reddens discipulos; secundo sequestrans eos a qualibet cura, ut totum studium adhiberent verbo; tertio docens eos propriam virtutem. Sed forsau dicet aliquis, cætera quidem habere rationem; sed non habere peram in via, nec duas tunicas, nec baculum, cujus rei causa præcipit? Volens scilicet excitare eos in qualibet diligentia : et (ut ita loquar) ex hominibus angelos faciebat; eos dirimens a qualibet cura vitæ ut una sola cura detinerentur doctrinæ. EUSEB. (ubi supra). Volens igitur eos carere cupidine rerum in sollicitudinibus vitæ pro-

testatus est hæc : sumebat enim experimentum fidei et animositatis eorum, qui habito in mandatis extremæ vitam ducere paupertatis, non effugiunt quæ jubentur : decebat enim eos quoddam commercium facere, et recipientes salubres virtutes recompensare obedientia mandatorum? Et cum milites eos faceret regni Dei, accingit eos ad pugnam in hostes, monens colere paupertatem ! Nullus enim militans Deo, implicat se vitæ secularis negotiis (2 ad Tim., 8).

AMB. Qualis ergo esse debeat, qui evangelizat regnum Dei, præceptis evangelicis designatur; hoc est, ut subsidii secularis adminicula non requirat : fideique totus inhærens, putet quo minus ista requirat magis posse suppetero. THEOPH. Sic enim

trouvera sous sa main. — THÉOPH. — Il les envoie donc comme des *mendiants* et ne veut point qu'ils portent avec eux ni pains ni rien de ce dont les hommes ont besoin. — S. AUG. — Ou encore : le Seigneur ne veut pas qu'ils possèdent ou portent aucune de ces choses, non qu'elles ne soient pas nécessaires au soutien de la vie, mais il les envoie ainsi pour montrer qu'elles leur sont dues par ceux qui croiront à la prédication de l'Évangile, de sorte que, tranquilles à cet égard, ils ne possèdent ni ne portent les choses nécessaires à la vie, ni les grandes, ni les petites. D'après saint Matthieu il leur dit : « Si ce n'est un bâton, » pour montrer que les fidèles devront tout à ses ministres qui ne demanderont rien de superflu. Ce bâton est aussi l'emblème de leur puissance lorsqu'il dit : « Ne prenez rien en chemin, si ce n'est un bâton. »

S. AMB.—On peut encore entendre ceci dans le sens de ceux qui veulent qu'on ne voie dans ce passage qu'une manière de former leur cœur spirituel qui doit se dépouiller pour ainsi dire du vêtement du corps, non-seulement en rejetant la puissance et en méprisant les richesses, mais même en renonçant aux sensualités de la chair. D'autres encore, par cette recommandation qui est faite aux apôtres de ne porter ni sac, ni bâton, ni deux tuniques, entendent qu'ils doivent ne pas thésauriser (ce que signifie le sac où on entasse), être sans colère ni violence (ce que signifie le bâton), sans feinte ni duplicité (ce que signifient les deux tuniques). — S. CYR. — Mais, dira-t-on, où trouveront-ils les choses nécessaires ? Et c'est pourquoi il ajoute : « En quelque maison que vous soyez entrés, demeurez-y et n'en sortez point. » Comme s'il disait : Contentez-vous des choses que vos disciples vous donneront en

ipsum *mendicos* mittit, quod neque panes ipsos portare vult, nec aliquid aliud quibus indigent multi. AUG. (*De cons. Evang.*, lib. 2, cap. 30). Vel Dominus hæc possidere discipulos ac ferre noluit; non quod necessaria non sint sustentationi hujus vitæ; sed quia sic eos mittebat, ut eis hæc deberi monstraret ab illis quibus Evangelium credentibus annuntiarent; ut sic securi non possiderent neque portarent huic vitæ necessaria, nec magna, nec minima. Ideo posuit secundum Marcum *nisi virgam*; ostendens a fidelibus suis omnia deberi ministris suis, nulla superflua requirentibus. Hanc autem potestatem virgæ nomine significavit, eum diceret: Ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum.

AMB. Possunt etiam qui volunt hoc ad

eum deducere tractatum, ut spiritualem tantummodo locus iste formare videatur affectum; qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuisse, non solum potestate rejecta contemptisque divitiis, sed etiam carnis ipsius illecebris abdicatis. THÉOPH. Quidam etiam apostolos non portare peram, neque baculum, aut duas tunicas sic intelligunt, quod non thesaurizent (hoc enim pera innuit congregans multa), neque sint iracundi et turbulenti spiritus (quod significat baculus), neque sint ficti et duplici corde (quod significat tunica duplex). CYRIL. (ubi sup.). Sed diceret aliquis: Unde eis necessaria in promptu erunt? Et ideo subdit: Et in quacunque domum intraveritis, ibi manete, et inde ne exeatis: quasi diceret: Sufficiat vobis discipulorum fructus,

recevant les spirituelles. De plus, il leur commande de demeurer dans la même maison, afin de ne pas contrister celui qui les aura reçus (en le quittant), et pour ne pas encourir le soupçon de sensualité ou de légèreté. — S. AMB. — Car il dit qu'un prédicateur du royaume céleste ne doit point aller de maison en maison et violer les droits sacrés de l'hospitalité. Cependant, afin qu'on sache que l'hospitalité leur est due, il leur dit de secouer la poussière de leurs pieds quand ils ne seront point reçus, et de sortir de la ville. D'où il suit : « Pour ceux qui ne vous recevront pas, sortez de leur ville et secouez même la poussière de vos pieds, etc. » — BÈDE. — Les apôtres secouent la poussière de leurs pieds, afin qu'elle soit un témoignage de leur labeur et prouve qu'ils sont entrés dans la ville, et que la prédication évangélique y est parvenue. Ou encore : ils secouent leur poussière lorsqu'ils ne reçoivent rien (pour leur nourriture) de ceux qui méprisent l'Évangile. — S. CYR. — Car il est peu probable que ceux qui méprisent la parole de salut et le père de famille se montrent bienveillants pour ses serviteurs, ou qu'ils demandent leurs bénédictions. — S. AMB. — Ou encore : il nous enseigne à bien reconnaître la bonne hospitalité, non-seulement en donnant la paix à ceux qui nous reçoivent, mais encore en les délivrant des fautes de la légèreté terrestre qui pourraient les ternir, parce qu'ils ont abrité le passage de la prédication apostolique. — BÈDE. — Pour ceux qui, par une négligence perfide ou avec intention, méprisent la parole de Dieu, il faut éviter leur société ; il faut secouer la poussière de ses pieds, de peur que, par de vaines actions comparables à la poussière, ils ne souillent les pas de quelque âme chaste.

qui recipientes a vobis spiritualia vos procurabunt. Jussit autem eos in una domo manere, ut nec hospitem gravent (eum scilicet dimittendo), nec ipsi gulositatis et levitatis suspicionem incurrant. AMB. Alienum namque a prædicatore regni cœlestis asserit cursitare per domos et inviolabilis hospitii jura mutare. Sed ut hospitii gratia deferenda censeatur, ita etiam si non recipiantur, excutiendum pulverem, egredendumque de civitate mandatur; cum sequitur: Et quicumque non receperit vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem excutite, etc. BÈD. Pulvis excutitur de pedibus apostolorum in testimonium laboris sui: quod ingressi sint in civitatem, et prædicatio apostolica ad illos usque pervenerit: sive

excutitur pulvis, cum nihil ab eis accipiunt (nec ad victum quidem necessarium) qui Evangelium spreverunt, CYRIL. (ubi sup.). Nam improbable valde est, contemnentem sermonem salutarem et patrum familias, se famulis benignos ostendere, vel benedictiones eorum exigere. AMB. Vel non mediocriter etiam boni remuneratio docetur hospitii, ut non solum pacem tribuamus hospitibus, verumetiam si qua eos terrenæ obumbrant delicta levitatis, receptis apostolicæ prædicationis vestigiis auferantur. BÈD. Qui vero perfida negligentia, vel etiam studio, verbum Dei contemnant, horum vitanda communio est, excutiendus pulvis pedum: ne gestis inanibus pulveri comparandis mentis castæ vestigium polluat.

EUS. — Après avoir ceint ses disciples de la puissance divine et des enseignements de la sagesse, comme des soldats de Dieu, le Seigneur les envoya aux Juifs comme docteurs et médecins, et ils allaient ainsi. D'où il suit : « Etant donc partis, ils allaient de village en village prêchant et guérissant partout; » comme *docteurs*, ils évangélisaient; comme *médecins*, ils guérissaient confirmant leurs paroles par leurs miracles.

Cependant Hérode le tétrarque entendit parler de tout ce que faisait Jésus, et son esprit était en suspens, parce que les uns disaient que Jean était ressuscité d'entre les morts; les autres qu'Elie était apparu; et d'autres qu'un des anciens prophètes était ressuscité. Alors Hérode dit : J'ai fait couper la tête à Jean, mais qui est celui-ci dont j'entends dire de si grandes choses? Et il avait envie de le voir.

S. CHRYS. — Hérode apprit les miracles de Jésus après beaucoup de temps et non dès le commencement, pour montrer l'orgueil superbe du tyran (qui ne les connut point dès le commencement). D'où il est dit : « Cependant Hérode entendit parler, etc. » — THEOPH. — Cet Hérode était fils d'Hérode-le-Grand qui fit mourir ses enfants; l'un était roi et l'autre tétrarque. Or, il s'informait du Christ qui il était; d'où il suit : « Et il hésitait. » — S. CHRYS. — Car les pécheurs redoutent ce qu'ils connaissent et ce qu'ils ignorent, ils ont peur des ombres, ils craignent tout et tremblent à chaque bruit. Tel est, en effet, le péché; il livre l'homme sans que personne le reprenne ou le poursuive; sans que personne l'accuse il le condamne, et il rend timide et lâche le coupable. Vient

EUSEB. (ubi sup.). Cum autem præcinxisset Dominus discipulos suos tanquam milites Dei divinis virtutibus et sapientiæ monitis, mittens eos Judæis, ut doctores et medicos, ipsi secundum hoc procedebant. Unde sequitur : Egressi autem circuibant per castella prædicantes et curantes ubique : quasi doctores quidem evangelizantes; sed quasi medici præstantes remedia, et verba miraculis comprobantes.

Audivit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, et hæsitabat; eo quod diceretur a quibusdam quia Joannes surrexit a mortuis; a quibusdam vero quia Elias apparuit; ab aliis autem quia propheta unus de antiquis surrexit. Et ait Herodes : Joannem ego decollavi : quis est autem iste de

quo ego talia audio? Et quærebatur ridere eum.

CHRYS. (hom. 49, in Matth.). Multo transacto tempore, non a principio, percepit Herodes facta Jesu, ut patent tibi tyranni superbia (qui non a principio en scivit). Unde dicitur : Audivit autem Herodes, etc. THEOPH. Herodes erat filius magni Herodis, qui pueros interemit; sed ille quidem rex erat, iste autem tetrarcha. Inquirebat autem de Christo quis esset. Unde sequitur : Et hæsitabat. CHRYS. (in Cat. græc.). Peccatores enim metunt scientes et nescientes, umbras pavent, omnia suspicantur, et quemlibet strepitum pertimescunt. Tale siquidem peccatum est : nemine reprehendente vel arguente hominenu

ensuite la cause de cette crainte, lorsqu'il est dit : « Parce que quelques-uns disaient. » — THÉOPH. — Car les Juifs attendaient la résurrection des morts dans la vie temporelle, au milieu des repas et des festins, tandis que les ressuscités ne participeront plus aux actions de la chair. — S. CHRYS. — Lors donc qu'Hérode eut entendu parler des miracles que Jésus faisait, il dit : « J'ai fait couper là tête à Jean ; » il ne disait point cela par jactance, mais pour apaiser sa crainte et rassurer le trouble de son esprit, en se rappelant que lui-même l'avait mis à mort. Et, comme il avait fait couper la tête à Jean, il ajoute : « Qui est donc celui-ci, etc. » — THÉOPH. — Si c'est Jean et s'il est ressuscité des morts, en le voyant je le reconnaitrai. D'où il suit : « Et il cherchait à le voir. »

S. AUG. — Saint Luc, racontant ceci de la même manière que saint Marc, ne nous force point à admettre le même ordre dans les faits. De plus, saint Marc fait dire à d'autres (et non à Hérode) que Jean est ressuscité des morts ; mais, comme il a dit qu'Hérode hésitait, il faut entendre qu'après cette hésitation son esprit s'est arrêté à ce que les autres disaient et que (selon le récit de saint Matthieu) il a dit à ses serviteurs : « C'est Jean-Baptiste ressuscité des morts ; » ou bien, il faut prononcer ces paroles de saint Matthieu sur un ton qui indique qu'il hésitait encore.

Les apôtres, étant revenus, racontèrent à Jésus tout ce qu'ils avaient fait. Et Jésus les prenant avec lui, il se retira à l'écart dans un lieu désert, près de la ville de Bethsaïde. Lorsque le peuple l'eut appris il le suivit ; et Jésus les ayant bien recus, il leur parlait du royaume de Dieu, et guérissait

prodit, nemine accusante condemnat, et timidum et pigrum reddit delinquentem. Causa autem timoris ponitur consequenter, cum dicitur : Eo quod diceretur a quibusdam. THEOPH. Judæi enim resurrectionem mortuorum expectabant in vita carnali, et in commensationibus et potibus, sed resurgentes non erunt in carnalibus actibus. CHRYS. Cum ergo audisset Herodes quibus Jesus uteretur miraculis, ait : Joannem ego decollavi ; quod non erat ostentationis verbum, sed consolantis suum timorem, et persuadentis animæ perturbatæ recolere quod ipse eum occidit. Et quia Joannem decollaverat, subdit : Quis autem est iste, etc. THEOPH. Si Joannes est, et a mortuis resurrexit, videns eum cognoscam. Unde sequitur : Et quærebat videre eum.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 45).

Lucas autem hic eundem narrandi ordinem quem Marcus tenens, non cogit credi rerum gestarum eundem ordinem fuisse. In his etiam verbis Marco attestatur ad hoc duntaxat quod alii dixerint (non Herodes). Joannem a mortuis surrexisse ; sed quia hæsitantem commemoravit Herodem, intelligendum est, aut post istam hæsitationem confirmasse in animo suo quod ab aliis dicebatur, cum ait pueris suis (sicut Matthæus narrat) : Hic est Joannes Baptista, ipse resurrexit a mortuis ; aut ita pronuntianda sunt hæc verba Matthæi, ut eum hæsitare adhuc indicent.

Et reversi apostoli, narraverunt illi quæcunque fecerunt : et assumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaïde. Quod cum cognovissent turba, secutæ sunt

ceux qui avaient besoin d'être guéris. Comme le jour commençait à baisser, les douze apôtres lui vinrent dire : Renvoyez le peuple, afin qu'ils s'en aillent dans les villages et dans les lieux d'à l'entour pour se loger et trouver de quoi vivre, parce que nous sommes ici en un lieu désert. Mais Jésus leur répondit : Donnez-leur vous-mêmes à manger. Ils lui repartirent : Nous n'avons que cinq pains et deux poissons; si ce n'est peut-être qu'il faille que nous allions acheter des vivres pour tout ce peuple; car ils étaient environ cinq mille hommes. Alors il dit à ses disciples : Faites-les asseoir par troupes, cinquante à cinquante. Ce qu'ils exécutèrent en les faisant tous asseoir. Or, Jésus prit les cinq pains et les deux poissons, et levant les yeux au ciel, il les bénit, les rompit, et les donna à ses disciples afin qu'ils les présentassent au peuple. Ils en mangèrent tous, et furent rassasiés. Et on emporta douze paniers pleins des morceaux qui en étaient restés.

S. AUG. — Saint Matthieu et saint Marc, à l'occasion de ce qui précède, racontent comment Jean fut mis à mort par Hérode. Saint Luc, qui avait déjà rapporté la passion de Jean, après avoir parlé de cette hésitation d'Hérode au sujet de la personne du Seigneur, ajoute aussitôt : « Les apôtres, étant revenus, racontèrent à Jésus tout ce qu'ils avaient fait. » — BÈDE. — Non-seulement ils racontent ce qu'eux-mêmes avaient fait et enseigné, mais encore ce que Jean avait souffert pendant qu'ils enseignaient, et ce sont ses propres disciples ou ceux de Jean qui le lui rapportent, comme l'insinue saint Matthieu.

S. ISID. — Comme le Seigneur a en abomination les hommes de sang et ceux qui demeurent avec eux quand ils ne quittent point leurs crimes, après le meurtre de Jean-Baptiste il s'éloigna des meurtriers et se retira. D'où il suit : « Jésus, les prenant avec lui, se retira à l'écart, dans un lieu désert, près de Bethsaïde. » — BÈDE. — Bethsaïde

illum; et excepit eos, et loquebatur illis de regno Dei, et eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi : Dimitte turbas, ut euntes in castella villasque quæ circa sunt divertant, et inveniant escas, quia hic in loco deserto sumus : ait autem ad illos : Vos date illis manducare. At illi dixerunt : Non sunt nobis plusquam quinque panes et duo pisces, nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem fere viri quinque millia. Ait autem ad discipulos suos : Facite illos discumbere per convivia quinquagenos : et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus, et duobus piscibus, suspexit in calum; et benedixit illis, et fregit, et distribuit discipulis suis ut ponerent ante turbas. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt.

Et sublatum est quod superfuit illis, fragmentorum copulini duodecim.

AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 45). Matthæus et Marcus, ex præcedentium occasione, narrant quemadmodum sit Joannes ab Herode occisus : Lucas autem, qui jam longe supra de passione Joannis narraverat, postquam commemoravit illam Herodis hæsitacionem de Domino quisnam esset, continuo subjungit : Et reversi apostoli narraverunt illi quæcunque fecerunt. BÈDE. Non solum autem narrant quæ ipsi fecerunt et docuerunt ; sed etiam quæ Joannes eis in docendo occupatis sit passus, vel sui vel ejusdem Joannis discipuli ei renuntiavit, sicut Matthæus insinuat.

ISID. Quia vero Dominus viros sanguinum abominatur, et commorantes cum

est une ville de Galilée, près du lac de Génésareth; c'est le pays des apôtres André, Pierre et Philippe. Il ne se retira point par crainte de la mort (comme le pensent quelques-uns), mais par miséricorde pour ses ennemis, afin qu'ils ne commissent point homicide sur homicide, et aussi afin d'attendre le temps marqué pour sa passion. — S. CHRYS. — Il ne s'était pas retiré plus tôt, et il avait attendu le récit de ce qui était arrivé, afin de manifester encore une fois la vérité de sa chair. — THÉOPH. — Or, le Seigneur s'en alla dans un lieu désert pour opérer le miracle des pains, afin que personne ne pût dire que les pains avaient été apportés d'une ville voisine. — S. CHRYS. — Ou encore: il va dans un lieu désert afin que personne ne le suive; mais le peuple, au lieu de le quitter, marche à sa suite; d'où il est dit: « Lorsque le peuple l'eut appris, il le suivit, etc. » — S. CYR. — Les uns demandaient à être délivrés des démons, les autres le suivaient pour être guéris de leurs maladies, sans compter ceux qui se tenaient assidûment auprès de lui par amour pour sa doctrine.

BÈDE. — Cependant le Sauveur puissant et bon reçoit ceux qui sont fatigués, instruit les ignorants, guérit les malades et nourrit ceux qui ont faim, montrant ainsi combien l'empressement des fidèles lui est agréable. D'où il suit: « Jésus, les ayant bien reçus, leur parlait du royaume de Dieu, etc. » — THÉOPH. — Afin que vous sachiez que la sagesse consiste dans les paroles et dans les œuvres, et que les paroles doivent s'accorder avec les œuvres, et les œuvres avec les paroles. Comme le jour baissait, les disciples, commençant à s'inquié-

eis, si a propriis criminibus non discedant, post occisionem Baptistæ deserens occisores, discessit. Unde sequitur: Et assumptis illis recessit seorsum in locum desertum, qui est Bethsaidæ. BEDÆ. Est autem Bethsaida in Galilæa civitas Andreæ, et Petri, et Philippi, apostolorum, prope stagnum Genezareth. Non autem timore mortis hoc egit (ut quidam arbitrantur), sed parcens inimicis suis, ne homicidio homicidium jungerent; simul et opportunum suæ passionis tempus expectans. CHRYS. (hom. 50, in Matth.). Non autem prius, sed relato sibi quod acciderat discessit; manifestans per singula carnis veritatem. THÉOPH. In desertum autem locum abiit Dominus, quia operaturus erat miraculum panum; ne quis diceret quod de civitate, prope existente allati sunt panes. CHRYS. (hom. 50, in Matth.). Vel vadit in desertum locum, ut

nemo sequeretur; sed nec sic plebs recessit, sed comitatur ipsum: unde sequitur: Quod cum cognovissent turbæ, secutæ sunt illum, etc. CYRIL. (in Cat. græc. Patr.). Hi quidem postulantes a dæmonibus liberari; hi vero languorum remotionem exoptantes ab illo secuti sunt; necnon quos ejus oblectabat doctrina, illum attentissime visitabant.

BED. Ipse autem ut potens piusque Salvator excipiendo fatigatos, docendo inscios, sanando ægrotos, reficiendo jejunos, quantum devotione credentium delectetur, insinuat. Unde sequitur: Et excepit illos, et loquebatur eis de regno Dei, etc. THÉOPH. Ut addiscas quod quæ secundum nos est sapientia, dividitur verbo et opere; et quod decet dicere operata, et operari dicta. Declinante autem die, discipuli jam incipientes aliorum curam habere, turbæ miserentur;

ter de la foule, en eurent compassion; d'où il suit : « Comme le jour commençait à baisser, etc. » — S. CYR. — Car, selon ce qui vient d'être dit, ils demandaient la guérison de leurs diverses souffrances; or, les disciples, sachant qu'il pouvait accomplir par sa seule volonté ce que voulaient les infirmes, dirent : « Renvoyez-les, » qu'ils ne soient plus tourmentés. Admirez la mansuétude immense de celui qu'on prie ainsi; non-seulement il accorde ce que les disciples lui demandent, mais encore il y joint les dons de sa main généreuse, en commandant de leur servir à manger. D'où il suit : « Donnez-leur vous-mêmes à manger. » — Il ne parla point ainsi ignorant leur réponse, mais pour les amener à dire combien ils avaient de pains, afin que la quantité de pains, étant déclarée par avance, servît à montrer la grandeur du miracle.

S. CYR. — Les disciples ne pouvaient faire ce qui leur était commandé n'ayant avec eux que cinq pains et deux poissons; d'où il suit : « Ils lui dirent : Nous n'avons que cinq pains et deux poissons, à moins que nous n'allions acheter des vivres pour tout ce peuple. » — S. AUG. — Dans ce passage, saint Luc a résumé en une même phrase la réponse de Philippe disant : « Deux cents deniers ne suffiraient pas pour en donner à chacun, » et la réponse d'André disant, selon saint Jean : « Il y a ici un enfant qui a cinq pains d'orge et deux poissons. » En effet, ce que dit saint Luc : « Nous n'avons ici que cinq pains et deux poissons, » se rapporte à la réponse d'André; et ce qu'il ajoute : « A moins que nous n'allions acheter des vivres pour tout ce peuple, » paraît être la réponse de Philippe, si ce n'est qu'il ne parle

unde sequitur : Dies autem cœperat declinare, etc. CYRIL. (ubi sup.). Sicut enim dictum est, diversarum passionum postulabant remedia; et quia videbant discipuli solo nutu posse perfici quod infirmi petebant, dicunt : Dimitte eos, ne amplius anxientur. Aspice autem exuberantem mansuetudinem ejus qui rogatur : non enim illa tantum largitur quæ postulant discipuli, sed sequentibus ipsum adjicit bona munificæ dextræ, mandans eis escas exhiberi. Unde sequitur : Ait autem ad illos : Vos date illis manducare. THEOPH. Non autem hoc dixit eorum responsionem ignorans; sed volens ipsos inducere ut dicerent quot panes haberent, et sic magnum ostenderetur ex eorum confessione miraculum, panum quantitate audita.

CYRIL. (ubi sup.). Sed quod mandabatur

intolerabile discipulis erat, qui non habebant penes se nisi quinque panes et duos pisces. Unde sequitur : At illi dixerunt : Non sunt nobis plusquam quinque panes et duo pisces, nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 4, cap. 46). In quibus quidem verbis Lucas in unam sententiam constrinxit responsionem Philippi dicentis : Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut unusquisque modicum quid accipiat; et responsionem Andreæ dicentis : Est puer unus hic qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces, ut narrat Joannes (cap. 6). Quod enim ait Lucas : Non sunt nobis plusquam quinque panes et duo pisces, ad Andreæ retulit responsionem : quod vero adjunxit : Nisi forte nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam escas,

point des deux cents deniers, quoiqu'on puisse dire qu'il y est fait allusion dans la réponse d'André ; car, après avoir dit : « Il y a ici un enfant qui a cinq pains d'orge et deux poissons, » il ajoute : « Mais qu'est-ce que cela pour tant de monde ? » Ce qui revient à dire : « A moins que nous n'allions acheter des vivres pour tout ce peuple. » Cette différence dans les paroles et cette concordance dans les faits renferment pour nous le salutaire enseignement qu'il ne faut chercher dans les paroles que la volonté de ceux qui parlent, et que les historiens véridiques doivent s'appliquer surtout à la mettre en évidence dans leurs récits, qu'il y soit question de l'homme, ou de Dieu ou des anges. — S. CYR. — Afin d'élever encore la difficulté du miracle, il est parlé d'une grande multitude d'hommes, car il suit : « Ils étaient environ cinq mille hommes ; » sans compter les femmes et les enfants, comme il est rapporté par un autre évangéliste.

THEOPH. — Le Seigneur nous apprend que lorsque nous donnons à quelqu'un l'hospitalité, nous devons le faire s'asseoir et lui prodiguer tous nos soins. D'où il suit : « Il dit à ses disciples, etc. » — S. AUG. — Il ne faut pas s'inquiéter de ce que saint Luc dit, de les faire asseoir par *cinquante*, et saint Marc par *cinquante* et par *cent* ; car l'un ne dit qu'une partie, et l'autre dit tout. Si l'un ne parlait que de *cinquante* et l'autre que de *cent*, cela semblerait contradictoire ; il ne serait pas facile de reconnaître que les deux ayant été dits, chacun a rapporté un seul de ces nombres ; et cependant, qui ne conviendra qu'en y pensant bien cela devait se trouver ? J'ai dit ceci parce qu'il se présente souvent des choses de ce genre qui, pour ceux qui réfléchissent peu et

videtur ad responsionem Philippi pertinere ; nisi quod de ducentis denariis tacuit ; quamquam et in ipsius Andree sententia hoc posset intelligi. Cum enim dixisset : Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos et duos pisces, adjunxit : Sed hæc quid inter tantos ? Hoc est dicere : Nisi forte nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam escas. Ex qua varietate verborum, rerum autem sententiarumque concordia satis apparet salubriter nos doceri, nihil quærendum in verbis, nisi loquentium voluntatem ; cui demonstrandæ invigilare debent omnes veridici narratores, cum de homine, vel de angelo, vel de Deo aliquid narrant. CYRIL. (ubi sup.). Ut autem adhuc ad magis ardua feratur miraculum, ostenditur non parva fuisse multitudo virorum, cum sequitur : Erant autem viri fere quin-

que millia ; exceptis scilicet mulieribus et pueris, ut alius evangelistarefert (Matth., 14).

THEOPH. Docet autem Dominus quod decet, cum hospitatur aliquem, reclinare ipsum et omnis consolationis participem facere. Unde sequitur : Ait autem ad discipulos, etc. AUG., *De cons. Evang.* (ubi sup.). Quod Lucas hic dicit quinquagenos jussos esse discumbere, Marcus vero quinquagenos et centenos, ideo non movet, quia unus partem dixit, alter totum. Verum si alius de quinquagenis tantum commemoraret, alius de centenis tantum, valde videretur esse contrarium ; nec satis dignosceretur utrumque dictum esse : unum autem ab altero, alterum ab altero esse commemoratum, et tamen attentius consideratum inveniri debuisset, quis non fateatur ? Hoc ideo dixi, quia existunt sæpe aliqua ejusmodi.

jugent témérairement, paraissent contradictoires et pourtant ne le sont point. — S. CHRYS. — Comme il fallait croire que le Christ était venu du Père, avant de faire ce miracle, il leva les yeux au ciel; d'où il suit : « Ayant pris les cinq pains, etc. » — S. CYR. — Il fit cela pour notre instruction, afin que nous sachions qu'au commencement du repas, avant de rompre le pain, nous devons l'offrir à Dieu et attirer sur lui la bénédiction céleste. D'où il suit : « Il le bénit et le rompit. » — S. CHRYS. — Il le distribue par les mains de ses disciples pour les honorer et pour qu'ils n'oublient point le miracle qu'il opère. Or, il ne tire point du néant de quoi nourrir la foule, afin de fermer la bouche aux manichéens, qui affirment que les créatures lui sont étrangères, et pour montrer que c'est lui qui donne la nourriture et qui a dit : « Que la terre germe. » Il multiplie ensuite les poissons pour signifier qu'il est le Seigneur de la mer comme de la terre. Il fait pour les malades un miracle particulier; ensuite il accorde un bienfait général en nourrissant même ceux qui ne sont pas malades. D'où il suit : « Et tous mangèrent et ils furent rassasiés. » — S. GRÉG. de Nysse. — Ce n'était pas le ciel distillant la manne, ni la terre produisant le froment, selon sa nature, pour apaiser leur faim, mais l'effusion d'un bienfait qui venait des trésors ineffables de la divine puissance. Car ce pain se prépare et se fait dans la main de ceux qui le distribuent, et il se multiplie en apaisant la faim de ceux qui le mangent. Ce n'est pas non plus la mer qui leur donne ses poissons pour les nourrir, mais celui-là même qui a mis les poissons dans la mer.

S. AMB. — Le peuple fut donc rassasié par un pain abondant et

quæ parum intendentibus, temere judicantibus, contraria videantur, et non sint. CHRYS. (homil. 50, in Matth.). Et quia credendum erat Christum venisse a Patre, facturus miraculum aspexit in cœlum. Unde sequitur : Acceptis autem quinque panibus, etc. CYRIL. (ubi sup.). Hoc etiam dispensative pro nobis fecit, ut discamus quod in principio mensæ cum frangere debemus panem, debemus Deo offerre, et elicere super ipsum benedictionem supernam. Unde sequitur : Et benedixit, et fregit. CHRYS. (ut sup.). Dat quidem eis per manus discipulorum honorando eos, et ne dent oblivioni jam peracto miraculo. Non autem ex non entibus facit escas ad pascendum turbas, ut obturet os Manichæi asserentis alienam esse ab eo creaturam; ostendens se esse victualium largitorem, et

qui dixit (Gen., 1) : Germinet terra. Multiplicat quoque pisces, ad significandum quod tam mari quam aridæ dominabatur. Bene autem in languentibus speciale peregit miraculum : agit et beneficium generale, aliens omnes, etiam non languentes. Unde sequitur : Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. GRÉG. Nyss. (orat. Catechetica magna, cap. 23). Quibus nec cœlum fluebat manna. nec tellus juxta sui naturam producens frumentum, eorum satisfacere egestati : sed ex ineffabilibus horreis divinæ potentiæ beneficium affluebat. Panis paratur factus in manibus ministrantium, necnon per saturitatem edentium augmentatur. Esum etiam piscium eorum necessitati non administrabat mare, sed ille qui in mare piscium genus inseruit.

AMB. Non exiguo, sed multiplicato cibo

multiplié ; on eût pu voir les parcelles multipliées sans être rompues sortir comme d'une source incompréhensible des mains de ceux qui les distribuèrent, et les fragments intacts glisser d'eux-mêmes sous les doigts de ceux qui les rompaient.

S. CYR. — Là ne s'arrêta point le miracle ; mais il suit : « On emporta douze paniers de fragments qui étaient restés, » afin de prouver manifestement que Dieu récompense surabondamment les œuvres de charité envers le prochain. — THEOPH. — Et encore pour nous apprendre ce que peut l'hospitalité, et combien nous augmentons nos biens en secourant les pauvres. — S. CHRYS. — Il fit surabonder non des pains, mais des fragments, pour montrer que c'étaient les restes des pains ; et il en resta douze paniers, afin qu'il y en eût autant que de disciples.

S. AMB. — Mystiquement, après que celle qui représentait l'Église a été guérie du flux de sang et que les apôtres ont été choisis pour annoncer le royaume de Dieu, il donne l'aliment de la grâce céleste. Or, remarquez à qui il le donne : non à ceux qui étaient oisifs, ni à ceux de la ville qui siégeaient dans la synagogue ou dans les dignités séculières, mais à ceux qui cherchaient le Christ dans le désert. — BEDE. — Après avoir quitté la Judée, qui s'était coupé la tête en ne croyant pas aux prophéties, il donne l'aliment de la parole dans le désert de l'Église, qui auparavant n'avait point d'homme ; et une grande multitude de fidèles laissent l'édifice de leur vie ancienne et de leurs diverses croyances pour suivre le Christ, qui se retire dans les déserts des nations.

populum liquet esse satiatum. Videres incomprehensibili quodam rigatu inter dividendium manus, quas non fregerant, fructificare particulas, et intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta subreperc.

CYRIL. (ubi sup.). Nec ubique ad hoc tantum pervenit miraculum, sed sequitur : Et sublatum est quod superavit fragmentorum cophini duodecim. Ut hinc esset manifesta certificatio quod opus charitatis in proximos uberem vendicat retributionem a Deo. THEOPH. Et ut addisceremus quantum hospitalitas potest, et quantum augentur nostra, cum indigentibus subvenimus. CHRYS. (in *Cat. græc. Patr.*). Fecit autem superabundare, non panes, sed fragmenta, ut ostendat illorum panum esse reliquias ; quæ tot factæ sunt, ut totidem essent cophini quot et discipuli.

AMB. Mystice autem postquam illa quæ Ecclesiæ typum accepit, a fluxu curata est sanguinis, postea quam apostoli ad evangelizandum regnum Dei sunt destinati, gratiæ cœlestis impertitur alimentum. Sed quibus impertiatur advertite : non otiosis ; non in civitate quasi in synagoga vel seculari dignitate residentibus ; sed inter deserta quærentibus Christum. BED. Qui derelicta Judæa, quæ prophetiæ sibi non credendo caput abstulerat, in deserto Ecclesiæ quæ virum non habebat, verbi pabula largitur. Petentem vero deserta gentium Christum multæ fidelium catervæ relictis mœnibus priscæ conversationis et variorum dogmatum sequuntur.

AMB. Qui autem non fastidiunt, ipsi excipiuntur a Christo, et cum ipsis loquitur Dei Verbum, non de secularibus, sed de

S. AMB. — Cependant le Christ reçoit ceux qui ne se découragent point, le Verbe de Dieu parle avec eux, oubliant les choses temporelles pour le royaume de Dieu; et si quelques-uns souffrent quelque douleur corporelle, il leur donne avec bonté sa guérison. Toujours il garde un ordre mystérieux, les guérissant d'abord de leurs maladies par la rémission des péchés, et ensuite leur prodiguant la nourriture de la table céleste. — BÈDE. — Or, il nourrit la foule quand le jour baisse, c'est-à-dire à la fin des temps ou lorsque le soleil de justice s'est incliné pour nous. — S. AMB. — Cependant, cette foule n'est pas encore nourrie des aliments les plus substantiels; car les cinq pains sont le premier, qui est comme un lait; les sept pains sont le second, et le corps du Christ, qui est le troisième, est une nourriture plus substantielle. Si donc quelqu'un craint de demander sa nourriture, qu'il laisse tous ses biens et qu'il accoure à la parole de Dieu; car celui qui commence à entendre la parole de Dieu commence à avoir faim, les apôtres commencent à voir celui qui a faim, et si ceux qui ont faim ne savent encore de quoi ils ont faim, le Christ le comprend, il sait qu'ils n'ont pas faim d'une nourriture temporelle, mais de l'aliment du Christ. En effet, les apôtres n'avaient pas encore compris que la nourriture du peuple fidèle n'était point vénale, mais le Christ savait que nous-mêmes devons être rachetés, et que sa nourriture nous serait donnée gratuitement.

BÈDE. — Les apôtres n'avaient que les cinq pains de la loi mosaïque et les deux poissons des deux Testaments qui étaient cachés dans la profondeur de mystères obscurs comme dans les eaux de la mer. Or, parce que l'homme a cinq sens extérieurs, les cinq mille hommes qui

regno Dei; et si qui corporalis gerunt ulcera passionis, his medicinam suam libenter indulget. Ubique autem mysterii ordo servatur, ut prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, postea vero alimonia mensæ cœlestis exuberet. BÈDE. Die autem declinante, turbam reficit; id est, in fine seculorum appropinquante: vel cum Sol justitiæ pro nobis occubuit. AMB. Quamquam nondum validioribus hæc turba reficiatur alimentis. Primum enim in modum lactis quinque sunt panes; secundum, septem; tertium corpus Christi est esca solidior. Si quis autem petere cibum veretur, ipse relictis suis omnibus festinet ad Dei verbum. Dum autem aliquis audire incipit Dei verbum, incipit esurire. Incipiunt apostoli

esurientem videre: et, si illi qui esuriunt, adhuc non intelligant quid esuriant, intelligit Christus: scit quod non secularem cibum esuriant, sed cibum Christi: nondum enim intellexerant apostoli cibum populi credentis non esse venalem. Noverat Christus nos potius esse redimendos, suas vero epulas esse gratuitas.

BÈDE. Nondum erant apostolis nisi quinque panes mosaicæ legis, et duo pisces utriusque Testamenti, quæ in abdito mysteriorum latentium quasi aquis abyssi tangebantur. Quin vero quinque sunt exteriores hominis sensus, quinque millia viri Dominum secuti designant eos qui in seculari adhuc habitu pœsiti, exterioribus quæ possident, bene uti noverunt: qui quinque

suivirent le Seigneur figurent ceux qui, placés encore dans la vie du siècle, savent bien user des choses extérieures qu'ils possèdent, et se nourrissent des cinq pains, parce qu'ils ont besoin d'être encore gouvernés par les préceptes de la loi; car ceux qui renoncent entièrement au monde deviennent plus grands par la nourriture évangélique. De plus, les divers groupes de convives figurent les diverses assemblées de l'Église de toute la terre qui ne font qu'une Église catholique.

S. AMB. — Mystiquement, ce pain que rompt le Christ est la parole de Dieu et la prédication du Christ qui se multiplie en se distribuant; car, avec peu de discours, il a donné à tous les peuples une abondante nourriture. Il nous a donné ses enseignements comme des pains, qui se multiplient en sortant de notre bouche. — BÈDE. — Or, le Sauveur ne créa pas de nouveaux aliments pour apaiser la faim de la multitude, mais prenant ceux qu'avaient les apôtres, il les bénit, parce que, venant dans sa chair, il ne prêche point autre chose que ce qui a été annoncé, mais il nous fait voir les mystères de la grâce contenus dans les paroles prophétiques. Il lève les yeux au ciel pour nous apprendre à diriger vers le ciel l'élan de notre esprit, et à y chercher la lumière de la science; il rompt le pain et le distribue à ses disciples pour le servir à la multitude, parce qu'il leur a ouvert les mystères de la loi et des prophéties pour qu'ils les prêchent dans tout le monde.

S. AMB. — Ce n'est pas sans raison que ce qui est de trop pour la multitude est recueilli par les apôtres, parce que les choses divines se trouvent plutôt auprès des élus que parmi le peuple. Heureux celui qui peut recueillir même ce que laissent les docteurs! Mais pourquoi le Christ remplit-il ces douze paniers, sinon pour délivrer le peuple juif?

panibus aluntur, quia tales necesse est legalibus adhuc præceptis instrui. Nam qui mundo ad integrum renuntiant, evangelica refectione sublimes sunt. Diversi autem convivantium discubitus, designant diversos per orbem terrarum ecclesiarum conventus, qui unam catholicam faciunt.

AMB. Hic vero panis, quem frangit Jesus, mystice quidem Dei verbum est et sermo de Christo; qui cum dividitur, augetur: de paucis enim sermonibus omnibus populis redundantem alimoniam ministravit. Dedit sermones nobis velut panes, qui dum nostro libantur ore, geminantur. BED. Turbis autem esurientibus Salvator non nova creat cibaria, sed acceptis his quæ habuerunt discipuli, benedicit; quia veniens

in carne non alia quam prædicta sunt, prædicat, sed prophetiæ dicta mysteriis gratia grava demonstrat. Respicit in cælum, ut illuc dirigendam mentis aciem, ibi lucem scientiæ doceat esse quærendam. Frangit, et ante turbas ponenda distribuit discipulis, quia legis et prophetiæ sacramenta ois ut per mundum prædicent patefecit.

AMB. Non otiose autem quæ turbæ supersunt a discipulis colliguntur, quia ea quæ divina sunt, apud electos facilius possis quam apud populos reperire. Beatus ille qui potest colligere quæ etiam doctis supersint. Qua ratione autem cophinos Christus duodecim implevit, nisi ut illud populi judaici solveret; quia manus ejus in cophino servierant (*Psalm. 80*)? Hoc est,

car ses mains ont servi avec des paniers, c'est-à-dire que ce peuple, qui auparavant portait de la terre dans des paniers (1), travaille maintenant pour obtenir le pain de la vie céleste par la croix du Christ. Et ce don n'est pas pour un petit nombre, mais pour tous; car les douze paniers figurent l'établissement de la foi dans chaque tribu. — BÈDE. — Ou encore : les douze paniers figurent les douze apôtres et tous les docteurs qui les ont suivis; au dehors, ils étaient méprisés par les hommes, mais au dedans ils étaient remplis des reliques d'une nourriture salutaire.

Un jour, comme il priait en particulier, ayant ses disciples avec lui, il leur demanda : Que dit le peuple de moi? Qui dit-il que je suis? Ils lui répondirent : Les uns disent que vous êtes Jean - Baptiste, les autres Elie, les autres que c'est quelqu'un des anciens prophètes qui est ressuscité. Mais vous, leur dit-il, qui dites-vous que je suis? Simon Pierre répondit : Vous êtes le Christ de Dieu. Alors il leur défendit très expressément de parler de cela à personne. Et il ajouta : Il faut que le Fils de l'homme souffre beaucoup, qu'il soit rejeté par les sénateurs, par les princes des prêtres, et par les docteurs de la loi, qu'il soit mis à mort, et qu'il ressuscite le troisième jour.

Le Seigneur, séparé de la foule et retiré à l'écart, se livrait à la prière; d'où il est dit : « Un jour, comme il était seul à prier, etc. » Il se faisait ainsi le modèle de ses disciples, leur enseignant la douce pratique des dogmes de sa doctrine; car les pasteurs des peuples doivent être au-dessus de leurs sujets par leurs mérites, s'occupant avec mesure des choses nécessaires à la vie et se livrant à ce qui plaît à Dieu.

(1) Allusion à ce qui est rapporté dans l'Exode sur les travaux des Hébreux en Egypte.

populus qui ante lutum cophinis colligebat, hic jam per crucem Christi vitæ cœlestis operatur alimoniam. Nec paucorum hoc munus, sed omnium est. Nam per duodecim cophinos tanquam tribuum singularum fidei firmamentum redundat. BÈDE. Vel per cophinos duodecim apostoli figurantur, et omnes sequentes doctores; foris quidem hominibus despecti, sed intus salutaris cibi reliquiis cumulati.

Et factum est cum solus esset orans, orant cum illo et discipuli; et interrogavit illos, dicens : Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt et dixerunt : Alii Joannem Baptistam; alii autem Eliam; alii vero quia unus propheta de prioribus sur-

rexit. Dixit autem illis : Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit : Christum Dei. At ille increpans illos præcepit ne cui dicerent hoc; dicens quia oportet Filium hominis multa pati, et reprobari a senioribus, et a principibus sacerdotum et scribis, et occidi, et tertia die resurgere.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Sequestratus a populis Dominus, et seorsum positus vacabat orationibus : unde dicitur : Et factum est, cum solus esset orans, etc. Formam enim in hoc seipsum constituebat, docens discipulos artem facilem doctrinalem dogmatum. Reor enim oportere populorum antistites etiam meritis præesse

— BÈDE. — Les disciples étaient avec le Seigneur, mais lui seul pria son Père, parce que les saints peuvent s'unir au Seigneur par la foi et par la charité, mais le Fils seul peut pénétrer les mystères incompréhensibles de la miséricorde du Père. Il prie donc toujours seul, parce que les prières de l'homme ne peuvent comprendre les desseins de Dieu, et que nul ne peut participer aux sentiments intérieurs du Christ.

S. CYR. — Cependant ce soin de la prière pouvait troubler les disciples; car ils voyaient prier comme un homme celui qu'ils avaient vu auparavant faire des miracles avec une autorité divine. Afin donc de dissiper ce trouble, il les interroge, non qu'il ignorât les acclamations du peuple, mais pour les soustraire à l'opinion de la foule et pour leur inspirer une foi véritable; d'où il suit : « Il leur demande : Qui le peuple dit-il que je suis? » — BÈDE. — Avant d'éprouver la foi des disciples, le Seigneur a soin de demander l'opinion du peuple, de peur que leur confession ne semble formée par l'opinion de la foule plutôt qu'établie par la connaissance de la vérité, ou qu'ils ne paraissent hésiter, comme Hérode, sur ce qu'ils ont entendu dire, plutôt que croire par ce qu'ils ont vu. — S. AUG. — On peut se demander comment saint Luc a pu dire que le Seigneur interrogea ses disciples sur l'opinion que les hommes avaient de lui lorsqu'il était seul à prier et que les disciples étaient présents, tandis que saint Marc dit qu'il les interrogea en chemin; mais ceci ne peut inquiéter que celui qui pense que jamais il n'a prié en chemin.

S. AMB. — Ce n'est pas en vain que les disciples rapportent l'opinion

subditis suis, in rebus necessariis jugiter conversantes, et illa tractantes quibus Deus placatur. BÈDE. Aderant autem discipuli Domino, sed ipse Patrem solus oravit; quia possunt sancti Domino fidei amorisque societate conjungi, sed incomprehensibilia paternæ dispositionis arcana solus novit Filius penetrare: ubique ergo solus obsecrat, quia Dei consilium humana vota non capiunt, neque quisquam potest interiorum particeps esse cum Christo.

CYRIL. (ubi supra). Poterat autem orationis negotium turbare discipulos: videbant enim humanitus orare, quem olim viderant auctoritate divina peragentem miracula. Ut igitur hujusmodi propelleret turbationem, eos interrogat; non quia nesciret ab exterioribus sibi collata præconia, sed ut eos a plurium opinione auferret, et rec-

tam fidem eis insereret. Unde sequitur: Et interrogavit illos dicens: Quem me dicunt esse turbæ? BÈDE. Pulchre Dominus fidem discipulorum exploraturus, prius turbarum sententiam interrogat; ne illorum confessio, non veritatis agnitione probata, sed vulgi videatur opinione formata; nec compta credere, sed instar Herodis de auditis hæsitare putentur. AUG., *De cons. Evang.* (lib. 2, cap. 53). Potest autem illud movere quod Lucas Dominum interrogasse discipulos suos, quem illum dicerent homines, tunc dixit, cum esset solus orans, et adessent etiam ipsi; porro autem Marcus in via dicit illos hoc ab eodem interrogatos; sed hoc eum movet qui putat quia nunquam oravit in via.

AMB. Non est autem otiosa turbæ opinio, quam discipuli respondent, cum subditur:

de la foule, lorsqu'il est ajouté : « Ils lui répondirent : Les uns disent que vous êtes Jean-Baptiste (qu'ils savaient être décapité); d'autres, Élie (qu'ils croyaient devoir venir); d'autres, que quelqu'un des anciens prophètes est ressuscité. » Mais qu'une autre sagesse approfondisse ces paroles, car si l'apôtre saint Paul ne voulait savoir que Jésus-Christ, et Jésus-Christ crucifié, que puis-je désirer savoir de plus que le Christ? — S. CYR. — Admirez la prudence de cette question; il commence par les amener à dire les louanges du peuple, afin de les réfuter et de produire en eux une opinion véritable. C'est pourquoi les disciples ayant dit l'opinion du peuple, il leur demande leur pensée quand il ajoute : « Mais vous, qui dites-vous que je suis? » Ah! que de grandeur dans ce *vous*! Il les distingue de la foule, afin qu'ils en évitent les opinions; comme s'il disait : Vous qui, par mon choix, avez été appelés à l'apostolat, vous, les témoins de mes miracles, qui dites-vous que je suis? Cependant, Pierre prévient les autres, et devenu l'organe de tout le collège apostolique, il s'échappe en paroles de divin amour et proclame la confession de sa foi, lorsqu'il est dit : « Pierre répondit : Vous êtes le Christ de Dieu. » Il ne dit pas simplement qu'il est *Christ de Dieu*, mais avec l'article, *le Christ* par excellence. C'est pourquoi nous lisons dans le grec τὸν Χριστόν; car plusieurs, ayant reçu l'onction de Dieu, ont été appelés *christs* dans divers sens. En effet, les uns ont reçu l'onction des rois, les autres celle des prophètes, et nous-mêmes, qui recevons l'onction du Saint-Esprit par le Christ, nous sommes appelés *christs*. Or, un seul est le Christ de Dieu et du Père, comme ayant seul pour propre père celui qui est dans les cieux.

At illi responderunt et dixerunt : Alii Joannem Baptistam (quem decollatum sciebant), alii autem Eliam, quem venturum putabant; alii autem quia propheta unus de prioribus surrexit. Sed hoc querere alterius prudentiæ est : nam si Paulo Apostolo satis est nihil scire, nisi Christum Jesum, et hunc crucifixum (1 Cor., 2), quid amplius mihi desiderandum est scire quam Christum? CYRIL. (ubi sup.). Vide autem interrogationis elegantiam. Dirigit enim prius eos ad extrinsecas laudes, ut eis evulsis veram opinionem generet : unde cum dixissent discipuli plebis opinionem eorum sententiam interrogat, cum subditur : Dixit autem illis : Vos autem quem me esse dicitis? O! quam præcipuum illud vos! Excipit eos ab aliis, ut eorum vitent opiniones :

quasi diceret : Vos qui censura mea vocati estis ad apostolatam, testes miraculorum meorum, quem me esse dicitis? Prævenit autem Petrus cæteros, fitque os totius collegii, eructatque divini amoris eloquia; profertque fidei confessionem, cum dicitur : Respondens autem Petrus dixit : Christum Dei : non simpliciter eum esse Christum Dei, sed magis cum articulo : unde in græco habetur, τὸν Χριστόν, nam plures divinitus uncti diversimode vocati sunt christi : quidam enim uncti fuerunt in reges, quidam in prophetas. Nos autem per Christum Sancto peruncti Spiritu nomen obtinuimus Christi, sed unus solus est, qui est Christus Dei et Patris, quasi ipso solo proprium habente Patrem qui in cælis est : et sic Lucas concordat quidem in sententiis cum

C'est ainsi que saint Luc s'accorde avec ce passage de saint Matthieu qui fait dire à Pierre : *Vous êtes le Christ, fils du Dieu vivant* ; seulement, il abrège et lui fait dire : *Le Christ de Dieu*. — S. AMB. — Car dans ce seul nom se trouvent exprimées la divinité et l'incarnation, et aussi la foi de la passion. Ainsi, il comprend tout en exprimant la nature et le nom qui est l'abrégé de ses attributs.

S. CYR.—Il faut remarquer la prudence de Pierre qui confesse un seul Christ, contre ceux qui osent prétendre qu'Emmanuel se divise en deux christes ; de plus, lui-même ne les a pas interrogés en disant : « Qui les hommes disent-ils qu'est le Verbe divin ? » Mais, *le Fils de l'homme ?* c'est celui-là que Pierre confesse être le Fils de Dieu, il est donc admirable et digne des suprêmes honneurs, pour avoir cru que celui qu'il contemplait dans la forme humaine était *le Christ du Père* ; c'est-à-dire que le Verbe qui procède de la substance du Père s'était fait homme.

S. AMB.—Cependant notre Seigneur Jésus-Christ ne voulut point d'abord être prêché, afin de ne susciter aucun trouble ; d'où il suit : « Il leur recommanda vivement de n'en parler à personne. » Il impose le silence à ses disciples pour plusieurs motifs ; pour tromper le prince du monde, pour éloigner toute jactance, et pour nous apprendre l'humilité. Le Christ n'a donc pas voulu être glorifié ; vous, qui êtes né dans l'ignominie, vous glorifierez-vous ? De plus, il ne voulait pas que ses disciples, encore grossiers et imparfaits, fussent opprimés par la grandeur d'une trop haute prédication. Ainsi, il leur est défendu de l'évangéliser *Fils de Dieu*, afin que plus tard ils l'évangélisent *crucifié*. — S. CHRYS.— Et c'est avec raison que le Christ défendit alors de dire à personne qu'il fût le Fils de Dieu, jusqu'à ce qu'ayant ôté les sujets

Matthæo, qui narravit Petrum dixisse : Tu es Christus Filius Dei vivi ; sed utens breviloquio, ait eum dixisse : Christum Dei. AMBR. In uno enim hoc nomine, et Divinitatis, et incarnationis expressio, et fides est passionis. Complexus est itaque omnia, qui et naturam et nomen expressit, in quo summa virtutum est.

CYRIL. (ubi supra). Sed notandum quod unum confessus est esse Christum prudentissimus Petrus ; contra præsumentes Emmanuelem in duos christos dividere : neque enim sciscitatus est eos dicens : Quem dicunt homines esse divinum Verbum ? sed, Filium hominis ? Quem Petrus confessus est esse Filium Dei. In hoc ergo admirandus est, et dignus factus tam præcipuis hono-

ribus ; quia quem admiratus est in forma nostra, hunc credidit esse Christum Patris ; scilicet hominem factum Verbum quod processit de Patris substantia.

AMB. Dominus autem Jesus Christus prædicari se primo noluit, ne ullus strepitus nasceretur : unde sequitur : At ille increpans eos præcepit ne cui dicerent hoc : multis ex causis jubet tacere discipulos ; ut fallat principem mundi, declinet jactantiam, et doceat humilitatem : ergo Christus noluit gloriari, et tu qui ignobilis natus es, gloriaris ? Simul ne rudes et imperfecti adhuc discipuli maxime prædicationis molibus opprimantur. Prohibentur ergo evangelizare eum Dei Filium, ut evangelizarent postea crucifixum. CHRYS. (hom. 55, in Matth.). Oppor-

de scandale et consommé le supplice de la croix, il eût imprimé à son sujet une opinion juste et inébranlable dans l'âme de ceux qui l'écoutaient; car ce qui a été une fois enraciné et ensuite arraché a bien de la peine à tenir s'il est planté de nouveau, tandis que ce qui une fois planté demeure immobile s'accroît facilement. Et puisqu'une parole suffit à scandaliser Pierre, qu'arriverait-il à la plupart si, après avoir entendu dire qu'il est le Fils de Dieu, ils le voyaient crucifié et conspué? — S. CYR. — Les disciples devaient donc l'annoncer dans toute la terre; car c'était l'œuvre de ceux qu'il avait choisis pour l'apostolat; mais, comme selon l'Écriture, *il est un temps pour chaque chose*, il convenait que la croix et la résurrection fussent accomplies, et que la prédication des apôtres vînt ensuite; d'où il suit: « Disant: Il faut que le Fils de l'homme souffre beaucoup, etc. » — S. AMB. — Peut-être le Seigneur, sachant que ses disciples eux-mêmes auraient de la peine à croire le mystère de sa passion et de sa résurrection, voulut-il leur annoncer lui-même sa passion et sa résurrection.

Il disait aussi à tout le monde: Si quelqu'un veut venir avec moi, qu'il renonce à soi-même, qu'il porte sa croix tous les jours, et qu'il me suive. Car celui qui voudra sauver sa vie la perdra, et celui qui aura perdu sa vie pour l'amour de moi la sauvera. Et que servirait à un homme de gagner tout le monde aux dépens de lui-même, et en se perdant lui-même? Car si quelqu'un rougit de moi et de mes paroles, le Fils de l'homme rougira aussi de lui lorsqu'il viendra dans sa gloire, et dans celle de son Père, et des saints anges. Je vous dis, en vérité, qu'il y en a quelques-uns de ceux qui sont ici présents qui ne mourront point qu'ils n'aient vu le royaume de Dieu.

S. CYR. — Les chefs des armées excitent au courage les guerriers,

tunc etiam Dominus tunc vetuit nulli dicere quod ipse esset Christus, quatenus sublatis de medio scandalis, et crucis consummato patibulo, habitualiter imprimeretur audientium menti conveniens de eo opinio: nam radicatum semel et postmodum evulsum, vix unquam denuo insitum rotinebitur: quod autem semel insitum perseverat immobile, de facili concrescit: nam si Petrus ex solo auditu scandalizatus est, quid quamplures paterentur, cum audissent Filium Dei esse, viderent autem crucifixum et consputum? CYRIL. (ubi supra). Oportebat ergo discipulos eum ubique terrarum prædicare: hoc enim erat opus electorum ab eo ad apostolatus officium: sed ut sacra Scriptura testatur (Eccl., 6): Tempus est unicuique

rei: decebat enim ut crux et resurrectio impleretur, et sic sequeretur apostolorum prædicatio. Unde sequitur: Dicens quia oportet Filium hominis multa pati, etc. AMB. Fortasse quia sciebat Dominus difficile passionis et resurrectionis mysterium etiam discipulos credituros, ipse voluit esse suæ passionis et resurrectionis assertor.

Dicebat autem ad omnes: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me: qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, salvam faciet illam. Quid enim proficit homo, si lucretur universum mundum, se autem ipsum perdat, et detrimentum

non-seulement en leur promettant les honneurs de la victoire, mais même en leur disant qu'il est glorieux de *souffrir*. Nous voyons notre Seigneur Jésus-Christ agir de même, car il avait prédit aux apôtres qu'il aurait à souffrir les calomnies des Juifs, qu'il serait mis à mort et qu'il ressusciterait le troisième jour. Afin donc qu'ils ne pensent pas que le Christ doit être persécuté pour le salut du monde, et qu'eux-mêmes pourront mener une vie sensuelle, il montre que ceux qui veulent obtenir sa gloire devront nécessairement marcher à travers les mêmes combats; d'où il est dit : « Il disait à tous. » — BÈDE. — Il dit *à tous*, parce que ce qui précède, au sujet de la foi à la naissance ou à la passion du Seigneur, s'était passé à l'écart entre lui et ses seuls disciples.

S. CHRYS. — Cependant, comme le Seigneur est miséricordieux et bon, il ne veut avoir aucun serviteur contraint ou forcé, mais il veut qu'on le serve spontanément, et en lui rendant grâces d'être à son service; c'est pourquoi il ne force ni ne violente personne, mais il attire par la persuasion et par les bienfaits tous ceux qui veulent le suivre, en disant : « Si quelqu'un veut, etc. » — S. BAS. — Il propose sa propre vie comme modèle d'une vie parfaite à ceux qui veulent lui obéir, quand il dit : « Venir après moi; » il ne veut pas parler de le suivre corporellement (ce qui serait impossible, le Seigneur étant déjà dans les cieux), mais d'une imitation fidèle de sa vie selon la mesure de nos forces. — BÈDE. — Or, si quelqu'un ne renonce à soi-même, il ne peut s'approcher de celui qui est au-dessus de lui; d'où il suit : « Qu'il

sui faciat? Nam qui me erubuerit et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet cum venerit in majestate sua et Patris, et sanctorum angelorum. Dico autem vobis : Vere : sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Ducum magnanimi strenuos in armis ad audaciam provocant; non solum eis honores pollicendo victoriæ, sed etiam ipsum pati gloriosum esse dicentes. Tale quid videmus docere Dominum Jesum Christum : prædixerat enim apostolis quod oporteret eum perpeti Judæorum calumnias, occidi, et tertia die resurgere. Ne igitur putarent Christum quidem passurum persecutiones pro vita mundi, eis vero liceret mollem vitam ducere, ostendit quod per æqua certamina necessario gradi decet cupientes ejus gloriam

obtinere Unde dicitur : Dico autem ad omnes. BÈDE. Pulchre posuit, ad omnes; qui superiora, quæ ad fidem dominicæ natiuitatis vel passionis pertinent, cum solis discipulis seorsum egit.

CHRYS. (homil. 56, in *Matth.*). Cum autem Salvator sit pius et benignus, nullum invitum aut coactum habere vult famulum, sed spontaneos et gratias agentes ei pro famulatu : et ideo neminem cogendo aut necessitatem imponendo, sed persuadendo et benefaciendo, universos volentes attrahit, dicens : Si quis vult. BASIL. (in *Cons. mon.*, cap. 4). Vitam autem propriam in formam optimæ conversationis tradidit volentibus ei obedire, cum dicit : Post me venire; non obsecutionem corporalem insinuans (esset enim in omnibus impossibilis Domino jam in cælis existente), sed debitam conversationis pro posse imitationem. BÈDE. Nisi au-

renonce à soi-même. » — S. BAS. — Le renoncement à soi-même est l'oubli entier des choses passées et l'abandon de ses propres volontés. — ORIG. — Celui-là renonce aussi à lui-même qui, par une réforme convenable et par une sincère conversion, change les habitudes mauvaises de sa vie; qui, après avoir vécu dans les plaisirs, renonce à sa vie licencieuse et devient chaste; pareillement, la réforme de tout vice est un renoncement à soi-même. — S. BAS. — De plus, désirer souffrir la mort pour le Christ, mortifier ses membres terrestres, se disposer courageusement à courir tous les périls pour le Christ, et ne s'affliger de rien dans la vie présente, c'est porter sa croix; d'où il est ajouté: « Qu'il porte sa croix chaque jour. » — THÉOPH. — Il appelle *croix* une mort ignominieuse, insinuant que celui qui veut suivre le Christ ne doit pas redouter de souffrir pour lui, même une mort ignominieuse. — S. GRÉG. — On peut encore porter sa croix de deux manières; en affligeant son corps par la pénitence, ou en désolant son âme par la compassion.

S. GRÉG. — Il réunit avec raison ces deux choses: « Qu'il renonce à soi-même et porte sa croix. » Car, de même que celui qui est prêt à monter sur la croix se résigne à la mort dans son âme, et marche comme ne pensant plus à vivre, de même celui qui veut suivre le Seigneur doit d'abord renoncer à soi-même et ensuite porter sa croix, de sorte que sa volonté soit prête à souffrir toute espèce de douleur. — S. BAS. — La perfection consiste donc à tenir son cœur dans l'indifférence même de la *vie* et à être toujours prêt à mourir, sans ce-

tem quis a semetipso deficiat, ad eum qui supra ipsum est non appropinquat. Unde dicitur: Abneget semetipsum. BASIL. (in *Regulis fusius disputatis*, ad interrog. 6). Abnegatio quidem sui ipsius est totalis præretorum oblivio, et recessus a propriis voluntatibus. ORIG. (tract. 2, in *Matth.*). Abnegat etiam aliquis seipsum, dum vitam prius in malitia consuetam alteratione debita sive bona conversione commutat; qui dudum in lascivia vixerat, abnegat semetipsum lascivum, cum fit castus; et similiter ab continentia cujuslibet criminis sui ipsius abnegatio est. BASIL. (in *Regulis*, ut sup.). Appetitus autem mortis tolerandæ pro Christo, et mortificatio membrorum quæ sunt super terram (ad *Colos.*, 3), et viriliter disponi ad omne periculum sustinendum pro Christo, et non affici quemquam ad vitam præsentem, hoc est tollere crucem

suam: unde subditur: Et tollat crucem suam quotidie. THEOPH. Crucem hic dicit mortem exprobrabilem; innuens quod si quis vult Christum sequi, non debet effugere propter ipsum etiam exprobrabilem mortem. GREG., in homil. (32, in *Evang.*). Duobus etiam modis crux tollitur, dum aut per ab continentiam affligitur corpus, aut per compassionem afficitur animus.

GREG. (vel Isaac Monachus in *Cat. grec. Patr.*). Recte autem conjungit hæc duo: Abneget semetipsum, et tollat crucem suam; sicut enim qui paratus est ascendere crucem sumit, in mente sua mortis intentionem, sicque vadit non æstimans amplius hanc vitam participare, ita qui sequi vult Dominum, primo debet abnegare seipsum, et sic tollere crucem; ut ejus voluntas sit prompta ad omnem miseriam sustinendam. BASIL. (in *Regulis fusius disputatis*, ad in-

pendant se confier en soi-même. Cette perfection commence par la séparation des choses extérieures; par exemple, des richesses et de la vaine gloire, ou par le détachement des choses inutiles.

BÈDE. — Il nous est donc commandé de porter chaque jour cette croix, et, après l'avoir prise, de suivre le Seigneur qui lui-même a porté sa croix; d'où il suit : « Et qu'il me suive. » — ORIG. — Il donne la raison de ceci, en ajoutant : « Car celui qui voudra sauver sa vie la perdra. » C'est-à-dire que celui qui voudra vivre selon la vie présente et conserver son âme au milieu des choses sensibles la perdra et n'arrivera point au terme de la béatitude. Il ajoute, au contraire : « Celui qui perdra sa vie pour l'amour de moi la sauvera. » C'est-à-dire que celui qui, pour la vérité, néglige les choses sensibles et s'expose à la mort, celui-là, qui, pour ainsi dire, perd sa vie pour le Christ, la sauvera. Si donc il est heureux de sauver sa vie (par rapport au salut qui est en Dieu), il doit y avoir une heureuse perte de la vie, celle qui se fait en vue du Christ. Ceci me paraît encore se rapporter à ce qui précède : de renoncer à soi-même, ce qui veut dire que chacun doit perdre son âme pécheresse pour prendre celle qui est sauvée par la vertu.

S. CYR. — Cependant il insinue que souffrir pour le Christ est incomparablement supérieur aux délices et aux biens du monde; d'où il suit : « Que sert à l'homme de gagner le monde entier aux dépens de lui-même et en se perdant lui-même ? » Comme s'il disait : Lorsque quelqu'un, considérant les plaisirs et les biens présents, refuse de souffrir et choisit une vie splendide s'il est riche, quel avantage lui en

terrog. 8). In hoc igitur consistit perfectio, ut impassibiliter se habeat secundum affectum etiam ad ipsum vivere; et habeat in promptu mortis responsum, nequaquam in seipso confidat. Sumit autem exordium perfectio ab exteriorum alienatione; puta possessionum vel inanis gloriæ, vel præcisæ affectionis inutilium rerum.

BÈDE. Prædictam crucem igitur quotidie tollere, et ea sumpta Dominum sequi jubemur, qui crucem propriam bajulavit. Unde sequitur : Et sequatur me. ORIG. (ut sup.). Hujus autem causam assignat, subdens : Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam : id est, qui vult secundum vitam præsentem vivere, et propriam animam in sensibilibus conservare, hic eam perdet, non deducens eam ad terminos beatitudinis. Econtrario autem subdit : Nam qui perdi-

derit animam suam propter me, salvam faciet illam : id est, qui negligit sensibilia intuitu veritatis exponens se morti, hic tanquam animam perdens pro Christo, eam potius salvabit. Itaque si animam salvari beatum est (relatum ad eam quæ est in Deo salutem) debet esse et quædam bona perditio animæ, quæ fit intuitu Christi. Videtur etiam mihi persimile ei, quod est abnegare seipsum secundum prædicta, decere perdere quemlibet propriam animam peccatricem, ut sumat eam quæ per virtutem salvatur.

CYRIL. (ubi sup.). Quod autem incomparabiliter exercitium passionis Christi superet delicias et pretiosa mundi, insinuat subdens : Quid proficit homini si lucretur universum mundum, seipsum autem perdat, et detrimentum sui faciat ? Quasi dicat :

reviendra-t-il quand il aura perdu son âme? En effet, la figure de ce monde passe et les plaisirs disparaissent comme l'ombre; car les trésors de l'impie ne lui serviront de rien, tandis que la justice sauve de la mort.

S. GRÉG. — Comme la sainte Eglise a des temps de persécution et des temps de paix, le Seigneur a désigné ces deux temps dans ses enseignements. En effet, dans les temps de persécution, il faut savoir donner son âme, c'est-à-dire sa vie; ce qu'il a signifié en disant: « Celui qui aura perdu son âme; » mais dans les temps de paix, il faut dompter les désirs terrestres les plus dominateurs; ce qu'il a signifié en disant: « Que sert à l'homme, etc. » Nous méprisons pour la plupart toutes les choses passagères, cependant nous sommes encore retenus par la honte humaine qui nous empêche d'exprimer par la voix la justice que nous avons dans l'âme; c'est pourquoi le Seigneur ajoute le remède convenable à cette blessure, en disant: « Si quelqu'un rougit de moi et de mes paroles, le Fils de l'homme rougira de lui. » — THÉOPH. — Celui-là rougit du Christ qui dit: « Je ne crois pas au crucifié. » Et celui-là rougit aussi de ses paroles qui méprise la simplicité de l'Évangile, car le Seigneur rougira de lui dans son royaume, comme un père de famille qui, ayant un mauvais serviteur, rougirait de le nommer.

S. CYR. — Il leur inspire la crainte, en leur disant qu'il descendra du ciel, non dans son état d'humiliation et sous une forme semblable à la nôtre, mais dans la gloire du Père, avec les anges pour ministres.

Cum aliquis aspiciens præsentem dulcedinem aut utilitatem, renuit quidem pati, eligit autem splendide vivere, si sit opulentus, quod inde sibi commodum erit cum perdidit animam? Transit enim hujus mundi figura (1 ad Cor., 7), et amœna velut umbra discedunt (Sap., 5); non enim proderunt thesauri impietatis: eripit autem a morte justitia (Prov., 10).

GRÉG. (in homil. 32, ut sup.). Quia ergo sancta Ecclesia habet aliud tempus persecutionis, atque aliud pacis, Dominus utraque tempora designavit in præceptis. Nam persecutionis tempore ponenda est anima, id est, vita, quod significavit dicens: Qui perdidit animam; pacis autem tempore ea quæ amplius dominari possunt, frangenda sunt desideria terrena; quod significavit dicens: Quid proficit homini? Plerumque autem labentia cuncta despici-

mus, sed tamen adhuc humanæ verecundiæ usu præpedimur, ut rectitudinem quam servamus in mente, noudum exprimere valeamus in voce. Sed huic quidem vulneri congruum Dominus subjungit medicamentum, dicens: Nam qui me erubuerit, et meos sermones, hunc Filius hominis erubescet. THÉOPH. Erubescit Christum qui dicit: Nunquid credam crucifixo? Sed et sermones ejus erubescit, qui Evangelii ruditer contemnit: quod autem hunc Dominus erubescet in regno suo, tale est sicut si aliquis paterfamilias habens servum pravam erubescat eum nominare.

CYRIL. (ubi sup.). Incutit autem eis timorem, dicens se coelitus descensurum, non in pristina humilitate et mensura proportionabili nobis, sed in gloria Patris ministrantibus angelis. Sequitur enim: Cum venerit in majestate sua, et Patris, et

Car il suit : « Lorsqu'il viendra dans sa gloire et dans celle de son Père, et des saints anges. » Il sera donc très malheureux et très funeste de paraître avec le signe de l'inimitié et du néant des œuvres lorsque ce grand juge descendra au milieu de l'armée des anges. Reconnaissez à ces paroles que, pour avoir pris notre chair et notre sang, le Fils n'est pas moins Dieu ; il s'annonce comme devant venir dans la majesté de Dieu le Père, et les anges serviront comme souverain juge celui qui s'est fait homme semblable à nous.

S. AMB. — Chaque fois que le Seigneur nous propose les récompenses futures de la vertu et nous enseigne l'avantage du mépris des choses terrestres, il soutient en même temps l'infirmité de l'âme humaine par quelque récompense présente. Car il est dur de porter la croix, d'exposer son âme aux périls et son corps à la mort, de laisser le connu pour l'inconnu ; et rarement la vertu, même la plus haute, abandonne les choses présentes pour les futures. Afin donc que personne ne se laisse abattre par le découragement ou le désespoir, ce bon maître promet à ses fidèles qu'ils le verront, en leur disant : « Je vous le dis en vérité, quelques-uns de ceux qui sont ici ne mourront point qu'ils n'aient vu le royaume de Dieu. »

THÉOPH. — C'est-à-dire la gloire des justes ; il voulait parler de la transfiguration qui était le type de la gloire future. Comme s'il disait : Quelques-uns de ceux qui sont ici (Pierre, Jacques et Jean) ne mourront point qu'ils n'aient vu, dans la transfiguration, quelle sera la gloire de ceux qui me confessent. — S. GRÉG. — Ou encore : c'est l'Église présente qui est ici appelée *royaume de Dieu* ; or, quelques-uns

sanctorum angelorum : pessimum igitur et damnosum notari inimicitia, et operis inertia, quando tantus Judex descenderit agminibus circumstantibus angelorum. Hinc autem percipias, quod carne sumpta et sanguine Filius non minus est Deus, quod se pollicetur in majestate Dei Patris venturum ; et quod ei tanquam judici omnium ministrabant angeli ; qui factus est homo similis nobis.

AMB. Semper autem Dominus sicut erigit ad præmia futura virtutum, atque utilem secularium rerum docet esse contemptum ; ita etiam infirmitatem mentis humanæ, præsentium remuneratione sustentat. Arduum quippe est crucem tollere, et animam periculis, morti corpus offerre ; negare quod sis, cum velis esse quod non

sis ; raroque quamvis excelsa virtus futuris commutat præsentia. Ergo bonus magister ne quis desperatione frangatur aut tredio, continuo se videndum fidelibus pollicetur, dicens : Dico autem vobis : Vere : sunt aliqui hic stantes, qui non gustabunt mortem, donec videant regnum Dei.

THÉOPH. Id est, gloriam in qua justi erant : hoc autem dixit de transfiguratione, quæ forma erat futuræ gloriæ ; ac si diceret : Sunt aliqui hic stantes (scilicet Petrus, Jacobus et Joannes) qui non attingent mortem donec in tempore transfigurationis videant in qua gloria erunt qui me confitentur. GRÉG. (in homil. 32, ut sup.). Vel regnum Dei hoc loco præsens Ecclesia vocatur, et quidam ex discipulis usque adeo in corpore victuri erant, ut Ecclesiam Dei

des disciples devaient vivre sur la terre jusqu'à ce qu'ils eussent vu l'Église de Dieu établie et luttant contre la gloire de ce monde. — S. AMB. — Si donc nous ne voulons pas avoir à craindre la mort, tenons-nous auprès du Christ; car ceux-là seuls ne peuvent goûter la mort qui se tiennent auprès du Christ. On peut conclure du sens propre de ces paroles que ceux qui ont mérité d'être associés au Christ ne ressentiront aucune atteinte, même légère, de la mort. Sans doute ils goûteront la mort passagère du corps, mais ils posséderont la vie permanente de l'âme; car ce n'est pas le corps, mais l'âme qui est ici exemptée de la mort.

Environ huit jours après qu'il leur eut dit ces paroles, il prit avec lui Pierre, Jacques et Jean, et s'en alla sur une montagne pour prier. Et pendant qu'il faisait sa prière, son visage parut tout autre; ses habits devinrent blancs et éclatants. Et l'on vit tout d'un coup deux hommes qui s'entretenaient avec lui, savoir : Moïse et Elie. Ils étaient pleins de majesté et de gloire, et ils lui parlaient de sa sortie du monde, qui devait arriver dans Jérusalem.

S. EUS. — Après que le Seigneur eut annoncé à ses disciples le grand mystère de sa seconde apparition, afin que la foi ne parût pas reposer uniquement sur des paroles, il en vint aux œuvres en leur montrant une image visible de son royaume; d'où il suit : « Environ huit jours après ces paroles, il prit avec lui Pierre, Jacques et Jean et monta sur une montagne pour prier. » — S. JEAN DAMASC. — Saint Matthieu et saint Marc disent que la transfiguration arriva six jours après la promesse faite aux disciples, tandis que saint Luc dit que ce fut huit jours

constructam conspicerent, et contra mundi hujus gloriam, erectam. AMB. Itaque si et nos volumus mortem non timere, stemus ubi Christus est. Soli enim non queunt gustare mortem, qui stare possunt cum Christo : in quo licet ex verbis ipsius qualitate perpendere, nec tenuem quidem sensum mortis habituros, qui Christi videntur meruisse consortia. Certe mors corporis libando gustetur, vita animæ possidendo teneatur : non enim hic mors corporis, sed animæ denegatur.

Factum est autem post hæc verba fere dies octo, et assumpsit Petrum, Jacobum et Joannem, et ascendit in montem ut oraret. Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera : et restitus ejus albus et refulgens.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo : erant autem Moyses et Elias visi in majestate ; et dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Hierusalem.

EUSEB. (in *Cat. græc. Patr.*). Cum Dominus discipulis suis secundæ apparitionis suæ promulgaverit ingens mysterium, ne solis verbis credere videretur, procedit ad opera; ostendens eis oculata fide imaginem regni sui : unde sequitur : Factum est autem post hæc verba fere dies octo, et assumpsit Petrum, Jacobum et Joannem, et ascendit in montem, ut oraret. DAMAS. (orat. de *Transfig.*). Matthæus quidem et Marcus sexto die post factam promissionem discipulis, Lucas autem post octavum dicit celebratam fuisse transfigurationem : nec

après. Il n'y a aucune contradiction dans leur récit, car ceux qui disent six jours ont compté les jours intermédiaires en omettant les extrêmes (le premier et le dernier, celui de la promesse et celui de l'accomplissement), tandis que celui qui dit huit jours a compté aussi ces deux. Mais pourquoi tous ne sont-ils pas appelés à cette vision et pourquoi quelques-uns seulement? A la vérité un seul (Judas) était indigne de voir sa divinité, selon cette parole : « Qu'on éloigne l'impie, afin qu'il ne voie point la gloire de Dieu; » mais s'il eût été seul écarté, comme il était envieux, sa malice en eût été plus grande; de sorte qu'en laissant les autres disciples au bas de la montagne, il enlève au traître un prétexte de le trahir. Il en prit trois afin que toute parole soit confirmée par deux ou trois témoins. Il prit Pierre pour lui faire voir le témoignage qu'il en avait reçu, confirmé par le témoignage de son Père, et aussi parce qu'il devait être le chef de toute l'Église. Il prit Jacques parce qu'il devait mourir pour le Christ avant tous les apôtres. Il prit Jean comme l'organe le plus pur de la théologie, afin qu'ayant vu la gloire du Fils, il fit entendre ces paroles : « Au commencement était le Verbe. »

S. AMB. — Ou encore : Pierre monta parce qu'il devait recevoir les clefs du royaume des cieux; Jean, parce que le Seigneur devait lui confier sa mère, et Jacques, parce qu'il devait souffrir le premier le martyre. — **THEOPH.** — Ou encore : il prit ceux-là parce qu'ils pouvaient tenir caché ce miracle et ne le révéler à personne. Or, il monta sur une montagne pour prier, afin de nous apprendre à nous élever au-dessus des choses terrestres et à chercher la solitude pour prier.

S. JEAN DAMASC. — Cependant autre est la prière des serviteurs,

est dissonantia in dictis, sed qui sex numeraverunt demptis extremis (primo dico et ultimo, quo pollicitus est, et quo fecit) medios computaverunt; at qui octo connumeravit, utrumque prædictorum computavit Sed cur non omnes, sed aliqui vocati sunt ad hanc visionem? Unus quidem erat qui solus indignus erat Divinitatis visione (scilicet Judas), secundum illud (Esai., 16): Tollatur impius, ne videat gloriam Dei: si solus ergo esset dimissus, tanquam invidus ad majorem esset malitiam provocatus: proinde proditori tollit proditionis occasionem, cum dimisit inferius reliquam apostolorum congeriem. Assumpsit autem tres, ut in duobus vel tribus stet omne verbum. trum quidem assumpsit, volens testi-

monium quod testatus fuerat, ei ostendere per Patris testimonium confirmari, et quasi præsidem futurum totius Ecclesiæ: sed Jacobum assumpsit tanquam moriturum pro Christo ante omnes discipulos: Joannem vero tanquam theologiæ purissimum organum; ut visa gloria Filii, quæ non subjacet temporari, resonet illud (Joan., 1): In principio erat Verbum. AMB. Vel Potrus ascendit, qui claves regni cælorum accepit: Joannes, cui committitur Domini Mater: Jacobus, qui primus martyrium sustinuit (Act., 12). THEOPH. Vel assumit hos tanquam hanc rem celare potentes, et nulli alii revelare. Ascendit autem in montem ut oraret; docens nos solitarios et ascendentes orare, ad nihil terrenorum declina-

autre était la prière du Seigneur. Car la prière du serviteur est une ascension de l'esprit vers Dieu ; or, l'esprit sacré du Christ (uni hypostatiquement à Dieu) nous conduit à cette ascension par laquelle nous montons à Dieu dans la prière, et nous enseigne qu'il n'est pas l'adversaire de Dieu, mais qu'il honore son Père comme le principe de toutes choses. De plus, afin de tromper le démon qui cherchait à savoir s'il était Dieu (ce que publiait la vertu de ses miracles), il cachait pour ainsi dire son hameçon sous une nourriture, afin que celui qui avait séduit (pris à l'hameçon) l'homme par l'espoir de la déification fût trompé (ou pris à l'hameçon) par le vêtement du corps. La prière est une révélation de la gloire divine; d'où il suit : « Pendant qu'il priait, son visage parut tout autre. » — S. Cyr. — Non que son corps eût changé sa forme humaine, mais parce qu'il lui survint une gloire éclatante. — S. JEAN DAMASC. — Le démon, en voyant sa gloire dans la prière, se ressouvint de Moïse dont le visage fut aussi glorifié; mais Moïse était glorifié par une gloire qui lui venait du dehors, tandis que le Seigneur brillait de l'éclat inné de sa gloire divine; car le Verbe et la chair ayant une seule et même gloire à cause de l'union hypostatique, il se transfigure, non en recevant ce qu'il n'avait pas, mais en manifestant à ses disciples ce qu'il était. D'où il est dit, selon saint Matthieu, « qu'il se transfigura devant eux, » et que « son visage brilla comme le soleil. » Car Dieu est dans les choses spirituelles ce qu'est le soleil dans les choses sensibles; et de même que le soleil (qui est la source de la lumière) ne peut pas être regardé facilement, tandis que sa lumière répandue sur la terre peut se contempler, de

DAMAS. (orat. jam notata). Aliter tamen orant servi, aliter orabat Dominus. Nam servi orantis oratio est per intellectus ascensum ad Deum, sed sacer intellectus Christi (qui secundum hypostasim Deo unitus erat) manuducens nos ad ascensum quo per orationem ad Deum ascenditur, et docens quod adversarius Dei non est, sed tanquam principium veneratur genitorem; quin etiam alliciens tyrannum explorantem si Deus esset (quod miraculorum virtus prædicabat) quasi sub quadam esca hamum contegeret, ut qui spe deificationis hamaret (sive inescaverat) hominem, corporis amictu decenter hamaretur (sive ut hamo caperetur). Oratio est divinæ revelatio gloriæ: unde sequitur: Et facta est, dum oraret, species vultus ejus altera. CYRIL. (ubi sup.). Non tanquam corpore humanam

formam mutante, sed quadam splendida gloria superveniente. DAMAS. (ut sup.). Videns autem diabolus orationibus refulgentem, recordatus est Moysi, cujus glorificata est facies (Exod., 34); sed Moyses quidem glorificatur extrinsecus adveniente gloria; Dominus ex innato gloriæ divinæ fulgore; cum enim secundum hypostasis unionem una et eadem sit gloria verbi et carnis, transfiguratur, non quasi accipiens quod non erat, sed quod erat manifestans discipulis. Unde secundum Matthæum (cap. 17) dicitur quod transfiguratus est coram eis, et quod facies ejus refulsit ut sol: quod enim est in sensibilibus sol, hoc in intelligibilibus Deus; et sicut sol (qui est lucis fons) de facili videri non potest, lux autem ejus ex eo quod ad terram pervenit, aspicitur, sic facies Christi intensius

même le visage du Christ est éblouissant comme le soleil, tandis que ses vêtements sont blancs comme la neige. D'où il suit : « Ses vêtements devinrent blancs et éclatants; » c'est-à-dire qu'ils furent éclairés par les reflets de sa divine lumière.

Pendant que ces choses se passaient, afin de montrer que le Seigneur du Nouveau-Testament est le même que celui de l'Ancien, pour fermer la bouche aux hérétiques et établir la foi de la résurrection (afin qu'on crût que celui qui se transfigurait était le Dieu des vivants et des morts), Moïse et Élie, comme des serviteurs, se tiennent à côté du Seigneur dans sa gloire. D'où il suit : « Deux hommes s'entretenaient avec lui, etc. » Car il fallait qu'en voyant la gloire et la sérénité de ceux qui étaient à ses côtés, ils admirassent la miséricordieuse condescendance du Seigneur; il fallait aussi qu'en voyant le bonheur des biens futurs, ils fussent animés à imiter les travaux de ceux qui les avaient précédés, et qu'ils devinssent plus forts pour combattre; car celui qui connaît la récompense de ses labeurs les supporte avec plus de courage. — S. CHRYS. — De plus, comme le peuple disait qu'il était Élie ou Jérémie, il fallait qu'on pût distinguer le maître des serviteurs; et encore, afin de montrer qu'il n'était point ennemi de Dieu et violateur de la loi, il fait voir à ses côtés Moïse et Élie (car le législateur Moïse et Élie, si plein de zèle pour la gloire de Dieu, ne l'eussent point assisté); et encore : il voulait manifester les vertus de ces deux hommes, car l'un et l'autre s'exposèrent plusieurs fois à la mort pour les commandements divins. Il voulait aussi que ses disciples les imitassent dans le gouvernement du peuple, c'est-à-dire qu'ils fussent doux comme Moïse et zélés comme Élie. Enfin, il voulait mon-

refulget ut sol, vestimenta autem ejus dealbantur ut nix. Unde sequitur : Et vestitus ejus albus refulgens : illustratus scilicet per divinæ lucis participationem.

Et inferius : His autem ita se habentibus, ut unus ostenderetur Dominus novi et veteris Testamenti, et hæreticorum ora obturentur, et fides fiat resurrectionis (necon qui transfigurabatur, vivorum et mortuorum Dominus crederetur), Moyses et Elias tanquam famuli assistunt Domino in gloria. Unde sequitur : Ecce duo viri loquebantur cum illo, etc. Oportebat enim ut videntes conservorum gloriam et fiduciam, mirarentur quidem pium Domini condescensum; zelarent vero eos qui prius laboraverant, visuri amœnitatem futurorum bono-

rum; et magis fortificarentur in agonibus: nam qui laborum novorit emolumenta, labores facilius tolerabit. CHRYS. (hom. 57, in Matth.). Aliter quoque quoniam vulgus asserbat eum esse Eliam vel Hieremiam, ut discerneret inter dominum et famulos; et ut pateat eum non esse adversarium Dei et legis transgressorem, eos sibi assistentes monstravit (non enim legislator Moyses, et qui pro gloria divina zelatus est Elias, assistissent ei), sed et propter virtutes virorum demonstrandas. Nam uterque pro mandatis divinis quam pluries se morti exposuerat. Volebat etiam ut discipuli eos imitarentur in regimine populi; ut scilicet fierent mites sicut Moyses, et zelantes sicut Elias. Inducit etiam eos ut ostendat crucis gloriam

trer la gloire de la croix pour consoler Pierre et les autres qui redoutaient de souffrir. D'où il suit : « Ils parlaient de sa fin qu'il devait accomplir à Jérusalem. » — S. CYR. — C'est-à-dire du mystère de son incarnation et de sa passion salutaire qui devait s'accomplir sur la croix adorable.

S. AMB. — Mystiquement, ils voient la transfiguration du Christ après avoir entendu ses paroles, parce que celui qui entend et croit les paroles du Christ verra la gloire de la résurrection; car la résurrection arriva aussi le huitième jour. C'est pour cela aussi que la plupart des psaumes sont écrits *pour l'octave* (1). Peut-être encore, après avoir dit que celui qui perdra sa vie pour le Verbe de Dieu la sauvera, veut-il nous montrer qu'il tiendra sa promesse à la résurrection. — BÈDE. — Car comme lui-même est ressuscité des morts après le septième jour du sabbat, où il avait été mis dans le sépulcre, ainsi nous-mêmes, après les six âges de ce monde, et le septième, qui est celui du repos des âmes dans l'attente de l'autre vie, nous ressusciterons, pour ainsi dire, au huitième âge du monde. — S. AMB. — Saint Matthieu et saint Marc ayant dit qu'il les avait pris sur la montagne six jours après, nous pourrions dire sur ce nombre que nous ressusciterons après six mille ans, car mille ans sont comme un jour devant Dieu; mais on compte plus de six mille ans, et nous préférons entendre ces six jours comme la figure des six jours de la création des œuvres du monde, de sorte que le temps signifie les œuvres, et les œuvres signifient le monde. Il nous montre la résurrection future après que les temps du

(1) Nous ne trouvons cette indication qu'au sixième et au onzième. Elle indiquait qu'ils devaient être accompagnés par la huitième corde de la harpe et chantés à pleine voix.

ad consolandum Petrum, et alios passionem timentes. Unde sequitur : Et dicebatur excessum ejus quem completurus erat in Hierusalem. CYRIL. (ubi sup.). Videlicet mysterium dispensationis in carne, necnon salutaris passionem completam in venerabili cruce.

AMB. Mystice autem post verba prædicta transfiguratio Christi ostenditur; quoniam is qui verba Christi audit et credit, resurrectionis gloriam videbit. Octava enim die, facta est resurrectio : unde et plerique psalmi pro octava scribuntur : aut forte ut ostenderet nobis quod dixerat, quod is qui propter Dei verbum perdidit animam suam, salvam faciet eam; quoniam promissa sua

in resurrectione restituet. BÈDE. Nam sicut ipse post septimam sabbati, qua in sepulcro quieverat, a mortuis resurrexit, et nos post sex seculi hujus ætates, et septimam quietis animarum, quæ interim in alia vita geritur, quasi octava ætate resurgemus. AMB. Sed Matthæus et Marcus post dies sex, assumptos hos esse commemorarunt, de quo possemus dicere quod post sex millia annorum, mille enim anni in conspectu Dei tanquam dies una; sed plures quam sex millia computantur anni; et maluimus sex dies per symbolum intelligere, quod sex diebus mundi opera sunt creata, ut per tempus opera, et per opera mundum intelligamus. Et ideo mundi tem-

monde seront accomplis, parce que celui qui se sera élevé au-dessus du monde, après avoir traversé la vie de ce siècle, sera placé en un lieu sublime pour attendre le fruit éternel de la résurrection future.

— BÈDE. — Ainsi, il monte sur la montagne pour prier et pour être transfiguré, afin de montrer que ceux qui attendent le fruit de la résurrection, et qui désirent voir le roi dans sa gloire, doivent habiter les cieux en esprit et se livrer à de continuelles prières.

S. AMB. — Si je ne les voyais choisis, je croirais que les trois disciples conduits sur la montagne sont une figure mystique de l'humanité, car tout le genre humain est descendu des trois enfants de Noé. Trois sont donc choisis pour monter sur la montagne, parce que nul ne peut voir la gloire de la résurrection s'il n'a cru au mystère de la Trinité avec une foi sincère et incorruptible.

BÈDE. — Le Seigneur transfiguré nous montre la gloire, soit de sa future résurrection, soit de la nôtre ; tel il apparut aux apôtres, tel il apparaîtra à tous après le jugement. De plus, le vêtement du Seigneur figure le chœur de ses saints. Lorsqu'il était encore dans la plaine, il paraissait humble, tandis que quand il monte sur la montagne il prend un éclat nouveau ; ainsi, maintenant nous sommes les enfants de Dieu, mais ce que nous serons un jour ne paraît pas encore ; nous savons que lorsque le Christ se montrera nous serons semblables à lui.

S. AMB. — Ou encore : le Verbe de Dieu se rapetisse ou grandit selon la mesure de vos forces, et, si vous ne montez au sommet de la plus haute sagesse, vous ne pouvez voir toute la gloire de Dieu dans le Verbe. Les paroles de l'Écriture sont comme les vêtements du Verbe

poribus impletis, resurrectio futura monstratur; aut quia is qui supra mundum ascenderit, et hujus seculi momenta transcendit, velut in sublimi locatus futuræ resurrectionis fructum expectabit æternum.

BED. Unde in montem oraturus et transfigurandus ascendit, ut ostendat eos qui fructum resurrectionis expectant, et regem in decore suo videre desiderant, mente in excelsis habitare et continuis precibus debere incumbere.

AMB. Putarem in tribus qui ducuntur ad montem, mystice genus humanum comprehensum, quia ex tribus filiis Noe genus omne defluxit humanum, nisi electos cernerem. Tres igitur eliguntur qui ascendunt in montem; quia nemo potest resurrectionis videre gloriam, nisi qui mysterium Trinitatis incorrupta fidei sinceritate servaverit.

BED. Transfiguratus autem Salvator gloriam futuræ, vel suæ, vel nostræ, resurrectionis ostendit; qui qualis tunc apostolis apparuit, talis post judicium cunctis apparebit electis. Vestitus autem Domini sanctorum illius chorus accipitur; qui videlicet Domino in terris consistente despectus videbatur, sed illo montem petente, novo candore refulget; quia nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, similes ei erimus [1 Joan., 3].

AMB. Vel aliter: pro tua possibilitate tibi verbum aut minuitur aut crescit; ac nisi altioris prudentiæ cacumen ascendas, non tibi apparet quanta sit gloria in Dei verbo. Vestimenta autem verbi sunt sermones Scripturarum; et quædam intellectus indumenta divini. Et sicut vestitus ejus

et comme l'enveloppe de l'intelligence divine. Or, de même que son vêtement devint éclatant de blancheur, de même le sens des divins enseignements devient éclatant de clarté pour les yeux de votre esprit. C'est là que Moïse et Élie apparaissent, c'est-à-dire la loi et les prophètes dans la parole; car il ne peut y avoir de loi sans la parole, ni de prophète que celui qui a annoncé le Fils de Dieu.

Cependant Pierre et ceux qui étaient avec lui étaient accablés de sommeil, et se recueillant, ils le virent dans sa gloire, et les deux hommes qui étaient avec lui. Et comme ils se séparaient de Jésus, Pierre lui dit : Maître, nous sommes bien ici, faisons-y trois tentes, une pour vous, une pour Moïse, et une pour Élie; car il ne savait ce qu'il disait. Il parlait encore, lorsqu'il parut une nuée qui les couvrit; et ils furent saisis de frayeur en les voyant entrer dans cette nuée. Et il en sortit une voix qui disait : Celui-ci est mon Fils bien aimé, écoutez-le. Pendant qu'on entendait cette voix, Jésus se trouva tout seul, et les disciples tinrent ceci secret, et ne dirent pour lors à personne rien de ce qu'ils avaient vu.

THÉOPH. — Pendant que le Christ priait, Pierre fut appesanti par le sommeil, car il était faible, et il céda à l'infirmité humaine; d'où il est dit : « Cependant, Pierre et ceux qui étaient avec lui étaient appesantis par le sommeil. » Mais, s'étant éveillés, ils virent sa gloire et deux hommes avec lui; d'où il suit : « Et, se réveillant, ils le virent dans sa gloire, et les deux hommes qui étaient avec lui. » — S. CHRYS. — Peut-être appelle-t-il *sommeil* la grande stupeur que produisit sur eux cette vision; car ce n'était pas durant la nuit, mais une lumière incomparable éblouissait la faiblesse de leurs yeux. — S. AMB. — La splendeur incompréhensible de la divinité accable les sens de notre

albus refulsit, ita in oculis tuæ mentis divinarum lectionum sensus albescit. Inde apparet Moyses et Elias, hoc est lex et propheta in verbo. Neque enim lex potest esse sine verbo, nec propheta, nisi qui de Dei Filio prophetavit.

Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant somno. Et evigilantes, viderunt majestatem ejus, et duos viros qui stabant cum illo. Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Jesum : Præceptor, bonum est nos hic esse : et faciamus tria tabernacula, unum tibi, et unum Moysi, et unum Eliæ, nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes, et obumbravit eos, et timuerunt intransibibus illis in nubem. Et vox facta est de nube, dicens : Hic est Filius

meus dilectus, ipsum audite. Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt, et nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his quæ viderant.

THEOPH. Christo vacante orationi, Petrus somno deprimitur : infirmus enim erat, et quod humanum erat implevit : unde dicitur : Petrus vero, et qui cum illo erant, gravati erant somno : excitati autem gloriam ejus cernunt, et duos viros cum eo : unde sequitur : Et evigilantes viderunt majestatem ejus, et duos viros qui stabant cum illo. CHRYS. (hom. 57, in Matth.). Vel somnum vocat ingestum eis nimium stuporem ex illa visione : neque enim nocturnum tempus erat, sed lucis excellentia gravabat oculorum debilitatem. AMB. Premit

corps; car si les yeux de notre corps ne peuvent ici-bas soutenir l'éclat des rayons du soleil, comment les membres corruptibles de l'homme pourraient-ils contempler la gloire de Dieu? Peut-être encore étaient-ils appesantis par le sommeil, afin de voir une image de la résurrection qui suit le sommeil. Ils virent donc sa majesté en se réveillant, car nul ne voit la gloire du Christ s'il ne veille. Pierre fut transporté de joie, et celui que n'auraient point séduit les délices du siècle fut séduit par la gloire de la résurrection; d'où il suit : « Comme ils se séparaient, etc. » — S. CYR. — Peut-être saint Pierre pensait-il que le temps du royaume de Dieu approchait, et c'est pourquoi il veut demeurer sur la montagne. — S. JEAN DAMASC. — O Pierre, il n'est pas bon pour vous que le Christ reste ici; car, s'il fût resté, la promesse qu'il vous avait faite n'aurait point eu son accomplissement, vous n'auriez pas reçu les clefs du royaume, et l'empire de la mort n'eût pas été aboli. Ne cherchez point la félicité avant le temps, comme Adam cherchant à devenir semblable à Dieu. Un jour viendra où vous contemplez sans cesse ce visage, et où vous habiterez avec celui qui est la lumière et la vie.

S. AMB. — Cependant Pierre, toujours prompt non-seulement dans son amour, mais aussi dans son dévouement, promet, pour tous un même empressement, et, laborieux ouvrier, il veut construire trois tentes; car il suit : « Faisons trois tentes, une pour vous, etc. » — S. JEAN DAMASC. — Le Seigneur ne vous a point fait constructeur de tentes, mais de l'Église universelle; vos paroles, vos disciples, vos brebis, ont réalisé votre désir en construisant un tabernacle pour le

enim incomprehensibilis splendor Divinitatis nostri corporis sensus : nam si solis radium e regione oculorum contuentium corpora nequit acies continere, quomodo Dei gloriam humanorum ferret corruptela membrorum? Et fortasse ideo gravati somno erant, ut resurrectionis viderent speciem post quietem. Itaque vigilantes viderunt majestatem ejus : nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi. Delectatus est Petrus, et quem seculi hujus illecebrosa non caperent, gloria resurrectionis illexit : unde sequitur : Et factum est cum discederent, etc. CYRIL. (ubi sup.). Æstimabat enim forsans divinus Petrus imminere tempus regni Dei, et ideo approbat montis incolatum. DAMAS. (orat. de Transfig., ut sup.). Non est autem bonum, Petre, tibi quod Christus ibi moreretur ; quoniam si ibi mansisset, nequa-

quam tibi facta promissio consequeretur effectum ; neque enim claves obtinuisses regni, nec mortis tyrannis abolita esset. Non quæras ante tempus felicia, ut Adam deificationem. Erit quando hunc aspectum indesinenter percipies, et cohabitabis illi qui lux est et vita.

AMB. Petrus autem, non solum affectu, sed etiam factorum devotione præstantior, ad ædificanda tabernacula tria impiger operarius communis obsequii ministerium pollicetur : sequitur enim : Et faciamus tria tabernacula, unum tibi, etc. DAMAS. (ut sup.). Non autem te Dominus tabernaculorum, sed universalis Ecclesiæ constructorem constituit : verba tua, tui discipuli, oves tuæ, mandaverunt effectui, Christo tabernaculum construentes, necnon et servis ejus. Hoc autem, non ex intentione Petrus

Christ et pour ceux qui le servent. Pierre ne parlait pas ainsi de lui-même, mais par l'inspiration de l'Esprit, qui lui révélait les choses futures; d'où il suit : « Il ne savait ce qu'il disait. » — S. CYR. — Il ne savait ce qu'il disait, car ce n'était pas encore la fin du monde, ni le temps où les saints devaient participer à l'espérance promise. Et lorsque la rédemption commençait à peine, comment le Christ se serait-il désisté de sa charité pour le monde, puisqu'il voulait souffrir pour lui? — S. JEAN DAMASC. — De plus, il fallait que le fruit de l'incarnation ne fût point restreint à ceux qui étaient sur la montagne, mais qu'il se répandît sur tous les fidèles : ce qui devait s'accomplir par la croix et la passion.—TITE.—Et encore : Pierre ignorait ce qu'il disait; en effet, il ne fallait pas faire trois tabernacles pour eux trois, car les serviteurs ne doivent point être confondus avec le Seigneur, ni les créatures égales au Créateur.— S. AMB.— D'ailleurs, la condition humaine avec sa nature corruptible ne peut faire un tabernacle à Dieu, ni dans son âme, ni dans son corps, ni dans tout autre lieu. Cependant, quoiqu'il ne sût ce qu'il disait, il proposait son zèle, et il ne lui était pas inspiré par une présomption irréfléchie, mais par un dévouement prématuré qui était le fruit de sa piété; son ignorance venait de sa condition, et sa proposition de son dévouement. — S. CHRYS. — Ou encore : il entendait dire qu'il devait mourir et ressusciter le troisième jour; alors, contemplant l'étendue de l'espace et la solitude, il jugea que ce lieu était plus sûr, et il dit : « Il nous est bon d'être ici. » De plus, il y avait là Moïse qui entra dans le nuage de Sinai, et Élie qui fit descendre le

proferebat, sed inspiratione Spiritus revelantis futura. Unde sequitur : Nesciens quid diceret. CYRIL. (ubi sup.). Nesciebat etiam quid diceret : neque enim aderat tempus finis seculi, nec participandæ a sanctis promissæ spei. Et cum jam sumerat exordium dispensatio, quo pacto Christum oportebat desistere a mundi dilectione, volentem pati pro eo? DAMAS. [ut sup.]. Decebat etiam, non solum restringere fructum incarnationis ad opus existentium in monte, sed diffundi ad omnes credentes; quod per crucem et passionem erat consummandum. TRUS Bostrens. Ignorabat etiam Petrus quid diceret; quia non oportebat tribus tria tabernacula facere : non enim connumerantur Domino famuli, nec comparantur creaturæ Creatori. AMB. Neque capit humana conditio in hoc corruptibili corpore facere tabernaculum Deo; sive in anima, sive in cor-

pore, sive in quolibet alio loco : et quamvis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur officium, cui non inconsulta petulantia, sed præmatura devotio fructus pietatis accumulabat. Nam quod ignorabat, conditionis fuit; quod promittebat, devotionis. CHRYS. (hom. 57, in Matth.). Vel aliter : audiebat quod oportebat ipsum mori, et tertia die resurgere : videbat autem multam distantiam et solitudinem : unde consideravit quod plurimam haberet locus tutelam : ob hoc dixit : Bonum est nos hic esse. Aderat quoque Moyses qui in nubem intravit (Exod., 24). Et Elias qui in monte ignem e cælo deduxit (4 Reg., 1). Evangelista ergo confusionem mentis ejus, ex qua hoc proferebat, ostendens, dixit : Nesciens quid diceret. AUG., De cons. Evang. (lib. 2, cap. 56). Quod autem hic Lucas dicit de Moyse et Elia : Et factum est dum discederent ab

feu du ciel sur la montagne (1). C'est pourquoi l'évangéliste, pour exprimer la confusion de son esprit qui le faisait parler ainsi, ajoute : « Il ne savait ce qu'il disait. » — S. AUG. — Ce que saint Luc dit de Moïse et d'Élie : « Comme ils se séparaient de Jésus, Pierre lui dit : Maître, il nous est bon d'être ici, » ne doit pas être jugé contradictoire avec saint Matthieu et saint Marc, qui font intervenir Pierre pour dire ces paroles comme si Moïse et Élie s'entretenaient encore avec le Seigneur. En effet, ils n'ont pas dit que ce fut alors, mais plutôt ils ont passé sous silence ce que dit saint Luc, que Pierre parla ainsi au Seigneur lorsque Moïse et Élie se retiraient.

THEOPH. — Pendant que Pierre disait : « Faisons trois tentes, » le Seigneur fait un tabernacle qui n'est point fait de main d'homme et y entre avec les prophètes. D'où il est ajouté : « Comme il parlait ainsi, parut une nuée qui les enveloppa, » afin de montrer qu'il n'est pas moindre que le Père ; car de même que dans l'Ancien-Testament il était dit que le Seigneur habitait dans la nuée, de même maintenant le Seigneur est enveloppé d'une nuée qui n'est pas ténébreuse, mais éclatante. — S. BAS. — Car l'obscurité de la loi avait fini, et de même que la fumée vient du feu, de même cette nuée vint de la lumière. De plus, comme la nuée est un signe de calme, le repos de la demeure future est figuré par le voile de la nuée. — S. AMB. — Cette ombre est celle de l'Esprit divin, qui n'obscurcit point les désirs des hommes, mais révèle les choses cachées. — ORIG. — Cependant les disciples, ne pouvant soutenir cette gloire, furent saisis d'une grande crainte et se prosternèrent en s'humiliant sous la main puissante de Dieu ; car ils savaient ce qui avait été dit à Moïse : « L'homme qui verra ma face ne

(1) Lorsqu'on venait pour le prendre.

illo, ait Petrus ad Jesum : Præceptor, bonum est nos hic esse ; non debet putari contrarium ei quod Matthæus et Marcus ita conjunxerunt Petrum hæc suggestisse, quasi adhuc Moyses et Elias cum Domino loquerentur : non enim expresserunt quod tunc, sed tacerunt potius quod iste addidit, illis discedentibus hoc Petrum Domino suggestisse.

THEOPH. Petro autem dicente : Faciamus tria tabernacula, Dominus tabernaculum non manu factum fabricat, et in illud ingreditur cum prophetis. Unde subditur : Hæc autem illo loquente, facta est nubes, et obumbravit eos, ut ostenderetur quod

non minor est Pater ; sicut enim in veteri Testamento in nube habitare Dominus dicebatur, sic et nunc nubes suscepit Dominum, non caliginosa, sed lucida. BASIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Nam obscuritas legis transierat : sicut enim fumus ab igne, sic nubes a luce causata est : verum quia nebula signum tranquillitatis est, quies futuræ mansionis ostenditur per nubis operimentum. AMB. Divini enim Spiritus est obumbratio ista, quæ non caligat affectibus hominum, sed revelat occulta. ORIG. (trac. 3, in *Matth.*). Hanc autem gloriam discipuli sufferre nequentes, procubuerunt humiliati sub potenti dextera Dei nimium

vivra point ; » d'où il suit : « Ils furent saisis de frayeur en les voyant entrer dans la nuée. »

S. AMB. — Remarquez que cette nuée n'est pas formée par les noires vapeurs de l'air et ne couvre point le ciel de l'horreur des ténèbres ; mais, nuée lumineuse, au lieu de nous inonder de la pluie des eaux, elle répand la rosée de la foi et arrose les âmes des hommes à la voix du Dieu tout puissant. Car il suit : « Une voix se fit entendre de la nuée : Celui-ci est mon Fils bien aimé ; » ce n'est point Élie qui est ce *fils*, ce n'est point Moïse qui est ce *fils*, mais celui-là est mon *Fils* que vous voyez seul. — S. CYR. — Comment donc pourrait-on croire que celui qui est véritablement le fils soit fait ou créé lorsque Dieu le Père tonna du haut du ciel : « Celui-ci est mon Fils ? » Comme s'il disait : Non un des fils, mais celui qui est mon Fils véritablement et par nature, à la ressemblance duquel les autres sont adoptés. Aussi il commande de lui obéir, quand il ajoute : « Écoutez-le ; » et plus qu'à Moïse et à Élie, parce que le Christ est la fin de la loi et des prophètes ; d'où l'évangéliste ajoute d'une manière significative : « Pendant qu'on entendait cette voix, Jésus se trouva seul. » — THÉOPH. — Afin que personne ne pensât que cette parole : « Celui-ci est mon Fils bien aimé, » avait été dite de Moïse ou d'Élie. — S. AMB. — Ils se retirèrent donc aussitôt que le Seigneur commença à être désigné. On en voit trois au commencement, un seul à la fin, car ils sont un à cause de la perfection de la foi. Aussi, ils sont reçus pour ainsi dire dans le corps de Jésus, parce que nous aussi nous serons un dans le Christ Jésus ; ou encore : parce que la loi et les prophètes viennent du Verbe. — THÉOPH. — Ainsi

timentes ; cum scirent quod dictum fuit Moysi (Exod., 33) : Non videbit homo faciem meam, et vivet ; unde sequitur : Et timuerunt intransibus illis in nubem.

AMB. Cognosce autem nubem istam non coacti aeris caligine piceam, et quæ coelum tenebrarum horrore subtexit, sed lucidam nubem quæ nos non pluvialibus aquis immadidet, sed de qua mentes hominum in voce Dei omnipotentis emissâ fidei ros rigavit ; sequitur enim : Et vox facta est de nube dicens : Hic est Filius meus dilectus : non Elias filius, non Moyses filius, sed hic est filius quem solum videtis. CYRIL. (ubi sup., et in *Thesouro*, lib. 12, cap. 14). Qualiter ergo oporteret eum qui revera filius est, factum vel creatum existimare, Deo Patre desuper intonante : Hic est Filius meus ? quasi diceret : Non unus ex filiis,

sed qui vere et naturaliter est Filius ; ad cujus exemplar alii sunt adoptivi. Illi ergo jussit obedire cum subdit : Ipsum audite : et magis quam ad Moysen et Eliam ; quia Christus est finis legis et prophetarum : unde signanter Evangelista subdit : Et dum fieret vox, inventus est Jesus solus. THÉOPH. Ne scilicet putaret aliquis hoc quod dictum est : Hic est Filius meus dilectus, de Moysen vel Elia fuisse prolatum. AMB. Recesserunt ergo illi ubi cœperat Dominus designari : tres etiam in principio videntur, unus in fine : perfecta enim fide unum sunt. Ergo et illi quasi recipiuntur in Christi corpus ; quia et nos unum erimus in Christo Jesu ; aut fortasse, quia lex et prophetæ ex verbo. THÉOPH. Quæ autem ex verbo cœperunt in verbo desinant ; per hoc enim innuit quod usque ad tempus aliquod lex et pro-

ce qui a commencé par le Verbe se termine dans le Verbe. Ceci nous insinue que la foi et les prophètes n'étaient que pour un temps, comme Moïse et Élie, et qu'ensuite ils disparaîtront pour laisser Jésus seul; car maintenant les choses de la loi sont passées et l'Évangile reste. — BÈDE. — Remarquez que le mystère de la trinité se révèle tout entier sur la montagne où le Seigneur est glorifié, comme il s'était révélé à son baptême dans le Jourdain, parce que nous verrons sa gloire dans la résurrection après l'avoir confessée dans le baptême. Et ce n'est pas en vain que l'Esprit-Saint apparaît ici dans une nuée brillante, tandis qu'au baptême il apparut sous la forme d'une colombe; car celui qui maintenant garde, dans la simplicité du cœur, la foi qu'il a reçue, contempera alors, dans la lumière d'une claire vision, les choses qu'il aura crues.

ORIG. — Cependant le Seigneur ne veut point qu'on parle de ses glorieuses manifestations avant sa passion; d'où il suit: « Ils gardèrent le silence, etc. » Car on eût été scandalisé (surtout le vulgaire) de voir crucifier celui qui avait été ainsi glorifié. — S. JEAN DAMASC. — De plus, le Seigneur leur fit cette recommandation parce qu'il savait les disciples imparfaits; comme ils n'avaient pas encore reçu la plénitude de l'Esprit, il craignait de jeter le trouble et la tristesse dans le cœur de ceux qui n'avaient pas vu sa gloire et d'exciter la fureur envieuse du traître.

Le lendemain, lorsqu'ils descendaient de la montagne, une grande troupe de peuple vint au devant d'eux. Et un homme s'écria parmi la foule, et dit : Maître, regardez mon fils en pitié, je vous en supplie, car je n'ai que ce

phetæ apparerent, sicut hic Moyses et Elias; postmodum autem solus Jesus illis recedentibus: nam nunc Evangelium manet transactis legalibus. BÈD. Et nota, sicut Domino in Jordane baptizato, sic etiam in monte glorificato, totius Trinitatis mysterium declarari; quia gloriam illius quam in baptizate confitemur, in resurrectione videbimus. Nec frustra Spiritus Sanctus hio in lucida nube; illic apparet in columba; quia qui nunc simplici corde fidem quam percipit, servat, tunc luce apertæ visionis ea quæ crediderat, contemplabitur.

ORIG. [in *Cat. græc. Patr.*, et tract. 3, ut jam sup.]. Non vult autem Jesus dici quæ ipsius spectant ad gloriam ante suam passionem: unde sequitur: Et ipsi tacuerunt, etc., offensi enim fuissent (et præci-

pue vulgus), si vidissent crucifigi eum, qui sic fuerat glorificatus. DAMAS. (orat. *de Transfigur.*, ut sup.). Hoc etiam præcipit Dominus, sciens discipulos imperfectos, qui nondum sortiti erant plenam Spiritus participationem; ne corda aliorum qui non viderant, subverterentur tristitia, et ne proditor incitaretur ad invidiæ rabiem.

Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit illis turba multa. Et ecce vir de turba exclamavit dicens: Magister, obsecro te, respice in filium meum; quia unicus est mihi: et ecce spiritus apprehendit eum, et subito clamat, et elidit, et dissipat eum cum spuma, et vix discedit dilanians eum. Et rogavi discipulos tuos ut ejicerent illum; et non potuerunt.

seul enfant. L'esprit malin se saisit de lui, et lui fait tout d'un coup jeter de grands cris, il le renverse par terre, il l'agite par de violentes convulsions en le faisant écumer, et à peine le quitte-t-il après l'avoir tout déchiré. J'avais prié vos disciples de le chasser, mais ils n'ont pu. Alors Jésus, prenant la parole, dit : O race incrédule et dépravée, jusqu'à quand serai-je avec vous, et vous souffrirai-je ? Amenez ici votre fils. Et comme l'enfant s'approchait, le démon le jeta par terre, et l'agita par de grandes convulsions. Mais Jésus, ayant parlé avec menaces à l'esprit impur, guérit l'enfant et le rendit à son père. Tous furent étonnés de la grande puissance de Dieu.

BÈDE. — Chaque chose a son lieu : sur la montagne le Seigneur prie, se transfigure et découvre à ses disciples les profondeurs de sa majesté. Lorsqu'il descend dans la plaine, les foules accourent à lui ; d'où il suit : « Le lendemain, lorsqu'ils descendaient de la montagne, la foule accourut à eux, etc. » Sur la montagne il fait entendre la voix du Père ; dans la plaine il chasse les mauvais esprits ; d'où il suit : « Un homme de la foule s'écrie et dit : Maître, je vous supplie, regardez mon fils, etc. » — **TIRE.** — J'admire la sagesse de cet homme ; il ne dit pas au Sauveur : « Faites ceci ou cela, » mais « regardez ; » car cela suffit pour guérir. C'est dans ce sens que le prophète disait : « Regardez-moi et prenez pitié de moi. » Il dit *mon fils* pour motiver la hardiesse qu'il avait de crier seul au milieu de la multitude. Il ajoute : « C'est mon unique ; » comme s'il disait : Je n'ai que lui pour soutien de ma vieillesse. Ensuite pour émouvoir sa compassion, il explique son mal en disant : « L'esprit se saisit de lui, etc. » Enfin il semble accuser les disciples, mais c'est plutôt pour mieux excuser sa hardiesse qu'il dit : « J'ai prié vos disciples de le chasser, mais ils n'ont pu ; » comme s'il disait : Ne

Respondens autem Jesus, dixit : O generatio infidelis et perversa, usquequo ero apud vos, et patiar vos ? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit illum dæmonium, et dissipavit. Et increpavit Jesus spiritum immundum, et sanavit puerum, et reddidit illum patri ejus. Stupebant autem omnes in magnitudine Dei.

BED. Loca rebus congruunt : in monte orat Dominus, transformatur, discipulis arcana suæ majestatis aperit. In inferiora descendens, turbæ occursum excipitur : unde dicitur : Factum est autem in sequenti die, descendentibus illis de monte occurrit illis turba, etc. Sursum patris vocem pandit, deorsum spiritus malos expedit. Unde sequitur : Et ecce vir de turba exclamavit,

dicens : Magister, obsecro te, respice in filium meum, etc. **TIRUS** Bostrens. Videtur mihi sapiens quidem hic esse : non enim dixit Salvatori : Fac hoc, vel illud, sed, respice : hoc enim sufficit ad salutem ; sicut Propheta dicebat : Respice in me, et miserere mei : et dixit, in filium meum, ut rationabilem demonstret inverecundiam quod solus in multitudine clamat. Addit : Quia unicus est mihi : quasi dicat : Nullus alius expectatur futurus remedium senectutis. Consequenter explicat passionem, ut audientem moveat ad pietatem, dicens : Et ecce spiritus apprehendit eum, etc. Deinde videtur criminari discipulos ; sed magis respondet quod juste verecundiam deposuerit dicens : Et rogavi discipulos tuos ut ejicerent illud, et non potuerunt : quasi diceret : Non putes

pensez pas que je sois venu à vous légèrement ; votre dignité est imposante et je ne vous ai pas importuné d'abord ; j'ai commencé par aller à vos disciples, maintenant qu'ils ne l'ont pas guéri, je suis forcé de venir à vous. Aussi le Seigneur, au lieu de réprimander cet homme, s'adresse à cette génération incrédule ; car il suit : « Jésus, prenant la parole, dit : O race infidèle, etc. »

S. CHRYS. — Cependant l'Écriture des Évangiles nous montre en plusieurs manières que cet homme avait une foi faible ; ainsi il dit : « Aidez mon incrédulité ; » et encore : « Si vous pouvez ; » et le Christ lui-même lui dit : « Tout est possible à celui qui croit. » — S. CYR. — C'est pourquoi j'incline à croire que c'est le père du possédé qui est jugé incrédule, pour avoir attaqué les saints apôtres en disant qu'ils ne pouvaient commander aux démons ; il aurait dû plutôt honorer Dieu et demander sa grâce, car il exauce ceux qui l'honorent. Or, celui qui dit que l'autorité sur les esprits mauvais est impuissante dans ceux qui l'ont reçue du Christ, celui-là attaque la grâce elle-même plutôt que ceux qui en ont reçu l'éclat et par lesquels le Christ opère. Aussi le Christ est-il offensé quand on accuse ceux auxquels il a confié la prédication de la sainte parole ; et c'est pour cela que le Seigneur réprimande cet homme et ceux qui lui ressemblent en disant : « Génération infidèle et pervertie. » Comme s'il disait : C'est à cause de votre infidélité que la grâce n'a pas produit son effet.

S. CHRYS. — Cependant il ne s'adresse pas à lui seulement, mais à tous les Juifs, de peur de le faire hésiter, car un grand nombre devaient se scandaliser. — S. THÉOPH. — En disant *perversie*, montre

quod leviter ad te pervenerim : stupenda est dignitas tua, nec statim te molestavi ; ad discipulos tuos accessi primo : nunc qui non curaverunt, cogor proficisci ad te. Unde et Dominus, non ipsum, sed genus incredulum increpat. Sequitur enim : Respondens autem Jesus, dixit : O generatio infidelis, etc.

CHRYS. (hom. 58, in Matth.). Sed hunc hominem multum infirmari in fide evangeliorum Scriptura ostendit ex pluribus : ex eo scilicet quod dixit (Marc, 9, vers. 23) : Adjuva incredulitatem meam ; et (vers. 21) : Si quid potes ; et ex eo quod Christus dixit (vers. 22) : Credenti omnia possible sunt. CYRIL. (ubi supra). Unde melius puto incredulum reputatum dæmoniaci patrem, quod et sacros apostolos objurgavit, dicens eos non posse imperare dæmonibus ; potius au-

tem erat honorando Deum ab eo petere gratiam ; annuit enim venerantibus. Qui autem dicit debilitari erga virtutem quæ est in spiritus malignos, eos qui a Christo adepti sunt potestatem ejiciendi eos, gratiam magis calumniatur quam fulgentes ea (gratia) in quibus Christus operatur. Unde offenditur Christus accusatis sanctis, quibus est commissum verbum prædicationum sacrarum : propter quod Dominus increpat eum et concredes ei, dicens : O generatio infidelis et perversa ! Quasi diceret : Causa tuæ infidelitatis, gratia effectum sortita non est.

CHRYS. (hom. 58, in Matth.). Non autem dirigit sermonem ad eum tantum, sed ad omnes Judæos, ne faciat cum hæsitare ; oportebat enim scandalizari quam plures. THÉOPH. Quod autem dixit perversa, demonstrat quod, non a principio neque na-

qu'ils n'étaient pas mauvais dès le principe et par nature ; car, étant fils d'Abraham, ils étaient droits par nature, mais ils s'étaient pervertis par malice. — S. CYR. — Ils ne suivaient donc point la voie droite. Or, le Christ dédaigne d'habiter avec ceux qui sont ainsi disposés ; d'où il suit : « Jusqu'à quand serai-je avec vous, et vous souffrirai-je ? » Comme supportant avec peine leur conversation à cause de leur dépravation. — S. CHRYS. — De plus, il montre, par ces paroles, qu'il désirait sa fin, et qu'il redoutait plus leur conversation que le gibet de la croix. — BÈDE. — Ce n'est point que celui qui était miséricordieux et doux fût dominé par l'aigreur ; il était comme un médecin qui, voyant un malade agir contre ses prescriptions, dirait : *Jusqu'à quand viendrai-je dans votre maison, et ferez-vous le contraire de ce que j'ordonne ?* Il est si vrai qu'il n'est pas irrité contre cet homme, mais contre son vice, qu'il ajoute aussitôt : « Amenez ici votre fils. »

TITE. — Il aurait pu le guérir par sa seule parole, mais il constate son infirmité en l'exposant aux regards de ceux qui étaient présents. Aussitôt que le démon sentit le Seigneur, il agita l'enfant ; d'où il suit : « Comme l'enfant s'approchait, le démon le jeta par terre et l'agita ! » afin que son infirmité fût constatée avant sa guérison. — S. CHRYS. — Cependant le Seigneur n'agit point ainsi par ostentation, mais à cause du père, afin qu'après avoir vu le démon troublé par sa seule parole, il fût ainsi amené à la foi du miracle qui allait être opéré ; d'où il suit : « Jésus menaça l'esprit impur, guérit l'enfant, et le rendit à son père. » — S. CYR. — Jusque-là il n'appartenait point à son père, mais au dé-

turaliter inerat eis malitia ; quia natura quidem erant recti, semen Abrahæ existentes, sed per malitiam erant perversi. CYRIL. (ubi supra). Quasi nescientes procedere rectis incessibus. Cum eis autem qui sic sunt dispositi Christus commorari dedignatur. Unde dicit : Usquequo ero apud vos et patiar vos ? Ferens quasi moleste eorum conversationem propter pravitatem ipsorum. CHRYS. (ut sup.). Per hoc etiam ostendit desideratum sibi esse suum recessum ; et quod non erat grave crucis patibulum, sed magis ipsorum conversatio. BÈD. Non quod tædio superatus sit mansuetus et mitis ; sed in similitudinem medici si ægrotum videat contra sua præcepta se gerere dicat : Usquequo accedam ad domum tuam, me aliud jubente, te aliud faciente ? In tantum autem non est

iratus homini, sed vitio, ut statim intulerit : Adduc huc filium tuum.

TITUS Bostrens. Poterat quidem solo jussu eum liberare, sed pro palat ipsius passionem, subjiciens infirmum præsentium visioni. Deinde dæmonium postquam Dominum sensit, concutit puerum. Unde sequitur : Et cum accederet, elisit illum dæmonium et dissipavit ; ut sic prius exprimeretur passio, deinde adhibeatur remedium. CHRYS. (ut sup.). Non tamen Dominus ad ostentationem facit, sed causa patris, ut cum viderit dæmonium conturbari propter solam vocationem, sic saltem inducatur ad fidem futuri miraculi de quo sequitur : Et increpavit Jesus spiritum immundum, et sanavit puerum, et reddidit illum patri ejus. CYRIL. (ubi supra). Antea

mon qui le possédait. L'évangéliste ajoute que le peuple était dans la stupeur à la vue de la puissance de Dieu, en disant : « Tous étaient dans la stupeur en voyant la puissance de Dieu. » Il parle ainsi à cause du don du Christ qui a conféré aux saints apôtres la puissance d'opérer des miracles divins et de commander aux démons.

BÈDE. — Mystiquement, le Seigneur monte chaque jour avec les uns en les élevant plus haut selon le degré de leurs mérites, et en glorifiant les parfaits dont la conversation est dans les cieux ; il les instruit des choses éternelles, et leur enseigne des choses qui ne peuvent être entendues de la foule ; il descend avec les autres, qui sont terrestres et ignorants, pour les fortifier, les instruire et les châtier. Saint Matthieu dit que ce possédé était *lunatique*, et saint Marc, qu'il était *sourd et muet*. Il figure ainsi ceux qui changent comme la lune, tantôt croissant, tantôt décroissant à cause de leurs vices ; ceux qui ne confessant pas la foi sont muets, et ceux qui n'écoutant pas la parole de la foi sont sourds. L'enfant est agité lorsqu'il s'approche du Seigneur, parce que souvent ceux qui se convertissent au Seigneur sont plus tourmentés par le démon qui cherche à leur inspirer la haine de la vertu, ou à venger l'injure de son expulsion ; c'est ainsi qu'au commencement de l'Eglise, il lui suscita autant de combats qu'il eut à souffrir de coups portés à son royaume. Le Seigneur ne menace point l'enfant qui souffrait cette violence, mais le démon qui la produisait, parce que celui qui veut corriger un pécheur doit poursuivre le vice de ses imprécations et de sa haine, mais encourager avec amour l'homme pécheur, jusqu'à ce qu'après l'avoir guéri il puisse le rendre aux pères spirituels de l'Eglise.

autem non erat patris, sed dæmonis occupantis. Subdit autem Evangelista stupere plebem in magnaliis Dei, dicens : Stupebant autem omnes in magnitudine Dei : quod dicit propter donum Christi, qui sacris quoque apostolis contulit potestatem agendi divina miracula et imperandi dæmonibus.

BEDA. Mystice autem pro qualitate meritum quotidie aliis ascendit Dominus, dum perfectos, quorum conversatio in cœlis est sublimius extollendo glorificat, et de æternis instruit, et docet quæ a turbis audiri non valent : aliis autem descendit, dum terrenos et insipientes confortat, docet et castigat. Hunc autem dæmoniacum Matthæus lunaticum (cap. 17), Marcus surdum et mutum (cap. 9) describit. Significat enim

illos qui ut luna mutantur (*Ecccl.*, 27, v. 12) per diversa vitia crescentes et decrescentes ; qui muti sunt, non confitendo fidem ; et surdi nec ipsum fidei audiendo sermonem. Dum puer autem ad Dominum accedit, eliditur ; quia conversi ad Dominum plerumque a dæmonio gravius pulsantur ut vel odium virtutis incutiat vel expulsionis suæ vindicet injuriam, sicut Ecclesiæ primordiis tot gravissima intulit certamina, quot suo regno doluit subito illata dispensanda. Non puerum autem qui vim patiebatur, sed dæmonium qui inferebat, increpat ; quia qui peccantem emendare desiderat, vitium arguendo et odiendo depellere ; sed hominem debet amando refovere, donec sanatum spiritualibus Ecclesiæ possit reddere Patribus.

Et lorsqu'ils étaient dans l'admiration de tout ce que faisait Jésus, il dit à ses disciples : Mettez bien dans votre cœur ce que je m'en vais vous dire : le Fils de l'homme doit être livré entre les mains des hommes. Mais ils n'entendaient point ce langage ; il leur était tellement caché qu'ils n'y comprenaient rien, et ils appréhendaient même de l'interroger sur ce sujet.

S. CYR. — Tout ce que faisait Jésus était admirable pour tous ; car, dans chacune de ses œuvres, il y avait comme un rayon surnaturel et divin, selon cette parole : « Vous mettrez sur lui la gloire et la splendeur. » Cependant, quoique tous admirassent ses œuvres, il ne dit point à tous les choses qui suivent, mais seulement à ses disciples ; d'où il est dit : « Comme tout le monde était dans l'admiration, etc. » Il avait montré sa gloire aux disciples sur la montagne, ensuite il avait délivré un possédé ; mais il lui fallait souffrir la passion pour notre salut ; or, les disciples auraient pu être troublés, et se dire : « Nous étions-nous trompés en croyant qu'il était Dieu ? » Afin donc qu'ils connussent ce qui devait lui arriver, il leur commande de garder comme un dépôt le mystère de la passion dans leur âme, en disant : « Et vous placez bien dans vos cœurs. » Il dit *vous*, pour les distinguer des autres, car le vulgaire ne devait pas savoir qu'il souffrirait ; mais, pour n'être point scandalisé, il devait plutôt être assuré qu'il ressusciterait triomphant de la mort. — TITE. — Ainsi, pendant que tous admiraient ses miracles, lui-même prédit sa passion ; parce que ce ne sont point les miracles qui sauvent, mais c'est la croix qui est la source des bienfaits ;

Omnibusque mirantibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos : Ponite vos in cordibus vestris sermones istos : Filius enim hominis futurum est ut tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, et erat velutum ante eos, ut non sentirent illud ; et timebant eum interrogare de hoc verbo.

CYRIL. (ubi supra). Omnia quæcunque operabatur Jesus, admiratione digna penes omnes erant : irradiabat enim quiddam præcipuum et divinum in qualibet operatione ipsius ; secundum illud [Psal. 20] . Gloriam et decorem superpones ei. Etsi omnes quidem mirarentur in his quæ faciebat, ipse tamen hæc quæ sequuntur, non omnibus, sed discipulis retulit. Unde dicitur : Omnibusque mirantibus, etc. Ostende-

rat in monte discipulis gloriam suam, et post hoc liberaverat quemdam a spiritu nequam ; sed oportebat eum sustinere passionem pro nobis salutarem. Poterant autem discipuli conturbari dicentes : Nunquid decepti sumus dum Deum esse arbitraremur ? Ut ergo scirent quid circa ipsum futurum erat, velut quoddam depositum jubet eos in mente habere passionis mysterium dicens : Ponite vos in cordibus vestris. Quod dicit, vos, distinguit eos ab aliis : neque enim oportebat vulgares scire quoniam passurus esset, sed erant potius certificandi quoniam mortuus resurgeret destruens mortem, ne scandalizarentur. TIT. Bostrens. Cunctis igitur admirantibus signa ipse prænuntiat passionem : non enim signa salvant, sed crux beneficia præstat. Unde subdit : Filius enim hominis futurum

d'où il ajoute : « Le Fils de l'homme sera livré aux mains des hommes. » — S. ORIG. — Il ne dit point manifestement qui doit le trahir; les uns disent qu'il sera livré par Judas; d'autres, par le diable; saint Paul, au contraire, dit que Dieu le Père l'a livré pour nous tous; en effet, Judas le trahit malicieusement et le livra pour de l'argent, mais c'est le Père qui fut cause du bienfait de la rédemption.

THÉOPH. — Cependant le Seigneur condescendant à leur infirmité, et, les gouvernant providentiellement, ne permit point qu'ils comprissent ce qu'il avait dit de sa croix; d'où il suit : « Mais ils ignoraient, etc. » — BÈDE. — Cette ignorance des disciples vient moins de leur lenteur d'esprit que de leur amour; étant encore charnels et ignorant les mystères de la croix, ils ne purent penser que celui qu'ils avaient cru Dieu mourrait. Et comme ils l'avaient souvent entendu parler par figures, ils croyaient qu'en parlant de sa propre trahison il voulait exprimer figurativement quelque autre chose. — S. CYR. — Quelqu'un dira peut-être : Comment les disciples ignorèrent-ils le mystère de la croix, puisque l'ombre de la loi y faisait allusion en plusieurs endroits? Mais, comme saint Paul le rapporte, quand on lisait Moïse, ils avaient jusqu'à ce jour un voile sur le cœur. Ceux donc qui s'approchent du Christ doivent dire : « Éclairez mes yeux, afin que je contemple les merveilles de votre loi. » — THÉOPH. — Voyez enfin le respect des apôtres dans ce qui suit : « Ils craignaient de l'interroger sur cette parole; » car la crainte est le premier degré du respect.

est ut tradatur in manus hominum. ORIG. (tract. 4, in *Matth.*). Non autem exprimit manifesto a quo tradendus sit : aliquis enim dicit eum tradendum a Juda, aliquis a diabolo ; Paulus autem dicit (*ad Rom.*, 8) quod Deus Pater pro nobis omnibus tradidit eum : sed Judas tanquam pro pecunia tradens eum hostiliter prodidit ; sed Pater beneficii causa.

THEOPHYLACT. Eorum autem infirmitati Dominus condescendens, et eos disciplina quadam gubernans, quod de cruce dictum est, intelligere non permisit. Unde sequitur : At illi ignorabant, etc. BÈDE. Hæc ignorantia discipulorum, non tam de tarditate quam de amore nascitur ; qui carnales adhuc et mysterii crucis ignari, quem Deum

verum crediderunt, moriturum credere nequiverunt. Et quia per figuras eum sæpe loquentem audire solebant, etiam quæ de sua traditione loquebatur, figurative eum aliud significare putabant. CYRIL. (ut supra). Dicit autem aliquis forsitan : Qualiter ignoraverunt discipuli crucis Christi mysterium, cum per umbram legis in pluribus locis tangeretur? Sed ut Paulus commemorat (*2 Corinth.*, 3), usque ad hodiernum diem, quando legitur Moyses, velamen adjacet cordium. Expediit ergo accedentes ad Christum dicere : Detege oculos meos, et contemplantor mirabilia de lege tua. THEOPH. Vide etiam discipulorum reverentiam in hoc quod sequitur : Et timebant interrogare eum de hoc verbo : nam timor gradus est reverentiæ.

Il leur vint aussi une pensée dans l'esprit, lequel d'entre eux était le plus grand. Mais Jésus, voyant les pensées de leur cœur, prit un enfant, et le mettant près de lui, il leur dit : Quiconque reçoit cet enfant en mon nom, me reçoit, et quiconque me reçoit, reçoit celui qui m'a envoyé; car celui qui est le plus petit parmi vous tous est le plus grand. Alors Jean, prenant la parole, lui dit : Maître, nous avons vu un homme qui chasse les démons en votre nom, mais nous l'en avons empêché, parce qu'il ne vous suit pas avec nous. Et Jésus lui dit : Ne l'en empêchez point, car celui qui n'est pas contre vous est pour vous.

S. CYR. — Le démon dresse des embûches de plusieurs manières à ceux qui s'attachent à bien vivre ; lorsqu'il peut séduire une âme par les plaisirs charnels, il excite l'amour des voluptés ; si on échappe à ce piège, il soulève la passion du désir de la gloire et cette passion de la vaine gloire envahit quelques-uns des apôtres ; d'où il est dit : « Il leur vint en pensée lequel d'entre eux était le plus grand. » Or, avoir cette pensée, c'est désirer être plus grand que les autres. Cependant il n'est pas probable que tous les disciples aient éprouvé cette envie ; c'est pourquoi l'évangéliste, afin de ne paraître point accuser quelqu'un des apôtres, dit d'une manière indéterminée que : « Cette pensée leur vint. » — THÉOPH. — Il paraît que cette pensée leur vint de ce qu'ils n'avaient pu guérir le possédé, et que s'entretenant à ce sujet l'un aurait dit : Ce n'est pas à cause de mon impuissance qu'il n'a pas été guéri, mais à cause de celle d'un autre ; et de là vint cette dispute sur celui d'entre eux qui était le plus grand. — BÈDE. — Peut-être encore, ayant vu Pierre, Jacques et Jean pris à part sur la montagne et les clefs du royaume des cieux promises à Pierre, pensèrent-ils que ces

Introvit autem cogitatio in eos, quis eorum major esset. At Jesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, et stavit illum secus se, et ait illis : Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit ; et quicumque me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic major est. Respondens autem Joannes, dixit : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, et prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum. Et ait ad illos Jesus : Nolite prohibere : qui enim non est adversum vos, pro vobis est.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Insidiatur diabolus multimode diligentibus optimam vitam ; et siquidem per carnales illecebras

obsidere valeat alicujus mentem, affectus voluptatum exacuit ; si quis autem hos effugerit laqueos, cupidinis gloriæ suscitât passionem, quæ quidem passio vanæ gloriæ invasit quemdam apostolorum ejus : unde dicitur : Intravit autem cogitatio in eos, quis eorum esset major : hoc enim cogitare est cupientis cæteris superiorem esse. Improbabile autem puto omnes discipulos hanc ægritudinem incurrisse ; et ideo ne crimen aliquod contra aliquem discipulorum Evangelista machinari videretur, exprimit indeterminatè dicens quod intravit in eos cogitatio. THEOPH. Videtur autem hanc passionem ex hoc ortam fuisse, quod dæmoniacum curare non valuerunt : eis de hoc altercantibus, uno dicente quod non propter meam impotentiam, sed alterius

trois étaient préférés aux autres ou que Pierre était préféré à tous. Ou encore, parce que Pierre avait été égalé au Seigneur lui-même dans l'acquit du tribut, ils pensaient qu'il serait préféré aux autres. Cependant le lecteur attentif trouvera cette question agitée entre eux même avant le paiement du didrachme. D'ailleurs saint Matthieu rapporte ce fait comme s'étant passé à Capharnaüm; saint Marc dit aussi : « Ils vinrent à Capharnaüm. Lorsqu'ils furent dans la maison, il leur demanda : Que traitiez-vous en chemin? mais ils se taisaient, car ils s'étaient disputés dans le chemin pour savoir qui d'entre eux était le plus grand. » Or, le Seigneur qui veut notre salut, voyant cette pensée agiter l'esprit des disciples comme un germe d'amertume, l'arracha dans sa racine avant qu'elle se fût accrue; car, lorsque les passions commencent en nous, il est facile de les vaincre; mais lorsqu'elles sont devenues grandes, il est très difficile de les détruire; d'où il suit : « Jésus voyant leurs pensées, etc. » Que celui qui croit que Jésus n'est qu'un homme reconnaisse ici son erreur. En effet, quoique le Verbe se soit fait chair, néanmoins il est Dieu, car Dieu seul peut sonder les cœurs et les reins. Cependant il prit un enfant et le plaça devant lui pour l'instruction des apôtres et pour la nôtre. Car le mal de la vaine gloire ronge principalement ceux qui sont plus grands que les autres hommes. Mais un enfant a l'âme sincère, le cœur immaculé et vit dans la simplicité de ses pensées; il n'ambitionne point les honneurs, il ne connaît aucune espèce de prééminence, il ne craint point d'être pris pour peu, et il n'a aucune exigence dans l'esprit ni dans le cœur. Or, le Seigneur aime et embrasse ceux qui sont ainsi; il

curari non valuit; ut ex hoc accensa contentio fuerit, quis eorum major esset. BEP. Vel quia viderunt Petrum, Jacobum et Joannem, seorsum ductos in montem, et Petro claves regni cœlorum promissas fuisse: rati sunt vel ipsos tres cœteris, vel Petrum omnibus esse prælatum; vel quia in tributû solutione Petrum ipsi Domino parificatum viderant, ipsum cœteris arbitrabantur præferendum. Sed diligens lector hanc inter eos quæstionem etiam ante didrachma redditum inveniet fuisse versatam. Denique Matthæus hoc in Capharnaum memorat esse gestum (cap. 18). Dicit autem Marcus (cap. 9) : Et venerunt Capharnaum, qui cum in domo essent, interrogabat eos : Quid in via tractabatis? At illi tacebant : siquidem inter se in via disputaverant quis illorum esset major. CYRIL. (ubi sup.). Do-

minus autem qui novit salvos facere, videns in mente discipulorum super hoc cogitationem exortam, velut quamdam amaritudinis radicem, priusquam augmentum susciperet, radicitus eam evellit : cum enim inchoant passionces in nobis, facile devincuntur, sed auctæ, difficile sunt mobiles. Unde sequitur : At Jesus videns cogitationes illorum, etc. Discat qui nudum hominem putat esse Jesum, se errasse : quamvis enim Verbum caro factum sit, mansit tamen Deus : nam solius Dei est posse rimari corda et renes. Quod autem puerum assumpsit, et ponebat penes se, agebatur causa utilitatis apostolorum et nostræ. Depascitur enim inanis gloriæ morbus ut plurimum eos qui præminent in hominibus aliis. Puer autem sinceram gerit mentem, immaculatum cor, et manet in simplicitate

les place à côté de lui parce qu'ils se sont attachés aux choses qu'il aime. Car il dit : « Apprenez de moi que je suis doux et humble de cœur ; d'où il suit : « Quiconque reçoit cet enfant en mon nom me reçoit. » Comme s'il disait : Puisqu'il n'y a qu'une seule et même récompense pour ceux qui reçoivent les saints, qu'ils soient petits ou illustres d'honneur et de gloire, parce que c'est le Christ qui est reçu en eux, comment ne serait-il pas vain de se disputer la prééminence ? — BÈDE. — Dans ce passage, il enseigne simplement que ceux qui veulent être plus grands doivent recevoir les pauvres du Christ en son nom, ou bien il les exhorte à être enfants par la malice. C'est pourquoi après avoir dit : « Quiconque reçoit cet enfant, » il ajoute : « En mon nom ; » afin que nous imitions par raison et pour le nom du Christ ce modèle de la vertu qu'un enfant pratique naturellement. Mais ayant dit que recevoir un enfant c'est le recevoir, et lui-même étant né enfant pour nous, afin qu'on ne pense point qu'il voulait parler seulement de ces choses visibles, il ajoute : « Quiconque me reçoit reçoit celui qui m'a envoyé ; » il veut ainsi qu'on le croie semblable et égal à son Père. — S. AMB. — En effet, en recevant celui qui est l'image du Christ, on reçoit le Christ ; et en recevant l'image de Dieu on reçoit Dieu lui-même. Or, comme nous ne pouvions voir l'image de Dieu, elle nous est devenue présente par l'incarnation du Verbe, afin de nous réconcilier avec la divinité qui est au-dessus de nous.

S. CYR. — Il explique encore le sens des paroles précédentes, en disant : « Car celui qui est le plus petit parmi vous tous est le plus grand. » Il veut parler de celui qui est humble et qui par modestie

cogitationum ; non ambit honores, nec novit cujusvis prærogativæ modum, nec refugit videri in minus se habere, non multam gerit severitatem in mente et corde. Tales autem Dominus amplectatur et diligit, et prope se dignatur habere, quasi qui elegerunt quæ sua sunt sapere. Ait enim (Matth., 11) : Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Unde sequitur : Et ait illis : Quicumque susceperit puerum istum in nomine meo, me recipit. Quasi diceret : Quando una et eadem est merces honorantibus sanctos, sive forsitan minimus sit, sive præclarus honore et gloria, quia in eo Christus suscipitur, quomodo non vanum est petere invicem fungî prærogativa ? BÈDE. In hoc autem vel simpliciter pauperes Christi ab his qui velint esse majores pro ejus docet honore suscipiendos, vel malitia parvu-

los istos esse suadet. Unde cum diceret : Quicumque susceperit puerum istum, addit, in nomine meo ; ut scilicet formam virtutis quam natura duce puer observat, ipsi pro nomine Christi rationis industria sequantur. Sed quia et se in puero suscipi docet, et ipse puer natus est nobis, ne putaretur hoc esse solum quod videbatur, subjunxit : Et quicumque me receperit, recipit illum qui me misit : talem se utique ac tantum credi volens, qualis et quantus est Pater. AMB. Qui enim imitatore Christi recipit, Christum recipit ; et qui imaginem Dei recipit, Deum recipit. Sed quia imaginem Dei non poteramus videre, facta est nobis per incarnationem Verbi præsens, ut reconciliaretur nobis quæ supra nos est Divinitas.

CYRIL. (ubi sup.). Adhuc autem magis

n'a aucune orgueilleuse pensée de lui-même. — THEOPH. — Cependant le Seigneur ayant dit : « Le plus petit parmi vous est le plus grand, » Jean craignit que les disciples n'eussent mal fait en empêchant par leur propre pouvoir un homme qui chassait les démons ; car empêcher n'est pas un signe d'infériorité mais de supériorité. D'où il suit : « Alors Jean prenant la parole dit : Maître, nous avons vu un homme qui chassait les démons en votre nom et nous l'avons empêché ; » ils ne l'avaient pas fait par envie, mais comme discernant l'opération des miracles ; car cet homme n'avait pas reçu avec eux la puissance des miracles ; le Seigneur ne l'avait pas envoyé comme eux, et il ne suivait pas Jésus ; d'où il ajoute : « Parce qu'il ne vous suit pas avec nous. » — S. AMB. — Jean, le plus aimant, et à cause de cela le plus aimé, croit que celui qui ne suit pas le Christ doit être exclu de ses dons. — S. CHRYS. — Or, il fallait plutôt croire que cet homme n'était pas lui-même l'auteur des miracles et que la grâce qui était en lui opérait les miracles par la vertu du Christ. Pourquoi donc ceux que la grâce du Christ couronne ne sont-ils pas comptés parmi les apôtres ? Les dons du Christ sont très divers ; mais le Sauveur ayant donné aux apôtres la puissance de chasser les esprits immondes, ils pensèrent qu'eux seuls avaient le droit d'exercer ce pouvoir ; et c'est pour cela qu'ils viennent demander s'il est permis à d'autres de l'exercer.

S. AMB. — Jean n'est pas repris parce qu'il agissait par amour ; mais il est instruit à reconnaître la différence qui existe entre les faibles et les forts. Or, le Seigneur qui récompense les plus fermes n'exclut pas

insinuat præmissi verbi intentionem, dicens : Nam qui minor est inter vos omnes, hic major est : quod de modesto dicit, qui nihil de se sublime putat propter honestatem. THEOPH. Quia ergo Dominus dixerat : Qui minor est inter vos omnes, hic major est, timuit Joannes ne forte malum aliquod fecerint, propria potestate quemdam hominem prohibentes : nam prohibitio non minorem ostendit prohibentem, sed majus aliquid sapientem. Unde subditur : Respondens autem Joannes dixit : Præceptor, vidimus quemdam in nomine tuo ejicientem dæmonia, et prohibuimus eum ; non quidem invidentes, sed operationem miraculorum adjudicantes : non enim cum eis miraculorum potestatem acceperat ; neque eum Dominus miserat sicut illos ; neque Jesum in omnibus sequebatur : unde subdit : Qui non sequitur te nobiscum. AMB.

Joannes enim plurimum diligens, et ideo redamatus plurimum, excludendum putat beneficio eum qui non utatur obsequio. CYRIL. (ubi sup.). Sed oportebat magis pensare non hunc ipsum esse miraculorum auctorem, sed gratiam quæ est in eo qui in virtute Christi miracula perficit. Quid autem si non connumerantur apostolis, qui Christi gratia coronantur ? Multæ sunt differentię Christi donorum ; sed quia tradiderat Salvator potestatem apostolis ut spiritus immundos ejicerent (Matth., 10), putaverunt nulli aliorum quam sibi solis licere concessam gerere dignitatem ; et ideo accedunt sciscitantes si liceat et aliis hoc agere.

AMB. Non reprehenditur autem Joannes, quia amore faciebat ; sed docetur ut noverit infirmorum esse firmorumque distantiam. Et ideo Dominus etsi fortiores remunerat,

cependant les faibles. D'où il suit : « Jésus lui dit : Ne l'empêchez point, celui qui n'est pas contre vous est pour vous. » Oui, Seigneur; car Joseph et Nicodème, disciples cachés par crainte, ne vous refusèrent point leur office en son temps. Cependant comme vous avez dit ailleurs : « Celui qui n'est pas avec moi est contre moi, et celui qui ne recueille pas avec moi disperse, » expliquez-nous ces paroles afin qu'elles ne nous semblent pas se contredire. Je pense donc que celui qui considérera qu'il scrute les âmes ne doutera point qu'il ne discerne l'intention des actes de chacun. — S. CHRYS. — Car lorsqu'il a dit : « Celui qui n'est pas avec moi est contre moi, » il a déclaré que le démon et les Juifs étaient contre lui; et ici il déclare que celui qui chassait les démons au nom du Christ était du côté des apôtres. — S. CYR. — Comme s'il disait : Pour vous qui aimez le Christ, tous ceux qui cherchent sa gloire ont reçu le don de sa grâce.

THEOPH. — Admirez la puissance du Christ, et comme sa grâce opère par les indignes ou par ceux qui ne sont pas ses disciples; de même que les hommes sont sanctifiés par les prêtres alors même que les prêtres ne sont pas saints.

descendu du ciel, sinon celui qui est monté au ciel, le Fils de l'homme qui est dans le ciel? — THÉOPH. — Il dit qu'il *voyageait*, comme pour spécifier qu'il était venu pour nous guérir. — S. AUG. — Il vint dans la ressemblance de la chair du péché, par conséquent *auprès du péché*, pour ainsi dire, par cette ressemblance. — GREC. — Ou encore : il vint le long du chemin, car il fut véritablement voyageur, ne déviant pas, et descendant pour nous sur la terre. — S. AMB. — Étant donc venu, il se fit notre prochain en prenant notre nature, et notre voisin par le don de sa miséricorde; d'où il suit : « Le voyant, il fut ému de compassion, etc. » — S. AUG. — Il le vit gisant, sans force et sans mouvement : c'est pourquoi il fut ému de compassion; il ne trouva en lui aucun mérite qui le fit digne d'être guéri, mais lui-même condamna le péché dans la chair de péché. D'où il suit : « S'étant approché, il versa de l'huile dans ses plaies, etc. » Qu'y a-t-il, en effet, de plus éloigné, de plus séparé, que Dieu et les hommes, que l'immortel et les mortels, que le juste et les pécheurs, non qu'ils soient séparés par l'espace, mais par la différence? Or, ayant en lui-même deux biens (la justice et l'immortalité), et nous deux maux (l'injustice et la mortalité), s'il eût pris nos deux maux, il serait devenu notre égal et il aurait eu besoin d'être délivré avec nous. C'est pourquoi, afin d'être près de nous, mais non ce que nous sommes, il ne se fit point pécheur comme vous, mais il devint mortel comme vous, et, prenant le châtement sans prendre la faute, il abolit la faute et le châtement.

S. AUG. — *Le bandage des blessures* est la répression des péchés;

enim est qui descendit de cœlo, nisi qui ascendit in cœlum, Filius hominis qui est in cœlo (Joan., 3)? THÉOPH. Dicit autem, iter faciens, quasi ex proposito hoc statuens, ut nos curaret. AUG., *cont. Pelag.* (ut sup.). Venit autem in similitudine carnis peccati (ad Rom., 8), ideo secus eum, quasi in similitudine. GRÆC. (id est, Severus Antiochenus, ut jam sup.). Vel secus viam venit; fuit enim vere viator, non deviator, gratia nostri descendens ad terram.

AMB. Veniens autem factus est compassionis nostræ susceptione finitimus, misericordiæ collatione vicinus : unde sequitur : Et videns eum, misericordia motus est, etc. AUG., *cont. Pelag.* (ut sup.). Videns quidem eum jacentem, non valentem, non currentem : et ideo misericordia motus est; quia in eo nullum meritum invenit, quo curari dignus esset, sed ipse de peccato dam-

navit peccatum in carne (ad Rom., 8) : unde sequitur : Et appropians alligavit vulnera ejus, infundens oleum, etc. AUG., *De verb. Dom.* (serm. 37, ut sup.). Quid enim tam longinquum, quid tam remotum, quam Deus ab hominibus, immortalis a mortalibus, justus a peccatoribus, non loco longe, sed dissimilitudine? Cum ergo haberet in se duo bona (scilicet justitiam et immortalitatem), et nos duo mala (scilicet iniquitatem et mortalitatem), si utrumque malum nostrum suscepisset, par noster fuisset, et liberatore nobiscum opus haberet : ut ergo esset non hoc quod nos, sed prope nos, non est factus ille peccator ut tu, sed factus est mortalis quod tu : suscipiendo pœnam, et non suscipiendo culpam, et culpam delevit et pœnam.

AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, q. 19). Alligatio vulnerum est cohibitio peccato-

l'huile est la consolation de l'espérance donnée par la miséricorde pour la réconciliation de la paix; le *vin* est l'exhortation à agir avec ferveur par l'esprit. — S. AMB. — Ou encore : il lie nos blessures par une loi plus austère; par *l'huile*, il nous ranime en remettant le péché; par le *vin*, il produit en nous la componction en annonçant le jugement. — S. GRÉG. — Ou encore : le *vin* est le remords de sa justice, et *l'huile* est la douceur de sa miséricorde; le vin baigne les plaies corrompues, et l'huile ranime celles qui doivent être guéries. Il faut donc mêler la douceur à la sévérité, et tempérer l'une par l'autre, afin que ceux qui nous sont soumis ne soient pas ulcérés par une trop grande dureté, ni relâchés par une trop grande condescendance. — THÉOPH. — Ou encore : l'huile représente sa nature humaine, et le vin sa nature divine, sa divinité, dont personne ne pourrait soutenir l'éclat si l'huile, c'est-à-dire la nature humaine, ne lui était unie. C'est pourquoi il a agi tantôt humainement et tantôt divinement, il a versé *l'huile et le vin* en nous sauvant par son humanité et par sa divinité. — S. CHRYS. — Ou encore : il a versé le *vin* (c'est-à-dire le sang de sa passion), et *l'huile* (c'est-à-dire l'onction sainte), afin que le pardon nous fût donné par son sang et que la sanctification nous fût conférée par l'onction sainte. Nos plaies sont fermées par ce médecin céleste; elles retiennent le remède en elles-mêmes, et, par ses effets salutaires, elles reviennent à la santé première. Le Samaritain ayant donc versé le vin et l'huile mit le blessé sur son cheval; d'où il suit : « Le mettant sur son cheval, etc. »

S. AUG. — Ce cheval représente sa chair dans laquelle il a daigné venir à nous. Être mis sur ce cheval, c'est croire à l'incarnation du

rum; oleum consolatio spei bonæ per indulgentiam datam ad reconciliationem pacis; vinum exhortatio ad operandum ferventissime in Spiritu. AMB. Vel constringit vulnera nostra austeriore præcepto; sicut oleo fovet remissione peccati; sicut vino compungit denuntiatione judicii. GREG., 20 *Moral.* (cap. 8). Vel in vino morsum distractionis adhibet; in oleo mollitiem pietatis: per vinum ungantur putrida; per oleum sananda foveantur. Miscenda est ergo lenitas cum severitate, et faciendum est quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate ulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur. THEOPH. Vel aliter: quæ secundum hominem est conversatio, oleum est; quæ vero secundum Deum est, vinum est, quod Divinitatem significat; quam nemo meram

potuisset sustinere nisi oleum adderetur, id est, conversatio humana: unde quædam operatus est humane, quædam divinitus. Infudit ergo oleum et vinum, quia nos humanitate et Divinitate salvavit. CHRYS. (ut sup.). Vel vinum infudit [id est, sanguinem passionis], et oleum [id est, unctionem chrismatis], ut indulgentia daretur per sanguinem, sanctificatio conferretur per chrismatis unctionem. A cœlesti medico consissa loca ligantur, et intra semetipsa retinentia medicinam, operante medicamine, pristinae sanitati redduntur. Infuso ergo vino et oleo, imposuit eum super jumentum. Unde sequitur: Et imponens illum in jumentum suum, etc.

AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, quæst. 19). Jumentum ejus est caro, in qua ad nos venire dignatus est. Imponi jumento est in

Christ. — S. AMB. — Ou encore : il nous met sur son cheval en portant nos péchés et souffrant pour nous; car l'homme était devenu semblable aux animaux. Il nous met sur son cheval, afin que nous ne soyons plus comme le cheval et le mulet, et ainsi il détruit l'infirmité de notre chair en prenant notre corps. — ΤΗΚΟΡΗ. — Ou encore : il nous met sur son cheval, c'est-à-dire sur son corps, car il nous a fait devenir ses membres et participer à son corps. En effet, la loi ne recevait pas tous les hommes, et il est dit que les Moabites et les Ammonites n'entreront point dans l'Église de Dieu; maintenant, au contraire, quiconque craint Dieu dans toute nation est reçu par lui s'il veut croire et faire partie de l'Église. C'est pourquoi il dit qu'*il le conduisit dans une hôtellerie*. — S. CHRYS. — Car l'Église est une *hôtellerie* où sont reçus ceux qui viennent, lassés du monde et fatigués du poids de leurs fautes; où le voyageur lassé, après avoir déposé le fardeau de ses péchés, se repose et se ranime à un festin salutaire. C'est le sens de ces paroles : *Il prit soin de lui*; car tout ce qui était contraire, nuisible ou mauvais, est dehors, tandis que dans cette *hôtellerie* se trouve le repos complet et tout ce qui est salutaire. — BÈDE. — C'est avec raison qu'il est dit encore qu'il le mit sur son cheval pour le conduire à l'hôtellerie, car nul n'entre dans l'Église s'il n'est uni au corps du Christ par le baptême.

S. AMB. — Ce Samaritain ne pouvait rester longtemps sur la terre, il fallait qu'il retournât au lieu d'où il était descendu; d'où il suit : « Le jour suivant, il tira deux deniers, etc. » Quel est ce jour suivant, sinon le jour de la résurrection du Seigneur, dont il est dit : « Voici le jour que le Seigneur a fait ? » De plus, ces deux deniers sont les deux

ipsam incarnationem Christi credere. AMB. Vel jumento imponit, dum peccata nostra portat, et pro nobis dolet (Esai., 53); homo enim jumento similis factus est (Psal. 48): ideo supra jumentum suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus et mulus (Psal. 31), ut per nostri corporis assumptionem, infirmitatem nostræ carnis aboleret. THEOPH. Vel imposuit in suum jumentum, id est, in corpus suum: membra namque sua nos fecit, et participes corporis ejus. Et lex quidem non omnes suscipiebat: Moabitæ, inquit (Deut., 23), et Ammonitæ non intrabunt in Ecclesiam Dei: nunc vero in omni gente qui timet Dominum, ab eo suscipitur, volens credere et pars Ecclesiæ fieri. Propter hoc dicit quod duxit

eum in stabulum. CHRYS. (ut sup.). Est enim stabulum Ecclesia, quæ in itinere mundi lassatos et sarcinis delictorum defessos suscipit venientes, ubi deposito onere peccatorum, viator lassus reficitur, et refectus salubri pascuo reparatur. Et hoc est quod dicitur: Et curam illius egit: totum enim quicquid contrarium nocens et malum est, foris est; quia intra stabulum requies omnis salubritasque inclusa est. BÈD. Et bene jumento impositum duxit in stabulum; quia nemo nisi per baptismum corpori Christi adunatus Ecclesiam intrabit.

AMB. Sed quia non vacabat Samaritano huic diu in terris degere, redeundum erat unde descenderat. Unde sequitur: Et altera die, protulit duos denarios, etc. Quis est

Testaments qui retracent l'image du roi éternel, et dont le prix guérit nos blessures. — S. AMB. — Ou encore : ces deux deniers sont les deux commandements de la charité que les apôtres reçurent par l'Esprit Saint, pour évangéliser les hommes ; ou encore, la promesse de la vie présente et de la vie future. — ORIG. — Ou encore : ces deux deniers me semblent être la connaissance du mystère par lequel le Père est dans le Fils et le Fils dans le Père, connaissance que l'ange de l'Eglise reçoit comme une récompense pour les soins attentifs qu'elle donne à l'homme qui lui a été confié, et que le Sauveur lui-même a soigné quelque temps. Enfin il promet de rendre aussitôt tout ce qui aura été dépensé pour la guérison du blessé ; d'où il suit : « Tout ce que vous donnerez de plus, je vous le rendrai à mon retour. »

S. AUG. — Cet hôtelier figurait l'apôtre surajoutant ce conseil, dont il est dit : « Quant aux vierges, je n'ai pas reçu de commandement du Seigneur, mais je leur donne ce conseil ; » ou encore : surajoutant le travail de ses mains afin de n'être à charge à aucun des faibles au commencement de l'Evangile, quoiqu'il lui fût permis de vivre de l'Evangile. Les apôtres aussi surajoutèrent beaucoup, ainsi que les docteurs, qui, dans la suite des temps, ont exposé l'Ancien et le Nouveau-Testament ; ils recevront pour cela une récompense. — S. AMB. — Heureux donc l'hôtelier qui peut soigner les blessures d'autrui ; heureux celui à qui Jésus dit : « Tout ce que vous surajouterez, je vous le rendrai à mon retour. » Mais, Seigneur, quand reviendrez-vous,

iste alter dies, nisi forte ille dominice resurrectionis, de quo dictum est (Psal. 117) : Hæc dies quam fecit Dominus? Duo autem denarii sunt duo Testamenta, quæ imaginem in se habent æterni Regis expressam; quorum pretio vulnera nostra curantur. AUG., *De quæst. Evang.* (lib. 2, quæst. 19). Vel duo denarii sunt duo præcepta charitatis, quam per Spiritum Sanctum acceperunt apostoli ad evangelizandum cæteris; vel promissio vitæ præsentis et futuræ. ORIG. (*in Lucam*, homil. 34). Vel duo denarii videntur mihi esse scientia sacramenti, quomodo Pater in Filio, et Filius in Patre, sit, qua velut mercede donatur Ecclesiæ angelus, ut diligenter curet hominem sibi commendatum, quem pro angustia temporis etiam ipse curaverat. Et promittitur ei quicquid de suo in medelam seminecis expeuderet, illico esse reddendum. Unde se-

quitur : Et quodcumque supererogaveris, ego cum rediero, reddam tibi.

AUG., *De quæst. Evang.* (ubi sup.). Stabularius fuit apostolus, qui supererogavit, aut illud consilium quod ait (1 Cor., 7) : De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do; aut quod etiam manibus suis operatus est, ne infirmorum aliquem in novitate Evangelii gravaret (*ad Thessal.*, 2), cum ei liceret ex Evangelio pasci (1 ad Cor., 9). Multum etiam supererogaverunt apostoli : sed et pro tempore doctores, qui vetus et novum Testamentum exposuere, supererogaverunt; pro quibus retributionem accipient. AMB. Beatus ergo ille stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille cui dicit Jesus : Quodcumque supererogaveris, revertens reddam tibi. Sed quando reverteris, Domine, nisi iudicii die? Nam licet ubique

sinon le jour du jugement ? Car, quoique vous soyez toujours partout, et que vous vous teniez invisible au milieu de nous, cependant il y aura un temps où toute chair vous verra revenir. Alors vous rendrez ce que vous devez aux bienheureux dont vous êtes le débiteur. Puisse nous être bons débiteurs, et payer ce que nous avons reçu !

S. CYR. — Après ce récit, le Seigneur interroge le docteur de la loi en disant : « Lequel de ces trois vous semble-t-il avoir été le prochain de celui qui tombe entre les mains des voleurs ? » Et il répondit : « Celui qui a exercé la miséricorde envers lui. » En effet, ni le prêtre ni le lévite ne furent le prochain de ce malheureux, mais bien celui qui eut pitié de lui. Ainsi, la dignité du sacerdoce et la science de la loi ne sont rien, si les bonnes œuvres ne les confirment ; d'où il suit : « Jésus lui dit : Allez, et faites de même, etc. » — S. CHRYS. — Comme s'il disait : Quand vous verrez un malheureux, ne dites point : « Il est mauvais, » mais, qu'il soit juif ou gentil, ne le raillez point s'il a besoin d'assistance ; quel que soit son malheur, il a droit à être secouru. — S. AUG. — Nous voyons par là que le prochain est celui à qui nous devons prêter assistance et miséricorde s'il en a besoin, ou à qui nous le devrions s'il en avait besoin. De là suit encore que celui qui doit nous prêter assistance à son tour est aussi notre prochain ; car ce mot de prochain est quelque chose de relatif, et nul n'est prochain sans réciprocité. Mais qui ne voit que personne ne doit être excepté de ces devoirs de miséricorde, le Seigneur ayant dit : « Faites du bien à ceux qui vous haïssent. » De plus, il est manifeste que ce commandement d'aimer le prochain s'étend même aux saints anges

sis semper, et stans in medio nostrum non cernaris a nobis, erit tamen tempus quo universa caro te respiciet revertentem. Reddes ergo quod debes beatis, quibus es debitor. Utinam nos simus idonei debitores; ut quod accepimus, possimus exsolvere.

CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). His ergo præmissis, opportune jam Dominus legisperitum interrogat, subdens : Quis horum trium tibi videtur proximus fuisse illi qui incidit in latrones ? At ille dixit : Qui fecit misericordiam in illum. Neque enim sacerdos neque levita factus fuit proximus patientis, sed ille qui est ejus misertus. Inutilis est enim sacerdotii dignitas, et legis scientia, nisi per bona opera confirmetur. Unde sequitur : Et ait illi Jesus : Vade, et tu fac similiter, etc. CHRYS. (in eadem *Cat. græc. ex homiliis ad Hebræos*, homil. 10).

Quasi dicat : Si quem vides oppressum, non dicas : Utique, nequam est, sed sive gentilis sit, sive Judæus, et ope indigeat, non cavilleris ; jus habet ad auxilium, quæcunque mala fuerit passus. AUG. (*De doct. christ.*, lib. 1, cap. 30). Ex hoc intelligimus eum esse proximum, cui vel exhibendum est officium misericordiæ si indiget, vel exhibendum esset si indigeret. Ex quo jam consequens est, ut etiam ille a quo nobis vicissim exhibendum est, proximus noster sit : proximi enim nomen ad aliquid est, nec quisquam esse proximus nisi proximo potest. Nullum autem exceptum esse cui misericordiæ denegetur officium, quis non videat ? Dicente Domino (*Math.*, 5) : Benefacite his qui vos oderunt : unde manifestum est hoc præcepto quo jubemur diligere proximum, etiam sanctos angelos

qui nous rendent de si grands offices de miséricorde, puisque le Seigneur lui-même a voulu être appelé notre prochain, en venant au secours de ce mourant qui était couché dans le chemin. — S. AMB. — Ce n'est donc pas la parenté qui fait que quelqu'un est notre prochain, mais la miséricorde, parce que la miséricorde est selon la nature; car rien n'est plus conforme à la nature que de secourir ses semblables.

Jésus, étant en chemin avec ses disciples, entra dans un bourg, et une femme nommée Marthe le reçut en sa maison. Elle avait une sœur nommée Marie, qui, se tenant assise aux pieds du Seigneur, écoutait sa parole. Mais Marthe était fort occupée à préparer tout ce qu'il fallait; et, s'arrêtant devant Jésus, elle lui dit : Seigneur, ne considérez-vous point que ma sœur me laisse servir toute seule? Dites-lui donc qu'elle m'aide. Mais le Seigneur lui répondit : Marthe, Marthe, vous vous empressez et vous vous troublez dans le soin de beaucoup de choses; cependant une seule est nécessaire. Marie a choisi la meilleure part, qui ne lui sera point ôtée.

BÈDE. — L'amour de Dieu et du prochain, déjà exprimé par des discours et des paraboles, est maintenant représenté par des actions et par la réalité; car il dit : « Comme ils étaient en chemin, il entra dans un village. » — ORIG. — Saint Luc ne nomme point ce village, mais saint Jean dit son nom, et l'appelle *Bethanie*. — S. AUG. — Or, le Seigneur qui vint chez lui, et que les siens ne reçurent point, fut reçu comme hôte; car il suit : « Une femme nommée Marthe le reçut dans sa maison, etc., » comme on a coutume de recevoir les voyageurs; cependant cette femme reçut le Seigneur comme servante, le Sauveur comme malade, le Créateur comme créature. Et ne dites point : « Bien-

contineri, a quibus tanta nobis misericordiæ impenduntur officia : ex quo et ipse Dominus proximum nostrum se dici voluit, significans se opitulatum esse semivivo jacenti in via. AMB. Non enim cognatio facit proximum, sed misericordia; quia misericordia est secundum naturam : nihil enim tam secundum naturam quam juvare consortem naturæ.

Factum est autem dum irent, et ipse intravit in quoddam castellum, et mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam : et huic erat soror nomine Maria : quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, et ait : Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dio

ergo illi ut me adjuvet. Et respondens dixit illi Dominus : Martha, Martha, sollicita es et turbaris erga plurima. Porro unum est necessarium : Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

BÈDE. Dilectio Dei et proximi, quæ superius verbis et parabolis continebatur, hic ipsis rebus et veritate designatur : dicitur enim : Factum est autem dum irent, et ipse intravit in quoddam castellum. ORIG. (in *Cat. græc. Patr.*). Cujus quidem nomen Lucas hic tacet, sed Joannes exprimit (cap. 11), vocans ipsum Bethaniam. AUG., *De verb. Dom.*, serm. 20. Sed Dominus, qui in sua propria venit, et sui eum non susceperunt (Joan., 1), susceptus est tanquam hospes : sequitur enim : Et mulier quædam, Martha nomine, suscepit illum

heureux ceux qui reçurent le Seigneur dans leur maison ; » ne vous affligez point, puisqu'il a dit : « Tout ce que vous faites pour un de ces petits, vous le faites pour moi. » Ayant donc pris la forme d'un esclave, il voulut que ses serviteurs le nourrissent dans cette forme, non par besoin, mais par condescendance. Il avait une chair dans laquelle il éprouvait la faim et la soif, mais au désert les anges le servaient dans sa faim. Si donc il a voulu être nourri, il l'a fait pour celui qui le nourrirait. Or, Marthe, se préparant à nourrir le Seigneur, s'empres- sait à son œuvre ; cependant Marie sa sœur préféra être nourrie par le Seigneur ; car il suit : « Elle avait une sœur nommée Marie, qui, se tenant assise aux pieds du Seigneur, écoutait sa parole. »

§. CHRYS. — Il n'est pas dit simplement de Marie qu'elle était assise auprès de Jésus, mais *à ses pieds*, pour marquer son empressement, sa persévérance, son attention à l'écouter et le respect qu'elle avait pour le Seigneur. — S. AUG. — Or, plus elle était humblement assise à ses pieds, plus elle en était nourrie, car l'eau afflue dans la profondeur des vallées, tandis qu'elle s'écoule du sommet des collines.

S. BAS. — Toutes les actions et toutes les paroles du Sauveur sont une règle de piété et de vertu, car il s'est revêtu de notre corps afin que nous imitions sa vie selon la mesure de nos forces. — S. CYR. — Ainsi, il enseigne aux apôtres, par son exemple, comment ils doivent se conduire dans les maisons de ceux qui les reçoivent ; c'est-à-dire qu'en entrant dans une maison, ils ne doivent pas s'asseoir dans le repos, mais donner les saints et divins enseignements à ceux qui les

in domum suam, etc. Sicut solent suscipi peregrini; sed tamen suscepit famula Dominum, ægra Salvatorem, creatura Creatorem. Ne quis autem dicat: O beati qui Christum suscipere in domum propriam meruerunt, noli dolere, cum inquit (Matth., 25): Quod enim uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Accepta autem forma servi, in illa pasci a servis voluit; dignatione, non conditione. Habebat carnem, in qua quidem esuriret et sitiret; sed in eremo esurienti angeli ministrabant (Matth., 4). Ergo quod pasci voluit, pascenti præstitit. Martha igitur Dominum pascere disponens et præparans, circa ministerium occupabatur: Maria vero, soror ejus, pasci magis elegit a Domino. Sequitur enim: Et huic erat soror nomine Maria, quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius.

CHRYS. (in *Cat. græc. Patr.*). Non simpliciter dicitur de Maria quod sederet prope Jesum, sed, secus pedes illius, ut ostendat diligentiam, assiduitatem, et solertiam erga auditionem; et multam reverentiam quam habebat ad Dominum. AUG., *De verb. Dom.* (serm. 27). Quanto autem humilius ad pedes sedebat, tanto amplius capiebat: confluit enim aqua ad humilitatem con- vallis, denatat de tumoribus collis.

BASIL. (*Const. monas.*, cap. 1). Omnis autem operatio et verbum Salvatoris regula est pietatis et virtutis. Ob hoc enim induit corpus nostrum, ut nos conversationem illius imitemur pro posse. CYRIL. (in *Cat. græc. Patr.*). Exemplo igitur suo docet discipulos qualiter se gerere debeant in domibus eorum qui eos suscipiunt; ut scilicet applicantes ad domum, non resupini quiescant, sed potius repleant suscipientes sacris

reçoivent. Quant à ceux qui leur ouvrent leurs maisons, ils doivent aller à leur rencontre avec joie et empressement pour deux motifs : premièrement pour être édifiés par les enseignements de ceux qu'ils reçoivent, et ensuite pour être récompensés de leur charité. D'où il suit : « Marthe s'empressait, etc. » — S. AUG. — Marthe s'occupait des nécessités corporelles et de la volonté du Seigneur comme homme; mais celui qui était dans une chair mortelle, « au commencement était Verbe, » voilà celui que Marie écoutait; « ce Verbe s'est fait chair, » voilà celui que Marthe servait. L'une travaille, l'autre contemple. Cependant Marthe, accablée du travail et du soin de servir, interpella le Seigneur et se plaignit de sa sœur; car il suit : « Elle dit : Seigneur, ne considérez-vous point que ma sœur me laisse servir toute seule? » Car Marie était absorbée par la douceur des paroles du Seigneur, et Marthe préparait le repas de celui au festin duquel Marie était déjà réjouie. Or, écoutant ainsi suavement les plus douces paroles et se nourrissant dans le recueillement de son cœur, lorsque sa sœur interpella le Seigneur, elle dut craindre que le Seigneur ne lui dit : « Levez-vous, aidez à votre sœur. » Car elle était absorbée par une admirable suavité bien plus grande dans l'âme que dans le corps. Cependant elle est tranquille; préférant laisser le soin de sa cause à son juge, elle ne veut pas travailler même pour répondre; car si elle s'occupait de répondre, elle affaiblirait son attention à écouter. Alors le Seigneur qui parle sans travail, étant lui-même le Verbe, répond : « Car il suit : Le Seigneur lui répondit : Marthe, Marthe, etc. » Il répète son nom pour marquer son affection, ou peut-être pour exciter son attention,

et divinis doctrinis : hi vero qui domum parant, exeant obviam hilariter et ferventer duabus de causis : primo quidem ædificabuntur in doctrinis eorum, quos suscipiunt; deinde et recipient charitatis mercedem : unde et hic sequitur : Martha autem satagebat, etc. AUG., *De Verbi Dom.* (serm. 27). Bene Martha circa corporalem Domini necessitatem vel voluntatem ministrabat quasi mortali : sed qui erat in carne mortali, in principio erat Verbum. Ecce quod Maria audiebat : Verbum caro factum est ; ecce cui Martha ministrabat : laborabat ista, vacabat illa : verumtamen Martha laborans multum in illa occupatione et negotio ministrandi interpellavit Dominum, et de sorore conquesta est : sequitur enim : Et ait : Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? etc. Erat enim Maria intenta dulcedini verbi Domini : a Martha convivium Domino parabatur, cuius in convivio Maria jam jucundabatur. Cum ergo suaviter audiret verbum dulcissimum, et corde intentissimo pascere, interpellato Domino a sorore sua, quomodo putamus eam timuisse, ne diceret ei Dominus : Surge, et adjuva sororem tuam? Mira enim suavitate tenebatur, quæ profecto major est mentis quam ventris : sed causam suam tanquam otiosa iudici maluit committere, nec in respondendo voluit laborare; si enim pararet respondendi sermonem, remitteret audiendi intentionem. Respondit ergo Dominus, qui in verbo non laborat, quia Verbum erat : sequitur enim : Et respondens, dixit illi Dominus : Martha,

afin qu'elle écoute avec soin. Après avoir été appelée deux fois, elle entend : « Vous vous troublez pour beaucoup de choses, » c'est-à-dire « vous êtes occupée de beaucoup de choses. » Car l'homme veut courir quand il sert, et quelquefois il ne peut rien faire; il cherche ce qui lui manque, il prépare ce qu'il a, et son esprit est distrait. Si, en effet, Marthe se fût suffi à elle-même, elle n'aurait pas demandé le secours de sa sœur; les inquiétudes sont nombreuses, elles sont diverses parce qu'elles sont charnelles, parce qu'elles sont temporelles. Or, une seule chose est préférable à beaucoup, car un ne vient pas de beaucoup, mais beaucoup commence par un. D'où il suit : « Une seule chose est nécessaire. » Elle a voulu s'occuper d'une chose selon cette parole : « Il m'est bon de m'attacher au Seigneur. » Ainsi le Père, le Fils et le Saint-Esprit sont une seule chose, et nous ne parvenons à cette seule chose qu'autant que nous avons tous un même cœur.

— S. Cyr. — Ou encore : lorsque quelques-uns de nos frères ont reçu Dieu, qu'ils ne s'inquiètent point de beaucoup d'affaires, qu'ils ne demandent point ce qu'ils peuvent atteindre mais n'est pas nécessaire; car en toutes choses, ce qui est de trop incommode; c'est un ennui pour ceux qui veulent le servir, et les convives eux-mêmes s'aperçoivent qu'ils sont une cause de fatigue pour les autres.

S. Bas. — De plus, il est absurde de prendre des aliments pour soutenir son corps et en même temps de l'appesantir par ces aliments, de sorte qu'il soit empêché d'accomplir les commandements divins. Si donc il survient un pauvre, qu'il reçoive un exemple et un modèle de la modestie des aliments, et ne servons pas notre table pour ceux

Martha, etc. Repetitio nominis indicium est dilectionis; aut forte movendæ intentionis, ut audiat attentius. Bis vocata audit: Turbaris erga plurima, id est, circa multa es occupata; vult enim homo occurrere quando ministrat, et aliquando non potest; quæritur quod deest, paratur quod adest, distenditur animus. Nam si Martha sufficeret, adjutorium sororis non posceret: multa sunt, diversa sunt, quia carnalia sunt, quia temporalia sunt. Præponitur autem unum multis: non enim a multis unum, sed multa ab uno. Unde sequitur: Porro unum est necessarium. Circa unum se voluit occupari, secundum illud (*Psal.* 72, v. 28): Mihi adhærere Deo bonum est. Unum sunt Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus: ad hoc unum non nos perducit, nisi multi habeamus cor unum (*Act.*, 4). CYRIL. (ubi

supra). Vel aliter: cum susceperint aliqui fratres Deum, non sollicitentur erga multum officium, nec poscant quæ præ manibus sunt, et opus exuperant; gravat enim passim in qualibet re quod superfluit: generat enim tædium volentibus conferre; convivis autem videtur, quod sunt aliis causa laboris.

BASIL. (in *Regulis fusius disputatis ad interrogat.*, 59). Absurdum etiam est cibos ad sustentationem corporis sumere, ac per eos iterum officere corpori, et impedire ipsum erga mandatorum divinatorum officium. (Et ad interrogat., 20). Si ergo adveniat aliquis pauperum, sumat formam et exemplar modestiæ ciborum; nec causa vivere volentium in deliciis mensam propriam præparemus: uniformis enim est Christiani vita ad unam tendens intentionem, scilicet

qui veulent vivre dans les délices. En effet, la vie des chrétiens doit être uniforme, puisqu'ils tendent à la même fin, c'est-à-dire à la gloire de Dieu, tandis que ceux qui sont dehors ont une vie diverse et multiple selon la variété de leurs goûts. Pour vous qui préparez à votre frère les plaisirs d'une table remplie d'aliments, comment l'accusez-vous de volupté? Vous le jetez dans l'opprobre de la gourmandise et vous l'accusez des délices que vous préparez pour lui? Souvenez-vous que le Seigneur n'a pas loué Marthe occupée à préparer beaucoup de choses.

S. AUG. — Quoi donc! pouvons-nous penser que l'empressement de Marthe ait été blâmé, elle qui était si occupée des soins de l'hospitalité et si heureuse de recevoir un tel hôte? S'il en est ainsi, que les hommes cessent de servir les pauvres, qu'ils se livrent à la parole, qu'ils s'occupent de la science du salut, qu'ils ne s'inquiètent point s'il y a quelque étranger dans leur ville et si quelqu'un manque de pain; que les œuvres de miséricorde soient abandonnées pour s'appliquer à la science. — THEOPH. — Le Seigneur ne nous défend donc point l'hospitalité, mais le trouble de beaucoup de choses, c'est-à-dire la dissipation et le tumulte; et remarquez la prudence du Seigneur: d'abord il n'avait rien dit à Marthe; mais, lorsque celle-ci eut essayé de distraire l'attention de sa sœur, le Seigneur en prit occasion de la reprendre. Ainsi l'hospitalité est honorée tant qu'elle ne nous entraîne qu'à ce qui est nécessaire; mais quand elle commence à nous soustraire à ce qui est plus utile, il est manifeste que l'attention aux choses divines est plus excellente.

S. AUG.—Le Seigneur ne blâme donc pas le travail, mais il distingue

ad gloriam Dei: multiformis vero et varia vita eorum qui deforis sunt, pro libitu variata. Tu vero cur dum copia ciborum et causa delectationis fratri præparas mensam, criminariis enim voluptatis, et diffundis in eum gulositatis opprobria, arguens delicias ejus in eo puod præparas? Non commendavit Dominus Martham occupatam circa frequens ministerium.

AUG., *De Verb. Dom.* (serm. 27). Quid ergo? Putamus reprehensum esse ministerium Marthæ, quam cura hospitalitatis occupaverat, quæ tanto hospite lætabatur? Hoc si verum est, dimittant homines quod ministrant egentibus; vacent verbo, occupentur circa scientiam salutarem; nihil sit eis

curæ, qui peregrinus in vico sit, quis eget pane; vacent opera misericordiæ, uni instetur scientiæ. THEOPH. Non ergo Dominus hospitalitatem prohibet, sed plurimum turbationem, scilicet abstractionem et tumultum: et vide consilium Domini, quod prius Dominus nihil dixerat Marthæ; sed postquam illa sororem ab auditu studebat avellere, tunc Dominus occasione habita increpavit eam: usque enim adeo honoratur hospitalitas donec ad necessaria nos attrahit: cum vero incipit ab utilioribus impedire, manifestum est quod honorabilior est divinorum auditus.

AUG., *De Verb. Dom.* (serm. 26 et 27). Non ergo Dominus eam reprehendit, sed

les fonctions, car il suit : « Marie a choisi la meilleure part, etc. » La vôtre n'est pas mauvaise, mais la sienne est meilleure. Et pourquoi est-elle meilleure? parce qu'elle ne lui sera point ôtée. Un jour le soin des choses nécessaires vous sera ôté (car dans la patrie vous ne trouverez point d'étranger qui ait besoin d'hospitalité); alors il sera ôté de votre bien, afin que ce qui est meilleur vous soit donné; on vous ôtera le travail pour vous donner le repos. Vous naviguez et Marie est dans le port; car la douceur de la vérité est éternelle, elle s'accroît dans cette vie, elle s'accomplira dans l'autre et ne sera jamais ôtée.

S. AMB. — Abandonnez-vous donc à l'amour de la sagesse, comme Marie, c'est l'œuvre la plus grande et la plus parfaite; que les soins extérieurs ne vous détournent point de la connaissance du Verbe céleste et n'accusez jamais, n'estimez pas oisifs ceux que vous voyez étudier la sagesse.

S. AUG. — Mystiquement, Marthe, recevant le Seigneur dans sa maison, représente l'Église qui maintenant le reçoit dans son cœur; Marie, sa sœur, assise aux pieds du Seigneur et écoutant sa parole, représente aussi l'Église, mais dans le siècle futur où, cessant son travail et son service d'indigence, elle ne fera que jouir de la sagesse. La plainte que sa sœur ne lui aide point est pour le Seigneur l'occasion de dire cette maxime et de nous montrer l'Église inquiète et troublée de beaucoup de choses, tandis qu'une seule est nécessaire, à laquelle on arrive par les mérites de cette sollicitude. Il dit que Marie a choisi *la meilleure part*, parce que l'une mène à l'autre qui ne sera jamais ôtée. — S. GRÉG. — Ou encore, Marie assise pour écouter les paroles

in nus distinxit. Sequitur enim : Maria optimam partem elegit, etc. Non tu malam, sed illa meliorem. Unde meliorem? Quia ab ea non auferetur : a te auferetur aliquando onus necessitatis (non enim cum veneris ad illum patriam, invenies peregrinum quem suscipias hospitio), sed bono tuo auferetur, ut quod melius est detur : auferetur a te labor, ut requies detur. Tu navigas, illa in portu est : æterna enim est dulcedo veritatis : in hac tamen vita augetur, in illa perficietur, nunquam auferetur.

AMB. Agat ergo te sicut Mariam desiderium sapientiæ : hoc enim majus, hoc perfectius opus? Nec ministerii cura te a cognitione verbi cœlestis avertat, nec arguas eos et otiosos judices, quos videas sa-

AUG., *De quest. Evang.* (lib. 2, q. 30). Mystice autem quod Martha excepit illum in domum suam, significat Ecclesiam, quæ nunc excepit Dominum in cor suum. Maria, soror ejus, quæ sedebat ad pedes Domini, et audiebat verbum ejus, significat eandem Ecclesiam, sed in futuro seculo, ubi cessans ab opere ministerioque indigentiae, sola sapientia perfruitur. Quod autem conqueritur, quod soror ejus eam non adjuvet, occasio datur sententiæ Domini, qua ostendit istam Ecclesiam sollicitam esse, et turbamam erga plurima, cum sit unum necessarium ad quod per ministerii hujus merita pervenitur Mariam vero dicit optimam partem elegisse, quia per hanc ad illam tenditur, et non auferetur. GRÉG. (6 *Moral.*, c. 18). Vel per Mariam, quæ verba Domini resi-

du Seigneur représente la vie *contemplative*; Marthe, occupée d'œuvres extérieures représente la vie *active*. Or, les soins de Marthe ne sont point blâmés et ceux de Marie sont loués, parce que les mérites de la vie active sont grands, mais ceux de la vie contemplative sont plus excellents. De plus, il est dit que la part de Marie ne lui sera point ôtée, parce que les œuvres de la vie active passent avec le corps, tandis que les joies de la vie contemplative sont multipliées par la mort.

dens audiebat, contemplativa vita exprimitur; per Martham exterioribus obsequiis occupatam, activa vita significatur, sed Marthæ cura non reprehenditur, Mariæ vero laudatur; quia magna sunt activæ merita, sed contemplativæ potiora. Unde nec auferri unquam Mariæ pars dicitur; quia activæ vitæ opera cum corpore transeunt, contemplativæ autem gaudia melius ex fine convalescunt.

FIN DU CINQUIÈME VOLUME.